
SHOUT
SHARE
IT

4 vol
25/-
Zool

6/4/11
12 VIII 12 ✓

INSECTA SVECICA

DESCRIPTA

A

LEONARDO GYLLENHAL

EXCUB. PREF. ET EQUIT. AUR. ORD. DE WASA.

Leonhard Gyllenhaal

CLASSIS I.

COLEOPTERA

SIVE


ELEUTERATA.

TOMUS I.

SCARIS
Litteris F. J. LEVERENTZ. 1808.

SMITHSONIAN LIBRARY
SMITHSONIAN AUG 20 1969 LIBRARIES


SMITHSONIAN
LIBRARY

SMITHSONIAN INSTITUTION
332689
OCT 2 - 1946
NATIONAL MUSEUM


PRAEFATIO.

A tenera ætate, Studium Historiæ Naturalis adamanti mihi, eoque tempore, quo ad Scholam Trivialem & Gymnasium litteris operam dedi, horas subcesivas herbis colligendis & examinandis tribuenti, annoque 1769. civibus Academiæ Upsaliensis adscripto, in votis præcipue erat, ut Magno dilectæ Scientiæ Statori, Illustr. Archiatro & Equiti A LINNE' *innotescerem. Quod quidem eatenus mihi cessit feliciter ut Virum immortalem adire, ejusque monitis, colloquiis, singularique quo ferebatur adhuc Venerandus Senex, Historiæ Naturalis amore incendi & instigari mihi contigerit, sed, quod insigniter dolebam, vires Senis, laboribus, annis & morbis fractæ, vix sinebant, ut juventuti instituendæ Vir Summus Ipse amplius vacare sustineret. Vices ejus gerebat Filius unicus, cujus prælectionibus fruebar, eo majori cum emolumento, quod singulari simul me benevolentia amplecteretur, eo tempore Botanices Demonstrator ad Academiam Upsaliensem,* LINNÆORUM *dein successor, Eques Auratus Doct.* CAROLUS P. THUNBERG. *Is primus animum meum ad Scientiam Entomologiæ convertit, methodumque eam tractandi monstravit, Suaque me semper dein amicitia singulari dignatus, collectionem & peritiam harum rerum adauxit & firmavit, mihique auctor & svasor fuit, ut in hoc Studio indefessus pergerem.*

Alii vero vitæ generi destinatum, diversisque curis districtum, alia negotia per XX. fere annos ab his

Musis

Musis sæpe avocabant, præsertim cum necessariis industriæ subsidiis essem destitutus. Post quod tempus obtulit se occasio parandi plures libros, institutoque cum plerisque indigenis collectoribus commercio litterario, comparandi Insectorum Species, quæ iu collectione mea desiderabantur; præcipue, cum simul contigit, ut Celeb. Professor A. J. Retzius, *Faunam Svecicam editurus, meam operam in describendis Insectis requireret, cœpi aliquanto diligentius in his lucubrationibus versari, insignemque numerum dudum descripseram, cum mihi relatnm est, Virum Nob. Reg. Canc. Consiliarium & Equitem* de Paykull *idem institutum in animo habere, opusque suum jam prelo parare. Ego vero, probe gnarus, Virum Laudatum non tantum cognitionibus, sed & collectione longe ditiori, subsidiisque & adminiculis esse instructissimum, a proposito meo destiti, viroque Amicissimo obtuli additiones & observationes, quales e penu meo depromere possem, quum adamatæ Scientiæ incrementa curæ cordique mihi essent. Prodiit Opus Nob. Paykullii sub Titulo:* Fauna Svecica, Insecta; *Tribus Tomis divisum, Annis 1798 - 1800, quo tantum lumen huic Scientiæ affulsit, quantum nescio an aliæ regiones præferre valeant. Quum tamen meritissimus auctor nullam spem fecerit continuandi vel supplendi operis sui, hisque post editum librum peractis octo annis, non tantum ipsa Scientia, quod ad Ordinum & Generum recensum adtinet, ingenti incremento aucta, sed etjam multa Insecta, quae Svecica esse nemo noverat,*

rat, vel inter ſe accuratius diſtinxerat, detecta & examinata ſint, non inutile, nec ſuperfluum arbitratus ſum, his disquiſitionibus limam iterum intendere, ideoque, ſvadentibus & adhortantibus plerisque indigenis Scientiæ hujus amatoribus, hunc librum edere, in animum induxi.

Ut facilius quærendo invenirentur diverſa Inſectorum Genera & Species, præcipue in Claſſe 1:ma numeroſiſſima, methodum ſecutus ſum, a Cl. GEOFFROI *inventam, a noſtrate* DE GEER *adhibitam, recentioribusque Entomologis inſigniter emendatam, qua Subdiviſiones formentur ex numero Articulorum Tarſuum, qui numerus cum ceteris affinitatibus apprime convenit, quamvis hæc, ut ceteræ fere omnes Regulæ, ſuis ſit exceptionibus obnoxia; ſic detexit acutiſſimus* MÜLLER, *Paſtor Odenbachenſis, in Genere Cryptophagorum, Sexui uni eſſe ſæpe quatuor, ſexui alteri ſemper quinque articulos tarſuum in pedibus poſticis; etjam obſervarunt, tum Entomologus Conſummatiſſimus, Dom. Doct.* ILLIGER, *tum laudatus* MÜLLER, *plurimas parvorum Dytiſcorum Species, quas cum nominatis Auctoribus ad Genus Hyphydrum referimus, ſolummodo anteriorum pedum habere articulos tarſuum quattuor, poſtici vero pedum paris quinque, unde Cel.* ILLIGER *ex hoc genere peculiarem ſubdiviſionem jure formavit; vid Illig. Mag. Tom. I. pag. 299; qvum vero in ceteris proxima affinitate Dytiſcis jungatur illud genus, proxime ab eis id inſerui, notata tantum hac diverſitate.*

Sub-

Substruens istis Fundamentis, subdivisiones suas Cl. LATREILLE, *Genera affinitate inter se junctissima in certas Familias disposuit, unde quærita facilius reperiuntur; qua in re eum sequi conatus sum, mutatis tamen quibusdam, ordinando scilicet secundum Antennarum structuram istas Familias, ut, quantum fieri posset, ordinem ab Illustr.* A LINNE *receptum servarem.*

Characteres Genericos ex Instrumentis cibariis, more Clariss. Professoris J. C. FABRICII, *disposui, non tamen neglectis aliis notis accidentalibus; Quod dum exsequerer, non potui quin plurima Genera a Cl.* LATREILLE *proposita, cooptarem, sed etjam ipse Nova nominarem, poscente structura Instrumentorum Cibariorum, præcipue dum observatæ fuerint discrepantiæ in partibus magis conspicuis, ut: Palpis, Mandibulis, Maxillis, & interdum quoque labio, quæ partes sæpius sine ope Anatomiæ discerni possunt.*

Per tumultus bellicos occluso ad extera loca aditu, ad me attingere non potuisse doleo, recentius editum opus Cl. Latreille: Genera Crustaceorum & Insectorum, editum Parisiis 1806. Ex nomenclatura Generum, ab Amicissimo Dom. SCHÖNHERR *mihi communicata, collata cum libris ab hoc auctore antea editis, solummodo notionem aliquam Methodi ab eo adhibitæ formare conatus sum.*

Quod Descriptiones Specificas, in animum quidem induxeram, monitis obsequi Celeb. Prof. HELLWIGII, *in Præfatione ad Illigeri Coleoptera Borussiæ, ut satis*

tis cognitae, & ab aliis accuratius descriptæ Species brevius tangerentur; sed operi intentus, magis magisque comperi, quam arctis compagibus Naturæ catena articulatim continuatur, simulque perpendi, magnum Insectorum numerum conspectum nostrum forte adhuc fugisse, quarum discrepantias, in quibus a dudum cognitis distent, nemo novit, ideoque consultius duxi, omnes, quas recensui Species, diffusius & accuratius describere, ut, quantum fieri posset, dubiis & erroribus in posterum obviam eatur, & quoque consulatur tironibus, quibus copia plurium librorum non suppetit.

Illustriss. Archiater A LINNÉ, *certe acutissimo oculo notas essentiales detexit, quibus Species, quotquot noverat, inter se distinguerentur; quum vero post obitum ejus, multiplex numerus Insectorum inventus est, non raro contingit, ut plures Species, quibus Characteres a Linnæo recensiti competunt, tamen aliis notis essentialibus, non memoratis, inter se discernantur, unde dubium sit, quænam Species ab Illustri Scientiæ Statore visa & descripta fuerit. Fieri quoque potest, ut descriptiones, quas forte diffusiores justo aliquis crederet, post aliquot lustra non satis plenæ Lectoribus videri possint. His rationibus Characteres Specificos quoque immutavi, & accuratius recensui; nomina vero Specifica Cl. Linnæi retinere mei officii esse sensi, ubi nullum dubium de animalculo descripto esset; tum nominibus trivialibus Cel. Fabricii primas jure plerumque tribui.*

Om-

Omnia fere Insecta, quæ recensui, ad manus mihi fuerunt, & ex accurata inspectione descripta sunt, exceptis perpaucis, quæ ante aliquot annos in ditissima collectione Paykulliana inspexeram, diversas esse Species persvasus; cum vero jam non aderant, ad Descriptiones a Nob. Paykull datas, provocavi.

Synonyma, quotquot certiora mihi visa sunt, retuli ex Scriptis Linnæi, Fabricii, DeGeeri, Olivierii, Illigeri, Paykullii, Herbstii, Panzeri & Schönherrii, cujus Synonyma Insectorum, si aliquanto longius progressa esset, brevitatis ergo, a pluribus citatis abstinere possem; cum vero eodem tempore libros nostros edimus, neque eundem ordinem sequimur, fit, ut unus alterum alternatim alleget.

Domicilia Insectorum, quanta potui cura notavi, quæque non ipse inveni, quis ea repererit, cuique ea debeam; quod cum scribo, gratissimus persolvo debitas ob humanitatem & amicitiam, qua me omnes Entomologiæ amatores, in Patria prosecuti sunt.

Si vires & valetudinem largiri placeat supremo Rerum Arbitro, neque res aliæ improvisæ remoram objiciant, animus est hoc opus edendum sine mora continuare; quare si qui Viri, harum rerum gnari suis monitis quibuscunque operi meo emendando & augendo consulere voluerint, consilia ista & additamenta in usus meos conversurus sum, nullo alio studio ductus, quam ut ad dilectæ Scientiæ incrementum pro virili aliquid conferam. Dabam in villa Höberg prope Scaram, die 27 Aprilis 1808.

L. GYLLENHAL.

AUCTORES

AUCTORES CITATI,

CUM EXPLICATIONE ABBREVIATIONUM.

Act. Hall. . . . . Abhandlungen der Hallischen natur-forschenden Gesellschaft. Dessau und Leipzig 1783. 8:o

Act. Holm. . . . Kongl. Svenska Vetenskaps-Academiens Handlingar 1739-1807. 8:o.

Act. Ups. . . . . Nova Acta Regiæ Societatis Scientiarum Upsaliensis. Vol. 1-6. Upsaliæ 1773-1799. 4:o.

Bergstr. Nom. . . Nomenclatur und beschreibung der Insecten in der Grafschaft Hanau-Münzenberg, von J. A. B. Bergstraesser. Hanau 1778. 4:o.

Creutz. Inf. . . . Chr. Creutzer Entomologische Versuche. Wien 1790. 8:o.

DeGéer Inf. . . . Memoires pour servir a l'histoire des Insectes, par Charles de Geér. Stockholm. 1752-1778. Tomi 7. 4:o.

Ent. Heft. . . . . Entomologische Hefte, enthaltend Beyträge zur weitern Kentniss der Insectengeschichte, &c. Frankfurt am Mayn 1803. 1 & 2 Heft. 8:o.

Fabr. Syst. Elevt. &) Joh. Christ. Fabricii Systema
Fabr. Elevt. . . .) Elevteratorum. Kiliæ 1801. Tom 1 & 2. 8:o.

Fallén Canth. . . . Monographia Cantharidum & Malachiorum Sveciæ, P. 1. & 2 Dis-

2. Differt. Præf. C. F. Fallén. Lundæ 1807. 4:o.

Fallén Obf. Ent. . Obfervationes Entomologicæ. Diff. Præl. C. F. Fallén. Lundæ 1802 & 1807. 4:o.

Herbft. col. . . . . Natur-Syftem aller bekanten in-und Aus-ländifchen Infecten, &c. von C. G. Jablonfky, fortgefetzt von J. F. W. Herbft. Käfer. Tom. 1 - 10. Berlin 1789-1806. 8:o.

Herbft. Arch. . . . Archiv der Infecten gefchichte, herausgegeben von J. C. Fueffly. Zurich und Wintherthur. 1781-1786. Heft. 1. 8. 4:o.

Illig. Col. Bor. . . Verzeichnifs der Käfer Preusfens, entworffen von J. G. Kugellan, ausgearbeitet von J. C. G. Illiger. &c. Halle 1798. 8:o.

Illig. Mag. . . . Magazin für Infectenkunde, herausgegeben von Karl Illiger. Braunfchweig 1801-1806. 1-5 Band. 8:o.

Knoch. N. B. . . Neue Beyträge zur Infectenkunde, von A. W. Knoch. 1. Th. Leipfig 1801. 8:o.

Linn. Fn. Sv- &) . Caroli Linnæi Fauna Svecica.
Linn. Fn. . .) . Ed. 2:a Stockholmiæ 1761. 8:o.

Linn. Muf. Lud. Ulr. ejusdem Mufæum Ludovicæ Ulricæ Reginæ. Holmiæ 1764. 8:o.

Linn. Syft. Nat. &) Caroli a Linné Syftema Natu-
Linn. Syft. . .) ræ. Ed. 12:ma Tom. 1. Pars 2. Holmiæ 1767. 8:o.

Marfh.

Marsh. Ent. Br. .	Entomologia Brittannica, sistens Insecta Brittanniæ indigena, &c. Auct. Thom. Marsham. Londini 1802. 8:o.
Müll. Zool. Dan. Prodr.	O. F. Müller Zoologiæ Danicæ prodromus, &c. Hafniæ 1776. 8:o.
Oliv. Ins. &) . . *Oliv. Ent.*) . .	Entomologie, ou Histoire Naturelle des Insectes, avec des Characteres Generiques & Specifiques, &c. Par M. Olivier. a Paris 1789-1795. Tom. 1-4. 4:o.
Panz. Fn. . . .	G. W. F. Panzeri Faunæ Insectorum Germanicæ initia. Nurnberg. 1796-1806. Heft. 1-100.
Panz. Crit. Rev. .	ejusdem critische Revision der Insecten-faunæ Deutschlands, nach dem Systeme bearbeitet, 1-96 Heft. 1. Bändchen. Nürnberg. 1805. 8:o.
Payk. Fn.	Gustavi Paykull Fauna Svecica, Insecta. Upsaliæ 1798-1800. Tom. 1-3. 8:o.
Qvens. diss. & . .) *Qvens. ignot. Ins. Sp.*)	Diss. Historico-naturalis, ignotas Insectorum Species continens. Præs. Conr. Qvensel. Lundæ 1790. 4:o.
Ross. Fn. Etr. . .	Fauna Etrusca, sistens Insecta, quæ in Provinciis Florentina & Pisana colligit P. Rossius. Liburni 1790. 4:o.
Ross. Mant. . . .	Mantissa Insectorum, exhibens Species nuper in Etruria collectas, a P. Rossio, Tom. 1. Pisis 1792. 4:o.

Schel-

Schellenb. Ent. Beytr. Entomologische Beyträge, von J. R. Schellenberg. 1. Heft. Winterthur. 1802. 4:o.

Schneid. Mag. . . Neuestes Magazin für die Liebhaber der Entomologie, herausgegeben von D. H. Schneider. Heft. 1-5. Stralsund 1791-1794. 8:o.

Schranck. Austr. . Fr. von Paula Schranck enummeratio Insectorum Austriæ indigenorum. Aug. Vindel. 1781. 8:o.

Schönh. Synon. . . Synonymia Insectorum &c. von C. J. Schönherr. Tom. 1 & 2. Stockholm 1806 & 1808. 8:o.

Scop. Carn. . . J. A. Scopoli Entomologia Carniolica, &c. Vindebonæ 1763. 8:o.

Scriba Beytr. . . Beyträge zu der Insectengeschichte, herausgegeben von L. G. Scriba. Frankfurt 1790-1793. Heft. 1-3. 4:o.

Sturm. Fn. . . . Deutschlands Fauna in Abbildungen nach der Natur, mit Beschreibungen, v. Jac. Sturm. 5:te Abth. Die Insecten. 1. B. Käfer. Nürnberg 1805. 8:o.

Thunb. Ins. Svec. . Diss. Ent. sistens Insecta Sveciæ. Præs. C. P. Thunberg. P. 1-9. 1784-1795. 4:o.

Thunb. Mus. Ups. . ejusdem Musæum Naturalium Academiæ Upsaliensis, &c. P. 1-22 & app. 1-8. Diss. 1787-1800, 4:o.

Uddman. Diss. . . Novæ Insectorum Species. Diss. Præs. Joh. Leche. Resp. Js. Uddman, Aboæ 1753. 4:o.

CLASSIS

CLASSIS I.
COLEOPTERA
Linn. Oliv. Latreille.

Alæ Superiores Cruſtaceæ, Sutura recta.

ELEUTERATA *Fabr.*

Maxilla nuda, libera, Palpigera.

SECTIO I.

Tarſis omnibus quinque-articulatis.

Familia I. Scarabæides.

Antennarum Capitulo Lamellato, vel Horizontaliter fiſſili *)

GEOTRUPES.

Mandibula cornea ſolida, triquetra.
Maxilla cornea integra ciliata.
Labium piloſum ovatum integrum.

Corpus oblongum, undique convexum, Scutellatum. Clypeus parvus, convexus, triangularis.

1. G.

*) Obſ. Familiæ 14 & 15 D. Latreille, Coprophagi nempe et Geotrupini, parum ab hac Familia diſcrepant, quare in unam conjunxi, præſertim quum ſpecies apud nos obviæ minus numeroſæ ſint.

1. G. naſicornis: caſtaneus, clypeo cornuto, thorace retuſo carina poſtica ſub-tridentata, elytris politis, ſubtiliſſime punctato-ſtriatis.

Fabr. Syſt. Eleut. 1. 13. 41. Sturm Fn. 1. 8. 1. Tab. 4. 5. fig. omn. Schönh. Synon. 1. 13. 53.

Scarabæus naſicornis Linn. Syſt. Nat. 2. 544. 15. Fn. Sv. 378. Payk. Fn. 1. 2. 2.

Oryctes naſicornis Illig Col. Bor. 1. 14. 1.

Habitat in ligno putrido & vaporariis hortulanorum, præſertim in Svecia Auſtrali.

Deſcr. Maximus, Luc. Cervo fœm. æqualis. Caput parvum, cornu maris elongato recurvo. Thorax antice valde retuſus vel excavatus, poſtice adſcendens in carinam transverſalem obſolete tridentatam. Elytrorum puncta ſubtiliſſima, pleraque vaga, præter ſtriam Suturalem, & ſex obliquas, per paria approximatas in diſco.

Fœmina differt cornu clypei breviſſimo recto, thorace antice parum retuſo, abſque carina dentata.

Variat uterque Sexus duplo fere minor, cornu capitis breviori, thorace minus retuſo, carina obſoletius dentata.

Obſ. Labrum membranaceum, transverſum, integrum, ciliatum, ſub clypeo reconditum, vere adeſt, quamvis id negant Dom. Illig. & Sturm. l. c.

SCARABÆUS.

Mandibula cornea falcata.

Maxilla baſi cornea, apice membranacea.

Labium late emarginatum.

Corpus ovatum, undique convexum, Scutellatum. Clypeus parvus angulatus, ſubdepreſſus.

Sectio

DSI

Sectio 1. Thorace cornuto.

1. Sc. Typhœus: niger, thorace antice tricorni, medio breviori, lateralibus porrectis elongatis, elytris ſtriatis.

Linn. Syſt. Nat. 2. 543. 9. Muſ. Lud. Ulr. 8. Fabr. Syſt. Eleut. 1. 23. 3. Panz. Fn. 2. f. 23. Schönh. Synon. 1. 23. 3.

Var. *b.* minor, thoracis cornubus capite brevioribus.

Scarabæus pumilus Marſh. Ent. Br. 1. 8. 2.

Habitat in Stercore bovino, cuniculos in terra profunde fodiens, in Svecia Auſtrali rarius, *De Geer. Fallén.*

Deſcr. Sc. ſtercorario plerumque paulo minor, totus niger. Clypeus angulatus, marginatus, carina longitudinali elevata. Thorax in medio lævis, lateribus punctatus, foveolatus; cornua lateralia maris porrecta, elongata, caput ambientia; medium breve, adſcendens. In foemina cornua lateralia breviſſima ſub-acuminata; loco medii carina lata transverſa.

2. Sc. mobilicornis: ſupraniger, ſubtus ferrugineus, thorace quadridentato, capitis cornu recurvo mobili.

Fabr. Syſt. Eleut. 1. 24. 7. Payk. Fn. 1. 3. 3. Panz. Fn. 12. fig. 2. Sturm. Fn. 1. 20. 3. T. 6. fig. s - - v. Schönh. S*ynon. 1. 24. 7.*

Habitat Calmariæ in Parœcia Södra Vi & Moſiöhult, locis deuſtis. *D. Lilljeblad.*

Deſcr. Statura ovata Sc. vernalis, ſed quadruplo minor. Clypeus ſinuatus niger punctatus, in medio cornu longiſſimo lineari parum recurvato, baſi articulato;

culato; os & antennæ flavefcentes, capitulo magno ovato. Thorax niger, profunde punctatus, in medio canaliculatus, antice tuberculis quatuor; mediis minutis approximatis, lateralibus majoribus compreffis arcuatis. Elytra valde convexa nigra, profunde punctato-ftriata. Corpus fubtus & pedes pallide ferruginea pilofa. Fœmina fimillima fed mutica vel rudimentis obfoletis tuberculorum in capite & thorace.

Obf. Var. teftacea auctorum, quantum mihi innotuit, apud nos non lecta.

Sectio 2. Thorace inermi.

3. Sc. ftercoratorius: niger, fubtus violaceus, clypeo unituberculato, thoracis difco impunctato, elytris fub-fulcatis, interftitiis lævibus.

Linn. Syft. Nat. 2. 550. 42. *Fn. Sv.* 388. *Fabr. Syft. Elevt* 1. 24. 10. *Sturm. Fn.* 1. 22. 4. *T.* 6. *fig. a--r.* *Payk. F.* 1. 4. 4. *Shönh. fynon.* 1. 26. 11.

Habitat in Stercore ubique frequentiffimus.

Defcr. Corpus plerumque fupra nigrum, fæpe marginibus & fundo Striarum violaceis, interdum etjam obfcure æneo-tinctum; fubtus, cum pedibus, violaceo, cupreo & virefcenti mixtum, nitidum. Thoracis difcus absque punctis impreffis, fulculo tantum poftico apice fub-punctato. Elytrorum fulci obfoleti, plerumque fub-punctati, interftitiis lævibus. Mas differt tibiis anticis intus fpina erecta folitaria, femoribusque pofticis fubtus dente inftructis. Scarabæus Spiniger & mutator Marfh. Ent. Br. 1. p. 33. & 35. huc pertinent.

4. Sc. fylvaticus: niger, fubtus violaceus, thoracis difco punctis fparfis, elytris ftriatis, interftitiis transverfim ftrigofis.

Fabr.

Fabr. ſyſt. Eleut. 1. 25. 11. Illig. Coll. Bor. 1. 9. 3. Payk. Fn. 1. 5. 5. Panz. Fn. 49. f. 3. Schönh. ſynon. 1. 27. 12.

Habitat in fungis, in ſucco deſtillante arborum & quisquiliis ſylvarum, ſat frequens.

Deſcr. Præcedenti ſimillimus, ſed minor & brevior. Antennæ fuſco-ferrugineæ. Differt præcipue ab illo, thoracis diſco punctis impreſſis ſparſis majuſculis, & ſtriis Elytrorum anguſtioribus, interſtitiis ſtrigis obliquis inordinatis abbreviatis hinc inde exaratis. Corpus & pedes ut in antecedente vel violacea, vel viridi-purpuraſcentia. Medius quaſi inter Sc. ſtercorarium & vernalem.

5. Sc. vernalis: cyaneus totus, thorace undique confertiſſime punctulato, elytris ſubtiliſſime punctato-ſtriatis, antennis nigris.

Linn. Syſt. Nat. 2. 551. 43. Fn. Sv. 389. Fabr. Syſt. Eleut. 1. 25. 12. Panz. Fn. 49. fig. 2. Payk. Fn. 1. 6. 6. Schönh. ſynon. 1. 27. 13.

Var. *b.* Supra niger.

Habitat in ſtercoratis frequens, præſertim tempore vernali.

Deſcr. Statura ſub-hæmiſphærica omnino præcedentis. Magnitudo valde variat. Color plerumque cyaneus, interdum Aureo-vireſcens, rarius ſupra niger. Forma partium ut in antecedentibus, ſed abunde ab illis differt, thoracis ſuperficie tota ſubtiliſſime confertiſſime punctulata. Elytra nitidiſſima, lævia apparent, ſed oculo armato ſubtiliſſime punctato-ſtriata videntur, interſtitiis obſoletiſſime ſtrigoſis. Antennæ totæ nigræ. Femora poſtica ſæpe, forte in maſculis, ſubtus denticulis plurimis crenulata.

PSAMMODIUS.

Mandibula cornea arcuata, dentata.
Maxilla brevis cylindrica, intus dente armata.
Labium ovatum, obtusum, vix emarginatum.

Corpus parvum oblongo-ovatum, undique convexum, scutellatum. Clypeus brevis latus transversus convexus.

1. Ps. arenarius: niger nitidus, clypeo integro granulato, thorace lævissimo, elytris gibbosis striis impunctatis.

Scarabæus arenarius Payk. Fn. 1. 27. 33.

Aphodius arenarius Schönh. synon. 1. 88. 88.

- - *globosus Illig. Col. Bor. 1. 20. 4. Sturm. Fn. 1. 171. 62.*

Scarabæus globosus Panz. Fn. 57. f. 2.

Habitat in sabuletis Hallandiæ. *D. D. Osbeck.*

Descr. Magnitudo fere Aphodii hæmorrhoidalis, sed magis convexus. Corpus supra nigrum nitidum, subtus ferrugineo-piceum. Clypeus semi-orbiculatus integer, punctis elevatis scaber. Antennæ & os ferruginea. Thorax brevis convexus lævissimus. Elytra in medio dilatata valde convexa, nigra nitida, sutura picea, striis tenuibus impunctatis. Pedes breves validi pilosi dentati, ferrugineo-picei.

Aphodius Arenarius Fabr. Syst. Eleut. 1. 82. 63. forte idem, sed descr. nimis anceps, nec Synonyma allata Oliv. & Geoffr. huic, sed Aph. arenario Illig. Col. Bor. 1. 22. 10. tribuenda.

2. Ps. elevatus: niger nitidus, clypeo lævi emarginato, thorace punctulato, elytris gibbosis punctato-striatis.

Apho-

Aphodius elevatus *Fabr. syst. Eleut.* 1. 79. 46.
Panz. Fn. 87. *f.* 1. *Schönh. synon.* 1. 84. 63.

Scarabæus elevatus Payk. Fn. 1. 28. 34.

Habitat in sabuletis Vestrogothiæ rarissime.

Descr. Statura præcedentis, sed paulo minor, totus niger nitidus. Clypeus magnus angulatus lævis, antice depresso-emarginatus, margine reflexo ferrugineo. Antennarum clava dilute testacea. Thorax valde convexus, lateribus & postice crebre punctulatus. Elytra valde convexa, profunde punctato-striata, pone medium dilatata. Corpus & pedes nigra, tarsis piceo-rufis.

3. Ps. sabuleti: nigro-piceus oblongus, clypeo integro thoraceque crebre punctatis, elytris profunde punctato-striatis.

Aphodius Sabuleti *Fabr. syst. Eleut.* 1. 81. 56.
Illig. Col. Bor. 1. 21. 7. *Schönh. synon.* 1. 86. 75.
Sturm. Fn. 1. 169. 60. *T.* 15. *f. a. A. B.*

Scarabæus Sabuleti Payk. Fn. 1. 27. 32.

Habitat in sabulosis passim, in littoribus arenosis lacuum plerumque nigrior, nitidior.

Descr. Aphod. hæmorrhoidali paulo minor, angustior, convexior. Clypeus latus transversus integer, punctulatus, angulis rotundatis. Os & antennæ ferruginea. Thorax convexus niger obscurus, crebre & profunde, punctulatus. Elytra oblonga, convexa, profunde punctato-striata. Pedes picei, tarsis omnibus tibiisque anticis ferrugineis.

Variat corpore fere toto pallidiori, ferrugineo, forte nuper declaratus.

Instrumenta Cibaria hujus Speciei accuratius lustravi: Mandibula valida cornea arcuata fornicata, apice

 bifida,

bifida, intus dentata. Maxilla brevis angusta basi cornea, apice pilosa, intus dente vel fasciculo pilorum acuta. Palpi 4. in-æquales: Anteriores multo longiores 4-articulati; Artic. 1. parvo cylindrico maxillæ dorso adnexo; 2. magno elongato obconico; 3. brevi cylindrico; 4. iterum elongato, fere conico, sub-acuminato. Posteriores breves tri-articulati, intra apicem labii inserti, Artic. 1 & 2 minutis cylindricis, tertio magno crasso, ovato. Labium coriaceum ovatum obtusum, apice vix emarginatum. Ligula membranacea inflata, apice bifida, labio brevior. Antennæ breves sub clypeo insertæ, Artic. 1. magno elongato cylindrico, 2. crasso globoso, 3. obconico, basi valde tenui, sequentibus brevissimis coarctatis, capitulo ovato triphyllo. Differt itaque hoc genus

ab Aphodiis: Mandibula cornea,
a Scarabæis: Labio vix emarginato,
a Geotrupe: Labio obtuso, fere emarginato, & maxilla intus dentata.

Specierum habitatio in Arenosis, & affinitas cum Aphodiis, denominationi Generis ansam præbuerunt.

4. Ps. porcatus: niger obscurus, thorace subcanaliculato, elytrorum sulcis profundis, transversim costatis.

Aphodius porcatus Fabr. syst. Eleut. 1. 81. 57. Sturm Fn. 1. 64. 57. Schönh. synon. 1. 87. 76.

Scarabæus porcatus Payk. Fn. 1. 29. 35. Panz. Fn. 28. fig. 13.

Habitat in Hallandia. *D. Osbeck.* In Scania. *Fallén.*

Descr. Minutus, aphod. merdario dimidio minor, angustus, sub-cylindricus. Clypeus antice rotundatus, in medio deflexus, vix emarginatus, ad oculos acute angulatus, Thorax transversus, profunde

funde punctulatus, sub-inæqualis, foveola longitudinali postice profundiore exaratus. Elytra profunde sulcata, interstitiis angustis, lævibus; in sulcis puncta majuscula serie impressa, quorum interstitia strigas transversales formant. Corpus piceum. Pedes apice rufescentes.

5. Ps. asper: oblongus fusco-niger obscurus, thorace transversim rugoso, elytris punctato-striatis, interstitiis granulatis.

Aphodius asper Fabr. Syst. Eleut. 1. 82. 61. *Sturm. Fn.* 165. 58. *Schönh. synon.* 1. 87. 82.

Scarabæus asper Panz. Fn. 47. *fig.* 13.

Prinus Germanus Linn. syst. nat. 2. 566. 6.

Habitat in Scania *D. Fallén* & *Hunemöder*.

Descr. Minutus, præcedente angustior, linearis. Clypeus angulatus, late emarginatus, convexus, papillosus, vertice oblique sulcatus, niger obscurus, marginibus ferrugineis. Thorax brevis convexus, lateribus & postice ciliatus, costis quatuor transversis elevatis, posticis duabus sinuatis, medio interruptis. Elytra lineari-elongata, convexa, tenue punctato-striata, interstitiis creberrime granulatis. Corpus piceum. Antennæ & pedes dilutiores, sub-ferrugineæ.

6. Ps. sulcicollis: ovatus piceus, thorace transversim rugoso, elytris posterius gibbosis, punctato-striatis, interstitiis lævibus.

Aphodius sulcicollis Illig. Mag. 1. 20. 7-8. *Panz. Fn.* 99. *f.* 1. *Sturm. Fn.* 1. 173. 63. *T.* 15. *f. c. C.* *Schönh. synon.* 1. 88. 83.

Scarabæus Asper Payk. Fn. 1. 29. 36.

Habitat in Hallandia. *D. Osbeck.*

Descr. Præcedenti quidem affinis, sed vere distinctus, postice latior, magis gibbus. Clypeus angulatus, emarginatus, papillosus & postice oblique sulcatus, ut in præcedente; rufo-piceus, vertice obscuriore. Thorax præcedentis omnino. Elytra rufo-picea, posterius dilatata & valde convexa, profundius punctato-striata, interstitiis planis, omnino lævibus nitidis. Corpus, antennæ & pedes rufo-picea,

Obs. Descriptio Cl. D. Paykull loc. cit. certe hanc speciem indicat, ideoque ejus Auctoritate ut Sveciæ incolam adhibui.

T R O X.

Mandibula crassa cornea.
Maxilla apice bifida.
Labium sub-emarginatum.
Palpi articulo ultimo ovato, crassiore.

Corpus supra valde convexum, scutellatum, subtus planum. Antennæ breves, articulo primo crasso fasciculato-piloso.

1. Tr. Sabulosus: niger, Thorace inæquali, elytris substriatis, interstitiis alternis elevatioribus fasciculato-hispidis.

Fabr. Syst. Eleut. 1. 110. 3. Illig. Col. Bor. 1. 98. 1. Payk. Fn. 1. 79. 1. Scriba Beytr. 1. 44. 9. T. 5. f. 2. a. Panz. Fn. 7. f. 1. Schönh. synon. 1. 117. 4.

Scarabæus sabulosus Linn. syst. nat. 2. 551. 48. Fn. sv. 390.

Habi-

Habitat in aridis, præſertim tempore vernali, ſat frequens.

Deſcr. Corpus ovatum magnit. Chryſ. Staphyleæ. Clypeus ſemi-orbiculatus, punctatus. Thorax valde inæqvalis, canaliculatus, punctatiſſimus, undique rufo-ciliatus. Elytra rude punctato-ſtriata, in diſco obſolete, ad apicem & margines evidentius, interſtitiis alternis magis elevatis, & faſciculis alternantibus e pilis breviſſimis rufo-fuſcis inſtructa; detritis faſciculis, baſis illarum crebre punctulata apparet. Abdomen ſubtus planum. Femora antica latiſſima.

2. Tr. arenoſus: niger, thorace inæquali, elytris ſubſtriatis, interſtitiis alternis tuberculis lævibus, apice longius faſciculato-piloſis.

Trox arenarius Payk. Fn. 1. 80. 2.
Trox niger Roſſ. Mant. 1. 9. 12. forte.

Habitat in arenoſis primo vere rarius. *D. Payk.*

Deſcr. Præcedenti ſimillimus ſed paulo minor, & diſtinctus. Clypeus punctulatus antice ſub-acuminatus. Thorax, corpus & pedes ut in præcedente omnino. Elytrorum ſtriæ adhuc obſoletiores, vix diſcernendæ; in interſtitiis alternis ordo e tuberculis ſub-conicis diſcretis, antice lævibus nitidis, poſtice faſciculo e pilis rigidis cinereis longiuſculis inſtructis, adeoque in ſingulo elytro ordines quatuor tuberculorum, præter ſuturalem, cujus tubercula obſoletiora.

3. Tr. arenarius: niger obſcurus, elytris punctato-ſtriatis, interſtitiis omnibus punctis faſciculato-piloſis.

Fabr. ſyſt. Eleut. 1. 111. 5. *Panz. Fn. 97. fig. 2.*
Schönh. ſynon. 1. 118. 6.

Trox

Trox Hispidus Payk. Fn. *1. 81. 3.*
Trox scaber Illig. Col. Bor. 1. 99. 2.
Silpha scabra Linn. syst. 2. 573. 23.

Habitat in arenosis Sveciæ australis rarius.

Descr. Tr. Sabuloso plus duplo minor, angustior, minus convexus. Clypeus rotundatus punctatus. Thorax parum convexus, obsolete canaliculatus. Elytra oblonga, evidentius punctato-striata, interstitiis omnibus serie fasciculorum e pilis rufo-fuscis; series alternæ fasciculis majoribus, magis confluentibus. Corpus & pedes picea.

APHODIUS.

Mandibula basi dilatata cornea, apice membranacea, integerrima.
Labium coriaceum rotundatum, apice emarginatum.
Palpi posteriores glabri, articulo ultimo tenuiore.

Corpus oblongum convexum, scutellatum. Clypeus amplus, semi-orbiculatus.

1. Aph. Fossor: brevis convexus ater, clypeo tuberculis tribus, medio subcornuto, elytris leviter punctato-striatis.

Fabr. Syst. Eleut. 1. 67. 2. *Sturm.* Fn. *1. 81. 1. Tab. 12, f. omn.* *Schönh. syn. 1. 66. 2.*

Scarabæus fossor Linn. syst. nat. 2. 438. 31. Fn. *Sv. 384.* *Payk.* Fn. *1. 6. 7.*

Habitat in stercore frequens.

Descr. Maximus nostratum hujus generis, valde convexus, totus ater nitidus. Clypeus emarginatus. Thorax antice in medio impressus, lateribus parce punctatus. Elytrorum striæ tenues obsolete punctatæ,

ftatæ, interftitiis læviffimis. Fœmina differt tuberculis clypei minoribus, thoracis difco crebrius punctato, foveola antica obfoletiffima.

2. Aph. terreftris: brevis convexus ater, clypeo trituberculato, elytris leviter punctato-ftriatis, interftitiis opacis punctulatis.

Fabr. *Syft. Eleut.* 1. 71. 13. *Schönh. fyn.* 1. 69. 13.

Aphodius ater Illig. Col. Bor. 1. 19. 4. *Sturm.* Fn. 1. 122. 25.

Scarabæus ater De Géer Inf. 4. 270. 16. *Payk.* Fn. 1. 8. 9. *Panz.* Fn. 43. f. 1.

Habitat in ftercore fat frequens.

Defcr. Statura præcedentis, fed quadruplo minor, Aph. hæmorrhoidali æqualis. Clypeus fub-emarginatus rugofo-punctatus. Thorax confertiffime punctatus. Scutellum breve, triangulum. Elytra convexa obtufa tenue punctato-ftriata, interftitiis opacis e punctulis fubtiliffimis impreffis. Corpus & pedes glabra nigra, tarfis piceis.

Variat rarius elytris pedibusque fufco-caftaneis.

3. Aph. fœtens: niger nitidus, clypeo trituberculato, thoracis angulis, elytrorum limbo, abdomineque rubris.

Fabr. *Syft. Eleut.* 1. 69. 8. *Illig. Col. Bor.* 1. 31. 24. *Mag.* 1. 30. 31. *Schönh. fynon.* 1. 67. 8.

Scarabæus fœtens Payk. Fn. 1. 11. 14. *Panz.* Fn. 48. *fig.* 1.

Var. *b.* Elytris rubris, difco poftico tantum nigro. *Schönh. loc. cit. var. b.*

Var.

Var. *c.* Elytris rubris immaculatis. *Payk. l. c. var. b.*

Var *d.* Elytris piceis. *Payk. l. c. var. c.*

Habitat in ſtercore paſſim, præſertim Solſtitio æſtivali peracto.

Deſcr. Species hæc, præſertim ejus var. c, Aphodio fimetario ſimillima, attamen vere diſtincta, corpore paulo breviore, elytrorum ſtriis profundioribus, abdomine ſemper rubro. Clypeus integer, in medio antice deflexus; ante tubercula, carinula arcuata obſoleta. Thorax parce punctatus, angulis anticis macula rufa. Elytra aut rufa immaculata, aut picea, aut nigra, limbo plus minusve rubro; ſtriæ latiores, profundiores quam in ſequente. Abdomen ſemper pallide rufum.

4. Aph. fimetarius: clypeo trituberculato, niger nitidus, abdomine concolore, thoracis angulis elytrisque totis rubris.

Fabr. Syſt. Eleut. 1. 72. 19. *Sturm.* F*n.* 1. 87. 5. *Schönh. ſynon.* 1. 71. 19.

Scarabæus fimetarius Linn. ſyſt. nat. 2. 548. 32. *a.* F*n.* S*v.* 385. *a.* *Payk.* F*n.* 1. 10. 13. *Panz.* F*n.* 31. *fig.* 2.

Habitat in ſtercore ubique, præſertim tempore vernali.

Deſcr. Notas, quibus a præcedente diſtinguitur, in ejus deſcriptione indicavi. Præterea carinula antica clypei plerumque evidentior; Thorax in maſculis antice foveola ſatis profunda impreſſus, qvæ in illo vix obſervanda. Elytra ſemper rubra immaculata, ſtriis anguſtioribus, & abdomen totum nigrum.

Scarabæus Autumnalis Næzén Act. Holm. 1792. 3. 167. fig. 7. modo hujus ſpeciei individuum nuper declaratum, aſſeverante Dom. Paykull. loc. cit.

5. Aph. Lapponum: oblongus niger, parum convexus, clypeo trituberculato, thorace longiore punctatiſſimo, elytris rufis, pedibus piceis

Schönh. ſynon. 1. 72. 21.

Habitat in Lapponiæ ſtercoratis. *D. Grape.*

Deſcr. Aph. fimetario colore & magnitudine ſimillimus, abunde tamen differt, corpore magis elongato, thorace longiore punctatiſſimo. Clypeus angulatus, antice depreſſo-emarginatus, crebre punctulatus, tuberculis tribus parvis lineola elevata junctis, carinula vero antica nulla. Antennæ fuſco-ferrugineæ. Thorax muticus integer niger, angulis anticis obſcure piceis, parum convexus, creberrime & ſubtiliſſime undiqve punctatus. Scutellum parvum triangulare nigrum. Elytra rufo-ferruginea, thorace plus duplo longiora, in medio dilatata, minus profunde punctato-ſtriata. Corpus ſubtus nigrum. Femora nigro-picea; tibiæ & tarſi dilutiores.

6. Aph. Scybalarius: brevis convexus niger nitidus, clypeo trituberculato, elytris punctato-ſtriatis griſeis.

Fabr. Syſt. Eleut. 1. 70, 10. *Illig. Col. Bor.* 1. 33. 26. *Schönh. ſyn.* 1. 68. 10.

Scarabæus ſcybalarius Panz. Fn. 47. *f.* 1.

Var. *b.* Elytro ſingulo plaga nigricante. *Illig. Schönh. loc. cit. var. b.*

Apho-

Aphodius conflagratus Fabr. *Syst. Eleut.* I. 72. 20. Fallén. *Obs. Ent.* 6. 1.

Scarabæus conflagratus *Panz.* Fn. 47. *f.* 2.

Habitat in Sveciæ meridionalis Stercoratis rarius; *a.* in Blekingia. *D. Billberg.* *b.* in Scania. *D.* Fallén.

Descr. Magnitudo & statura Aph. fimetarii. Clypeus angulatus integer, tuberculis tribus, & carinula antica obsoleta armatus. Antennæ testaceæ, capitulo nigro. Thorax niger immaculatus, punctis sparsis, in disco antico rarioribus impressus. Elytra pallide grisea nitida, striis latis profunde punctatis exarata, in a. immaculata, in var b. plaga plus minusve nigra notata, ab humero versus apicem obliqva, raro versus basin dilatata. Corpus nigrum. Pedes testacei.

Scarabæus fimetarius var. b. Cl. Linnæi, ab Auctoribus huc relatus, potius ad Aph. Sordidum pertinet; in Descriptione Faunæ enim expressis verbis „Thoracis latera pallida" indicat, & præterea in Systemate citationem „Uddman Diss. n:o 2" allegat, ubi Aph. Sordidus var. 4-punctata indubito descripta exstat; hic etjam apud nos admodum vulgaris, Aph. Scybalarius vero per-raro occurrit.

7. Aph. erraticus: brevis ater punctatissimus, clypeo unituberculato, elytris subdepressis griseo-lividis striatis, interstitiis punctulatis.

Fabr. *Syst. Eleut.* I. 72. 21. *Sturm.* Fn. 1. 90. 7. *Schönh. synon.* I. 72. 22.

Scarabæus erraticus *Linn. syst. nat.* 2. 548. 29. Fn. Sv. 383, *Payk.* Fn. I. 16. 19. *Panz.* Fn. 47. *f.* 4.

Habitat in stercoratis sat frequens.

Descr.

Defcr. Statura brevis lata, & in elytris magis depreffa, qvam in congeneribus, magnitudo fere Aph. fimetarii. Clypeus fub-orbiculatus punctatisfimus, tuberculo verticis unico, fæpe minimo, interdum linea elevata utrinqve aucto. Thorax latus convexus, creberrime punctulatus, totus ater. Elytra brevia, lata, dorfo depreffa, grifeo-livida, ftriis punctatis leviffime impreffis, interftitiis fubtiliffime punctulatis. Corpus & pedes nigra.

Variat elytris nigro-fufcis, apice pallidioribus.

8. Aph. fubterraneus: brevis niger nitidus fubdepreffus, clypeo emarginato trituberculato, elytris crenato-fulcatis.

Fabr. Syft. Eleut. 1. 72. 18. *Illig. Col. Bor.* 1. 20. 5. *Sturm. fn.* 1. 115. 21. *Schönh. fynon.* 1. 70. 18.

Scarabæus fubterraneus Linn. fyft. nat. 2. 548. 28. *fn. fv.* 382. *Payk. fn.* 1. 7. 8. *Panz. fn.* 28. *fig.* 3.

Habitat in ftercoratis primo vere, apud nos minus frequens.

Defcr. Magnitudo fere Aph. fimetarii, fed minus convexus, totus niger. Clypeus angulatus, antice depreffo-emarginatus, intra margines punctulatus, poftice trituberculatus, & præterea elevatio obfoleta antica. Thorax magnus fub-quadratus convexus nitidus, punctis majoribus fparfis hinc inde impreffus. Scutellum triangulare, acutum, valde depreffum. Elytra fub-depreffa, fulcis latis, utrinque quafi marginatis & fubtiliffime transverfim ftrigofis exarata. Corpus fub-pubefcens & pedes nigra.

Variat rarius elytris fufco-caftaneis.

9. Aph. Hæmorrhoidalis: brevis niger, clypeo trituberculato, ſcutello magno elongato, elytris crenato-ſtriatis, apice rufis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 75. 30. *Illig. col. bor.* 1. 23. 12. *Sturm. fn.* 1. 123. 26. *Schönh. ſynon.* 1. 78. 41.

Scarabæus hæmorrhoidalis Linn. ſyſt. nat. 2. 548. 33. *fn. ſv.* 386. *Payk. fn.* 1. 8. 10. *Panz. fn.* 28. *fig.* 8.

Habitat in ſtercoratis paſſim.

Deſcr. Statura fere Aph. fimetarii, ſed plus duplo minor. Clypeus ante oculos ſinuatus. Thorax convexus niger immaculatus, creberrime punctatus. Scutellum magnum elongatum, acuminatum, punctatum. Elytra brevia lata, minus convexa, profunde crenato-ſtriata, nigra, apice late rufa; punctum humerale rufum præterea in plerisque. Corpus & pedes nigro-picea.

10. Aph. granarius: niger nitidiſſimus, clypeo ſub-tuberculato, thorace parce punctato, elytris tenue punctato-ſtriatis, margine apicis rufeſcente.

Illig col. bor. 1. 22. 11. *var. e.* *Mag.* 2. 192. 5.

Scarabæus granarius Linn. ſyſt. nat. 2. 547. 23. *Payk. fn.* 1. 9. 11.

Aphodius carbonarius Sturm. fn. 1. 128. 30. *tab.* 14. *fig. c. C.* *Schönh. ſynon.* 1. 77. 40.

Habitat in ſtercore & terra pingvi, apud nos minus frequens.

Deſcr.

Descr. Magnitudo fere Aph. hæmorrhoidalis, sed paulo angustior. Clypeus sub-emarginatus, punctulatus, vertice tuberculo solitario in linea elevata transversa. Thorax amplus, convexus, nitidissimus, ad latera punctis sparsis raris impressus, disco lævissimo; intra marginem medium, utrinque macula parva obscure rufa, nunquam ad angulum anticum extensa. Scutellum parvum triangulare. Elytra parum convexa tenue punctato-striata, interstitiis lævissimis, nigra nitidissima, margine apicis obscure rufo-ferrugineo. Corpus nigro-piceum. Femora lata, compressa, rufo-ferruginea, præsertim postica, tibiis obscurioribus.

Synonymia hujus & proxime sequentium, valde inter se affinium, difficillime extricanda; Certum tamen videtur, hunc Sc. granarium esse Cl. Linnæi, Olivieri & Herbstii, quare nomen specificum retinere justum censui.

11. Aph. granum: niger, clypeo linea elevata, thorace crebre punctulato, elytris punctato-striatis, apice, late rufis.

Aphodius granarius Fabr. *syst. eleut.* I. 75. 29. *Illig. coll. bor.* I. 22. 11. *Sturm. fn.* I. 130. 31. *Schönh. synon.* I. 77. 39.

Scarabæus granarius Panz. fn. 43. *fig.* 3.

Var. *b.* duplo minor.

Aphodius pusillus Sturm. fn. I. 160. 54. *Schönh. synon.* I. 88. *a* 90.

Scarabæus pusillus Payk. fn. I. 10. 12.

Var. *c.* Elytris totis rufo-ferrugineis. *Sturm. l. c.*

Scarabæus pusillus Panz. fn. 49. *f.* 11.

Habitat in stercore ubique, præsertim. Var. *b.* frequens.

Defcr. Præcedente minor, magis convexus, & vere diftinctus. Corpus nigrum, minus nitidum. Clypeus integer punctulatus, vertice linea elevata, fæpe obfoleta, absque tuberculis. Thoracis fuperficies tota crebre punctulata, angulis anticis rufis. Elytra convexa nigra, apice late rufefcentia, profundius punctato-ftriata, interftitiis lævibus, vel oculo acute armato vix fubtiliffime fparfim punctulatis. Femora picea, tibiis tarfisque ferrugineis. Varietates b, c, magnitudine duplo minore, & c, præterea elytris totis femoribusque rufis, tantummodo diverfæ.

Etfi clypeus in hac Specie & nonnullis infequentibus vix tuberculatus dici queat, tamen ob affinitatem cum præcedentibus in hac fectione locavi.

12. Aph. triftis: niger, clypeo linea elevata fubtuberculata, thorace immaculato punctulatiffimo, elytris ftriatis, interftitiis punctulatis.

Sturm. fn. I. *158. 53.* *Illig. Mag.* *2. 193. 7.* *Schönh. fynon.* 1. *78. 42.*

Scarabæus triftis Panz. fn. 73. fig. I.

Habitat cum precedentibus paffim.

Defcr. Præcedenti fimillimus, & majoribus ejus individuis æqualis, totus niger. Clypeus integer, punctulatus, vertice linea elevata, fæpe obfoleta, interdum rudimentis tuberculorum infignita. Thorax convexus niger immaculatus, creberrime punctulatus. Scutellum breve triangulum. Elytra convexa nigra, profunde punctato-ftriata, interftitiis evidenter punctulatis; futura, apex punctum humerale, & aliud intra apicem, plerumque rufo-ferruginea, fæpe tamen obfolete; rarius tota rufefcentia. Pedes nigro-picei, tibiis tarfisque dilutioribus; Tibiæ poftticæ compreffæ, arcuatæ, fubtus valde dilatatæ.

Obf.

Obſ. Interſtitiis elytrorum punctulatis, & tibiis poſticis dilatatis, præcipue a præcedentibus diſtinctus.

13. Aph. putridus: nigro-piceus convexus, clypeo trituberculato, thoracis punctatiſſimi lateribus, elytris pedibusque rufeſcentibus.

Sturm. fn. 1. 125. 27. *tab.* 14 *fig. b. B.* *Schönh. ſynon.* 1. 79. 46.
Scarabæus puſillus Payk. fn. 1. 10. 12. *var. clypeo tuberculato.*

Habitat cum præcedentibus rarius.

Deſcr. Parvus, Aph. grano var. b, c, ſeu puſillo auctorum. æqualis, ſed anguſtior, magis convexus, & vere diſtinctus. Clypeus niger, ſub-emarginatus, margine rufeſcente, vix punctulatus, vertice tuberculis tribus minutis diſtinctis. Antennæ totæ palleſcentes. Thorax convexus niger, creberrime punctulatus, margine laterali fere toto, anterius latius rufeſcente. Scutellum parvum triangulare piceum, lineola apicis elevata. Elytra convexa, fere cylindrica, rufo-ferruginea nitida, profunde punctato-ſtriata, interſtitiis lævibus. Corpus piceum. Pedes toti rufo-ferruginei, femoribus latis compreſſis.

14. Aph. piceus: nigro-piceus, clypeo trituberculato, thorace punctatiſſimo angulis anticis rufis, elytris profunde punctato-ſtriatis.

Scarabæus inquinatus var. Fabr. ent. ſyſt. 1. 28. 88. *Payk. fn.* 1. 20. 23. *var. b.*
Aphodius inquinatus var. b. Schönh. ſyn. 1. 74. 25.

Habitat in ſtercoratis Lapponiæ. *D. Garpe.*

Defcr. Aph. hæmorrhoidali fere major, longior, fed minus convexus. Clypeus fub-emarginatus, crebre punctatus, niger, marginibus ferrugineis, vertice tuberculis tribus armatus. Antennarum capitulum nigrum. Thorax convexus, creberrime & fat profunde punctulatus, niger, angulis anticis rufis. Scutellum parvum triangulum, piceum. Elytra thorace plus duplo longiora, fatis ampla, in medio dilatata, convexa, picea nitida, marginibus dilutiora, profunde punctato-ftriata, præfertim verfus apicem, interftitiis lævibus. Corpus piceum, ano rufefcente. Femora rufo-picea, tibiis tarfisque dilutioribus.

Obf. Ab Aph. inquinato certe diverfus, thorace elytrisque profundius punctatis, ftatura convexiori, & colore; a præcedente differt magnitudine triplo majore, clypeo punctulato, thoracis angulis tantum rufefcentibus.

15. Aph. inquinatus: brevis niger nitidus, thoracis angulis macula rufa, elytris grifeis maculis nigris, interioribus tri-compofitis.

Fabr. fyft. eleut. 1. 73. 23. *Illig. mag.* 1. 23. 15. *a.* *Creutz. Inf.* 1. 24. 6. *Schönh. fyn.* 1. 74. 25. *Scarabæus inquinatus Payk. fn.* 1. 19. 23. *Panz. fn.* 28. *fig.* 7.

Var. *b.* Maculis elytrorum plerisque connexis.

Aphodius nubilus Sturm. fn. 1. 103. 15. *Schönh. fynon.* 1. 74. 26.

Scarabæus nubilus Panz. fn. 58. *f.* 3.

Var. *c.* Maculis elytrorum omnibus connexis, aream centralem includentibus.

Scarabæus centro-lineatus Panz. fn. 58. *f.* 1.

Habitat in ftercoratis ubique vulgatiffimus.

Defcr.

Defcr. Magnitudine valde variat, Aph. hæmorrhoidali fere æqualis, fed paulo longior. Clypeus niger fub-emarginatus, trituberculatus. Thorax convexus niger nitidus, crebre, fed fubtiliffime punctulatus, angulo antico utrinque rufefcente. Elytra pallide grifea, futura fufcefcente; tenue punctato-ftriata, fignaturis variis nigris, nempe: in medio bafeos macula oblongo-quadrata; ante medium interne alia ex tribus compofita; infra illam verfus apicem tertia, etjam e tribus coalita, intermedia anteriori; intra marginem fub humero ftriga elongata fub-obliqua, extus acuta; intra apicem plerumque lunula retro-verfa, fæpius obfoleta. In var. b. fignaturæ illæ in fafcias obliquas confluunt; in var. c. omnes connexæ, includentes ftrigam pallidam in centro. Corpus piceum. Pedes grifeo-pallidi nigro-varii.

Aphodius nubilus D. Sturm, ab ipfo benigne communicatus, minime fpecie diverfus.

16. Aph. fticticus: niger nitidus, clypeo bimaculato, thoracis lateribus teftaceis, elytris profunde punctato-ftriatis grifeis nigro-maculatis.

Creutz. Inf. 1. *26.* 7. Sturm. *fn.* 1. 106. 17.

Scarabæus ftictigus Panz. fn. 58. *f.* 4.
— — *nemoralis Panz.* Fn. 67. *f.* 1.

Aphodius prodromus Fabr. *fyft. eleut.* 1. 70. 11. *Schönh. fynon.* 1. 69. 11.

Habitat in ftercoratis, apud nos rarius; in Weftmannia *D. Crug;* in Weftrogothiæ Kinnakulle, ipfe.

Defcr. Magnitudo & fere ftatura præcedentis, paulo tamen convexior. Clypeus integer, obfolete trituberculatus, niger, macula ferruginea utrinque ante

oculos. Thorax convexus, crebre punctulatus, in disco niger nitidus, lateribus late, antice & postice tenue testaceus; nigredo disci ad latera biloba, adjecto puncto solitario fusco in medio. Elytra griseo-testacea convexa, profunde punctato-striata, interstitiis elevatis lævissimis nitidis; Sutura ut & striæ, præsertim disci, fusco colore inductæ; in medio baseos macula elongata nigra; versus suturam & medium elytri duæ aliæ minores coalitæ, & cum præcedente per fuscedinem striæ connexæ; intra apicem tres parvæ connexæ, media anteriori; sub humero stria obliqua, plerumque cum alia interiori, posteriori & longiori connexa; confluunt præterea vario modo maculæ illæ, ope fuscedinis striarum. Corpus fuscum. Pedes pallidi.

17. Aph. conspurcatus: oblongus niger, thoracis lateribus pallidis, elytris tenue punctato-striatis pallidis, maculis septem nigris distinctis.

Scarabæus conspurcatus Linn. syst. nat. 2. 549. 34. fn. sv. 387. Payk. fn. 1. 18. 22. Marsh. ent. br. 1. 12. 13.

Habitat in stercore, præsertim equino non infrequens.

Descr. Magnitudo valde variat, Aph. inquinato plerumque æqualis. Clypeus integer niger, trituberculatus, macula oblonga ferruginea ante oculos. Thorax convexus niger nitidus, crebre punctatus, lateribus late pallidis, cum puncto obsoleto fusco. Elytra pallida, minus convexa, tenue punctato-striata, interstitiis planis lævissimis nitidis; in singulo maculæ septem, pleræque oblongo-quadratæ nigræ distinctæ, quarum duæ inter strias 2 & 3 a sutura, pone medium, una post alteram; tertia anterius inter strias 3 & 4;

4; quarta & quinta inter ſtrias 4 & 5, prior in medio baſeos, altera pone medium conica acuminata; ſexta ſub humero obliqua arcuata, & ſeptima infra illam in medio elytri, elongata, acuminata. Abdomen & pedes griſeo-teſtacea.

Obſ. Præcedenti quidem affinis, ſed non idem; elytra minus convexa, minusque profunde ſtriata; ſutura & ſtriæ non infuſcatæ, maculæ aliter locatæ; nec in centenis individuis a me luſtratis unquam confluentes vel ſitu variantes vidi. Varietas a D. Paykull & Marſham memorata, maculis confluentibus, forte ad præcedentem pertinet. Quod hic noſter verus ſit Scar. conſpurcatus Linn. & Marſham, ex autopſia mihi aſſeveravit Præcl. Dom. Kirby. Scar. conſpurcatus Panz. Fn. 47. f. 5. & Aphodius conſpurcatus Illig, Creutzer, Sturm, ad aliam affinem, mihi ignotam ſpeciem pertinere videntur.

18. Aph. teſſulatus: brevis, convexus, niger immaculatus, elytris griſeo-pallidis, faſciis obliqvis teſſellato-denticulatis nigris.

Sturm. fn. I. III. 19. *Creutz. Inſ.* I. 38. *var. d, e. f, g. tab.* I. *f.* 3. 4. *Schönh. ſynon.* I. 75. 32.

Scarabæus teſſulatus Payk. fn. I. 20. 24.

Scarabæus contaminatus Panz. fn. 47. *f.* 7.

Habitat in ſtercoratis paſſim, non infrequens.

Deſcr. Statura brevis valde convexa Aph. terreſtris, magnitudo & affinitas Aph. inquinati. Clypeus ſub-emarginatus rugoſo-punctatus, totus niger, vertice tuberculis tribus parvis, lineolaque antica arcuata. Thorax valde convexus, fere gibbus, ſubtiliſſime punctulatus, niger nitidus, angulo antico vix piceo:

Elytra convexa, punctato-ſtriata pallide griſea, maculis nigris in faſcias 2 ſeu 3 inæquales confluentibus, quarum poſtica ſemi-circularis, e margine baſeos exiens, pone medium ſuturæ cum oppoſita juncta, valde teſſellato-denticulata, reliquis magis evidens; ſæpe pars antica elytrorum tota nigra, relictis tantum maculis nonnullis oblongis pallidis; faſcia vero poſtica ſemper adeſt, & apex pallidus. Corpus & pedes nigra, tarſis ferrugineis.

19. Aph. Sordidus: livido-teſtaceus, parum convexus, thoracis diſco nigro parce punctulato, corpore pedibusque nigro-variis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 74. 26. *Sturm. fn.* 1. 93. 9. *Illig. Col. Bor.* 1. 32. 25. *Schönh. ſynon.* 1. 75. 33.

Scarabæus ſordidus Payk. fn. 1. 12. 15. *Panz. fn.* 48. *f.* 2.

Scarabæus fimetarius var. b. Linn. ſyſt. nat. 2. 548. 32. *Fn.* 385.

Var. *b.* Elytris puncto humerali fuſco. *Schönh. l. c. var. b.*

Var. *c.* Elytris puncto humerali, & altero pone medium fuſcis. *Schönh. l. c. var. c.*

Habitat in ſtercore, imprimis ſuillo, frequens.

Deſcr. Aph. fimetario fere æqualis, ſed anguſtior, & longe minus convexus. Clypeus trituberculatus integer ferrugineus, diſco & vertice ſemper nigris. Thorax latus convexus niger nitidus, diſco lævi, vel punctis paucis ſparſis impreſſo, lateribus late pallidis puncto medio nigro; margo anticus & poſticus etjam ple-

plerumque pallidior. Elytra lata, parum convexa punctato-striata, livida vel pallide grisea, nitida, sutura obscuriori, in var. b. & c. prætrrea puncto unico aut duobus nigris notata. Corpus & pedes livida, signaturis nigris variis.

Obs. Quod Scar. fimetarius var. b. Cl. Linnæi, majori jure huc referendus, antea ad Aph. Scybalarium N. 6, indicavi.

20. Aph. rufescens: rufo-ferrugineus convexior, thoracis disco nigro punctatissimo, pedibus immaculatis.

Fabr. syst. eleut. I. 74. 27. *Schönh. synon.* I. 76. 34.

Aphodius sordidus var. b. Illig. Col. Bor. 1. 32. 25. *var. c.* *Sturm. fn.* 1. 93. 9. *var. f.* 9.

Scarabæus sordidus var. b. Payk. fn. I. 13. 15.

Var. *b.* Elytris plaga disci nigricante. *Schönh. loc. cit. var. e.*

Var. *c.* Elytris fere totis nigro-piceis, margine dilutiori. *Schönh. l. c. var. d. e.*

Habitat in stercoratis sat frequens; var. *b*, tamen parcius, & var. *c.* rarissime occurrunt.

Descr. Præcedenti quidem valde affinis, attamen diversus mihi videtur, magis convexus. Magnitudine valde variat; majores præcedenti æquales, aliæ duplo & triplo minores. Clypeus rufo-ferrugineus, trituberculatus, vertice parum nigricante. Thorax convexus niger nitidus, undique crebre punctulatus, lateribus late ferrugineis, puncto obsoleto fusco. Elytra convexa rufo-ferruginea nitida punctato-striata, plerumque immaculata, rarius plaga disci majore vel minore fusco-nigricante, rarissime discum fere totum occupante, notata. Corpus & pedes rufo-ferruginea immaculata, pectore interdum piceo.

Obs.

Obf. Notatu dignum, Aph. Sordidum nunquam variare elytris, plaga nigricante notatis, nec Aph. rufefcentem punctis fufcis, ut in illo, unde etjam fpecierum diverfitas affirmari videtur.

21. Aph. nitidulus: elongatus fub-cylindricus nigro-piceus, clypeo tuberculato thoracisqve lateribus ferrugineis, elytris lividis futura fufca.

Fabr. fyft. eleut. 1. 75. 32. *Sturm. fn.* 1. 95. 10. *Panz. fn.* 91. *f.* 2. *Schönh. fynon.* 1. 78. 44.

Scarabœus Ictericus Payk. fn. 1. 17. 21.

Habitat in ftercoratis paffim.

Defcr. Aph. fordido fimilis, fed duplo minor, anguftior, fub-cylindricus. Clypeus antice ferrugineus, tuberculis tribus verticis, & folitario antico obfoletiori. Thorax niger nitidus punctulatus, lateribus late teftaceis. Elytra punctato-ftriata pallida nitida, futura obfcuriori. Corpus piceo-ferrugineum, pedibus pallidioribus. Variat corpore toto pallidiori, qualem defcripfit Cl. Fabricius loc. cit. forte nuper declaratus.

22. Aph. lividus: oblongus lividus nitens, vertice, thoracis difco, elytrorum futura difcoqve nigris.

Creutz. Inf. 1. 44. 12. *Tab.* 1. *f.* 7. *a.*

Scarabœus lividus Oliv. Inf. 1. 3. 86. 93. *T.* 26. *f.* 222. *a. b.*

Aphodius anachoreta Gabr. fyft. eleut. 1. 74. 28. *Sturm. fn.* 1. 97. 11. *Schönh. fynon.* 1. 76. 35.

Scarabœus vefpertinus Panz. fn. 67. *f.* 3.

Habi-

Habitat in ſtercoratis Uplandiæ rariſſime. *D. Schönherr.*

Deſcr. Parvus, Aph. merdario, cui nonnihil ſimilis, paulo major, præſertim longior ſtatura præcedentis. Clypeus ſemi-orbiculatus, antice ſub-emarginatus, rufeſcens vertice nigro trituberculato. Thorax convexus nitidiſſimus, poſtice & lateribus late lividus puncto fuſco, diſco, præſertim antico nigro. Elytra punctato-ſtriata livida, ſutura nigricante, & plaga magna diſci fuſca, margines non attingente. Corpus fuſco-piceum, abdomine pallidiori. Pedes pallidi femoribus validis.

23. Aph. merdarius: niger, clypeo obſoletiſſime tuberculato, thoracis angulis teſtaceis, elytris flavo-teſtaceis ſutura nigra.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 80. 52. *Sturm. fn.* 1. 145. 43. *Schönh. ſynon.* 1. 85. 70.

Scarabæus merdarius Payk. fn. 1. 22. 26.

Scarabæus quisquilius. Panz. fn. 48. *f.* 4.

Habitat in ſtercore ſat frequens.

Deſcr. Parvus, Aph. hæmorrhoidali fere duplo minor. Clypeus magnus rotundatus niger, tuberculo medio obſoletiſſimo, quapropter, ut & ob affinitatem cum præcedentibus, in hac ſectione collocavi. Thorax convexus niger nitidus, angulo antico rufeſcente. Scutellum nigrum. Elytra parum convexa, punctato-ſtriata, flavo-teſtacea, ſutura late nigra; margo lateralis etjam, præſertim antice, obſcurus. Corpus nigrum. Pedes picei.

Variat thoracis lateribus latius ferrugineis, & pedibus teſtaceis.

24. Aph.

24. Aph. bimaculatus: oblongus niger, clypeo trituberculato, elytris punctato-striatis, macula oblonga baseos rubra.

Fabr. syst. eleut. I. 71. 17. *Sturm. fn.* I. 126. 28. *Schönh. synon.* I. 70. 17.

Scarabæus bimaculatus Panz. fn. 43. *f.* 2.

Habitat in Gottlandia. *D. Billberg.*

Descr. Statura oblonga angusta fere Aph. nitiduli, totus niger, parum nitens. Clypeus angulatus, subemarginatus, punctulatus, tuberculis tribus verticis sub-obsoletis. Thorax latus convexus, crebre punctulatus. Elytra sub-linearia, parum convexa, profunde punctato-striata, interstitiis subtilissime punctulatis, macula magna baseos rubra, versus medium elytri extensa. Corpus nigrum. Pedes nigro-picei, interdum dilutiores.

25. Aph. niger: oblongus sub-cylindricus niger nitidissimus, clypeo inæquali, elytris tenue punctato-striatis, scutello minuto.

Illig. Col. Bor. I. 24. 14. *Mag.* I. 23. 14. *Sturm. fn.* I. 127. 29. *Schönh. synon.* I. 84. 65.

Scarabæus niger. Pantz. fn. 37. *f.* I.

Scarabæus terrestris. Payk. fn. I. 22. 27.

Habitat in terra pingui paludosa, in Westrogothia sat frequens.

Descr. Statura præcedentis sed paulo minor, angustior, totus niger. Clypeus angulatus, antice emarginatus, crebre punctulatus, lineola verticis elevata, & tuberculo antico disci obsoleto. Thorax latus niger nitidus, creberrime punctulatus. Scutellum minu-

minutum læve. Elytra linearia convexa, tenue punctato-ſtriata nigra nitidiſſima. Corpus nigrum. Pedes nigro-picei.

26. Aph. plagiatus: oblongus ſub-cylindricus niger, clypeo inæquali, elytris tenue punctato-ſtriatis, plaga rufeſcente.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 79. 47. *Sturm. fn.* 1. 152. 49. *Schönh. Synon.* 1. 84. 64.

Scarabœus plagiatus Linn. ſyſt. nat. 2. 559. 85. *Payk. fn.* 1. 23. 28. *Panz. fn.* 43. *f.* 6.

Var. *b.* Elytris immaculatis. F*abr. Payk.* S*turm. l. c.*

Habitat in terra pingui uliginoſa rarius.

Deſcr. Præcedenti nimis affinis, ſed fere dimidio minor. Clypeus omnino ut in illo. Os & antennarum baſis ferruginea. Thorax crebre punctatus. Scutellum nigrum læve, ratione corporis paulo latius videtur quam in præcedente. Elytra convexa, cylindrica, tenue punctato-ſtriata, nigra, nitida, plaga rubra elongata diſci verſus ſuturam. Corpus & pedes nigra, tarſis piceis.

Var. b. tantum defectu plagæ rubræ elytrorum differt; vix Species a præcedente diverſa.

Sectio 2. Clypeo mutico. *)

27. Aph. rufipes: oblongus piceus, ſubtus dilutior, clypeo thoracisque diſco lævibus, elytris ſtriatis.

Fabr.

*) Obſ. In Sectione præcedente plures deſcripſi ſpecies, quibus clypeus vix vel parum tuberculatus, & hoc propter affinitatem ſummam cum ſpeciebus illuc pertinentibus, ut: N:o 11. Aph. granum. 12. A. triſtis. 23. A. merdarius. 25. A. niger, & 26. A. plagiatus, quæ igitur ibi conſulendæ.

Fabr. Syst. eleut. 1. 76. 35. *Sturm. fn.* 1. 133. 33. *Schönh. synon.* 1. 79. 49.

Scarabæus rufipes Linn. syst. nat. 2. 559. 86. *Fn. sv.* 403. *Payk. fn.* 1. 15. 18. *Panz. fn* 47. *fig.* 10.

Aphodius oblongus Illig. Col. Bor 1. 19. 2.

Habitat in ſtercore frequens.

Deſcr. Longitudo Aph. foſſoris, ſed anguſtior, minus convexus. Clypeus magnus, rotundatus, ad oculos angulatus, lævis, niger. Thorax transverſus lævis nitidus, lateribus parce punctatus. Elytra thorace triplo longiora picea nitida, ſtriis obſolete crenato-punctatis, interſtitiis lævibus. Corpus ſubtus rufo-ferrugineum, ut & antennæ & pedes.

Variat ferrugineo-piceus totus.

Cl. a Linné Characterem forte ab hac ſpecie, deſcriptionem vero ſyſtematis a ſequente deſumſit.

28. Aph. nigripes: brevis niger ſubdepreſſus, thorace punctato, elytris punctato-ſtriatis, interſtitiis punctulatis, tarſis rufis.

Fabr. syst. eleut. 1. 76. 36. *Sturm. fn.* 1. 134. 34. *Schönh. synon.* 1. 80. 50.

Scarabæus nigripes Panz. fn. 47. *f.* 9.

Scarabæus luridus var. b. Payk. fn. 1. 14. 16.

Aphodius rufipes a. Illig Col. Bor. 1. 28. 18.

Habitat in ſtercore frequentiſſimus.

Deſcr. Magnitudo & ſtatura brevis depreſſa Aph. erratici, totus ater, ſub-nitidus, Clypeus angulatus integer, tenue punctulatus, linea verticis impreſſa arcuata obſoleta. Antennarum clava nigra. Thorax transverſus, ſuperficie tota creberrime punctulatus.

Elytra

Elytra lata ſub-depreſſa, tenue crenato-ſtriata, interſtitiis creberrime punctulatis. Corpus nigrum cinereo-pubeſcens. Pedes nigro-picei tarſis rufeſcentibus.

29. Aph. depreſſus: brevis ſub-depreſſus niger, thorace punctato, elytris rufis punctato-ſtriatis, interſtitiis punctulatis, tarſis rufis.

Fabr. Syſt. Eleut. 1. *80. 55.* *Illig. Col. Bor.* 1. *28. 19.* *Sturm. fn.* 1. *136. 36.* *Schönh. ſyn.* 1. *86. 74.*

Scarabæus depreſſus Payk. fn. 1. *15. 18.* *Panz. fn. 39. f.* 1.

Var. *b.* Elytris baſi & apice nigricantibus.

Var. *c.* Elytris nigris, puncto humerali & alio laterali rufis.

Habitat cum præcedente rarius.

Deſcr. Magnitudo, ſtatura, formatio partium & omnia accuratiſſime ut in præcedente, elytrorum colore rufo unice excepto, qui tamen color in var. b. & c. nigro-mixtus evadit; vix ſpecies diſtincta.

30. Aph. luridus: niger, ſub-depreſſus, thorace punctato, elytris griſeis nigro-ſtriatis, interſtitiis punctulatis, nigro-maculatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *76. 37.* *Sturm. fn.* 1. *135. 35.*

Scarabæus luridus Payk. fn. 1. *13. 16.* *Panz. fn. 47. fig. 6.*

Aphodius nigripes Schönh. ſynon. 1. *80. 50. var. c.*

Aphodius rufipes Illig Col. Bor. 1. 28. 18. var. e.

Var. *b.* Elytris basi nigris, apice inæqualiter griseis *Schönh.* & *Illig.* loc. cit. var. *b.*

Scarabæus variegatus Panz. fn. 47. f. 8.

Var. *c.* Elytris griseis nigro-striatis, maculis parvis nigris interjectis.

Aphodius lutarius Fabr. syst. eleut. 1. 77. 38? confer Illig. Mag. 1. 324. 38.

Habitat in stercoratis passim, minus frequens.

Descr. Statura, magnitudo & omnia iterum ut in duobus proxime præcedentibus, elytrorum colore tantum excepto; Elytra vero grisea striis omnibus nigro-fuscis; in interstitiis alternis præterea maculæ nigræ oblongæ duplici serie obliqua ab humeris versus medium suturæ; Sæpe maculæ anteriores versus basin extenduntur, & in var. b. tota basis interior nigra, apex vero & latera inæqualiter griseo-striata; In var. c, maculæ interstitiarum parvæ distinctæ.

Scarabæus nigro-sulcatus Marsh. Ent. Br. 1. 27. 46. ex Anglia a Dom. Kirby mihi missus, certe varietas hujus speciei, maculis interstitialibus omnino destituta; hæc vero apud nos, quantum mihi innotuit, non inventa.

Obs. Vix varietas Aph. nigripedis, etsi notæ essentiales, quibus destinguantur, ægre eruendæ.

31. Aph. lutarius: brevis sub-depressus niger obscurus, griseo-pubescens, elytris striatis brunneis, basi apiceque rufo-maculatis.

Illig Mag. 1. *28, 17 - 18.* *Sturm. fn.* 1. *140. 39*

Scara-

Scarabæus lutarius Payk. fn. 1. 17. *20.* *Panz. fn.* 47. *f.* 11.

Aphodius immundus Fabr. *syst. eleut.* 1. 77. 41. *Schönh. synon.* 1. *82. 56.*

Habitat in stercoratis rarius; in Finlandia *D. Pfeiff;* in Westrogothia ipse.

Descr. Statura Aph. nigripedis, sed duplo minor. Clypeus magnus depressus niger obscurus, creberrime punctulatus, antice truncatus. Thorax transversus, parum convexus, creberrime punctulatus, pilis rigidis griseis obsitus, niger obscurus, angulis anticis obsolete rufo-piceis. Elytra lata, depressa, pilosa, tenue crenato-striata, interstitiis creberrime punctulatis; nigro-brunnea, obscura, macula humerali, alia prope scutellum oblonga, margine laterali anguste, & apice latius rufo-ferrugineis. Corpus & femora picea; tibiæ & tarsi dilutiores.

32. Aph. contaminatus: oblongus depressus niger, æneo-nitens, thorace sub-quadrato, elytris pubescentibus griseis, maculis minoribus fuscis.

Fabr. syst. elevt. 1. 77. 39. *Creutz. Ins. 1. 34. 9. tab.* 1. *f. 5. a.* *Illig. Mag.* 1. *26. 16. a.* *Schönh. synon.* 1. *82. 55.*

Habitat in Westmanniæ stercoratis rarissime *D. Crug.*

Descr. Aph. inquinato longior, & magis depressus. Clypeus ad oculos angulatus, antice rotundatus, disco lævis, niger, sub-æneo-nitidus, intra marginem anticum utrinque macula oblonga testacea notatus. Thorax magnus, depressus, fere quadratus angulis rotundatis, anticis, macula testacea decurrente,

 te,

te, difco læviffimus nigro-æneus nitidus, lateribus pilis longis ciliatus. Scutellum minutum piceum. Elytra elongata, parum convexa, in medio dilatata, grifea, denfe cinereo-pubefcentia, punctato ftriata, maculis aliquot difci nigro-fufcis, nempe: ftria elongata fub humero, cum macula parva fub ejus apice exterius; in medio verfus futuram maculæ duæ duplicatæ obliquæ, una poft alteram. Corpus nigro-piceum ano teftaceo. Pedes pallidi, geniculis nigricantibus.

33. Aph. prodromus: oblongus fub-depreffus niger, clypeo lævi, thorace transverfo, elytris pubefcentibus grifeis, plaga magna fufca.

Creutz Inf. 1. 37. 10. Illig. Mag. 1. 26. 16. b. Sturm. fn. 1. 147. 45.

Aphodius confputus Fabr. fyft. eleut. 1. 77. 40. Schönh. fynon. 1. *81. 54.*

Scarabæus contaminatus Payk. fn. 1. 21. 25.

Var. *b.* Clypeo obfolete tri-tuberculato, cum thorace evidentius punctulato.

Aphodius punctato-fulcatus Sturm. fn. 1. *113. 20. tab. 13. f. a. A. B. Schönh. fynon. 1. 77. 37.*

Var. *c.* Elytrorum plaga nigriori verfus fcutellum dilatata, thoracis lateribus anguftius pallidis.

Aphodius punctato-fulcatus var. b. Sturm. loc. cit.

Habitat in ftercore frequens.

Defcr. Majores Aph. fordido fere æquales, alii duplo aut triplo minores. Clypeus magnus rotundatus,

datus, totus niger, nitidus, lævis; rudimenta tuberculorum vel lineæ elevatæ verticis vix detegenda. Thorax brevis transverſus, parum convexus, diſco niger nitidus læviſſimus, lateribus late pallidis ſubpunctatis. Elytra lata parum convexa, cinereo-pubeſcentia, punctato ſtriata, interſtitiis poſterius crebre punctulatis, antice vero parcius, ſolummodo ad latera ſtriarum; pallide griſea, ſutura obſcuriori, plaga magna diſci fuſca, anterius verſus humerum angulato-attenuata. Corpus nigrum ano rufeſcente. Pedes pallidi. In var. b, c, tubercula capitis evidentiora, clypeus & thoracis diſcus fortius punctulati. Forte maſculi. In ceteris ne punctulum differt: vix ſpecie diſtinctæ.

Obſ. Aphodius conſputus a Dom. Creutzer Inſ. 1. 41. 11. Tab. 1. f. 6. egregie deſcriptus & delineatus, omnino diſtinctus, quare nomen ſpecificum ei relinquendum; ille vero apud nos non occurrit. Aphodius prodromus Fabr. Ent. Syſt. 1. 70. 11. longe prius a D. Creutzer, Sturm & Panzer Aph. Sticticus nominatus; remanebit ideo nomen prodromus ſpeciei jam deſcriptæ, ab auctoribus nominatis illi additum, ne in infinitum augeatur confuſio.

34. Aph. Sphacelatus: oblongus ſub-dedepreſſus niger, vertici linea impreſſa, clypeo thoraceque punctatis, elytris glabris griſeis plaga fuſca.

Scarabæus ſphacelatus Panz. fn. 58. f. 5.

Aphodius prodromus var. Illig. Mag. 1. 27. b. Creutz. Inſ. 1. 37. 10. b.

Var. *b.* Elytrorum plaga verſus ſcutellum dilatata, thoracis lateribus anguſtius pallidis.

Habitat cum præcedente frequentiſſimus.

Defcr. Obiter intuenti, ut ovum ovo præcedenti fimillimus, quoad ftaturam, magnitudinem valde variabilem, colorem &c.; fed differre videtur: clypeo thoracisque difco crebrius & profundius punctulatis, vertice linea transverfa arcuata impreffa, & elytris pubefcentia omni deftitutis, unde plaga difci nigrior apparet. Fateor fane, glabritiem elytrorum folam, quæ forfan cafui adfcribenda, diftinctione fpecificæ non fufficere; fed dum aliæ notæ, fupra memoratæ, femper affociatæ inveniuntur, dubium faltem oritur de identitate fpecifica.

Sub nomine Aph. litigiofi a D. D. Anderfh Wiennæ communicatus.

35. Aph. fœtidus: oblongus convexus niger punctatiffimus, thorace utrinque macula rufa, elytris rufis punctato-ftriatis.

Fabr. fyft. eleut. 1. 82. 64. *Illig. Col. Bor.* 1. 30 21. *Sturm. fn.* 1. 139. 38. *Schönh. fynon.* 1. 88. *a.* 91.

Scarabæus fœtidus Payk. fn. 1. 26. 31.

Var. *b.* Elytris puncto vel macula inæquali pone medium nigra *Sturm. Payk. l. c. var. b.*

Scarabæus fœtidus Panz. fn 39. *f.* 2.

Var. *c.* Elytrorum difco, lunulaque poftica nigris. *Schönh. loc. cit. var.*

Aphodius ferotinus Creutz. Inf. 1. 61. *tab.* 1. *f.* 11. *a. Sturm. fn.* 1. 155. 51.

Scarabæus ferotinus Panz. fn. 67. *f.* 2.

Habitat in ftercoratis paffim, præfertim tempore autumnali.

Defcr

Defcr. Aph. teffulato paulo minor, convexus, præfertim poftice. Clypeus convexus, fub-emarginatus, niger, crebre punctulatus, linea verticis & rudimentis tuberculorum obfoletiffimis. Thorax convexus, transverfus, creberrime punctulatus, niger, angulis anticis macula rufo-teftacea, interdum ad latus decurrente. Elytra pofterius dilatata, valde convexa, tenue punctato-ftriata, faturate rufo-caftanea nitida, futura obfcuriori. Corpus fubtus nigrum. Femora nigro-picea, tibiis tarfisque rufefcentibus. In var. b, difcus elytrorum notatus macula nigricante, fæpe utrinque dilatata, interdum cum oppofita confluente, lunulaque poftica retroverfa; In var. c, plaga magna nigra difcum occupat, relicta bafi, futura apiceque rufis.

36. Aph. Sus: oblongus, depreffus, obfcure rufus, pubefcens, elytris grifeis, lineis duabus elevatis nigro-teffulatis.

Fabr. fyft. eleut. I. 78. 44. *Illig. col bor.* I. 27. 17. *Sturm. fn.* I. 151. 48. *Schönh. fynon.* I. 83. 61.

Scarabæus fus Panz. fn. 28. *f.* 11.

Habitat in Sueciæ ftercoratis rarius *D. Forsftröm;* in Gottlandia *Crug.*

Defcr. Minoribus Aph. prodromi individuis longitudine æqualis, fed anguftior. Clypeus magnus, truncatus, punctulatus, obfcure rufus, vertice fufco. Thorax amplus, minus convexus, crebre punctulatus, pubefcens, rufus, difco punctoque laterali obfcuriori. Elytra elongata, parum convexa, grifea, pubefcentia, fulcis latis, parum profundis, vix punctatis, interftitiis elevatis lævibus; in fecundo & quarto a futura ordo e maculis oblongo quadratis nigris, plus minusve confluentibus. Corpus & pedes rufo-fufca, femoribus pallidioribus.

37. Aph. Testudinarius: sub-depressus niger obscurus pubescens, elytris sulcatis piceis, maculis sparsis ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 1. 79. 50. *Sturm. fn.* 1. 161. 55. *Schönh. synon.* 1. 85. 68.

Scarabæus Testudinarius. Panz. fn. 28. *f.* 12.

Habitat in Finlandiæ stercoratis *D. Schönh.*

Descr. Parvus, Aph. grano var. b, f. pusillo Payk. fere minor. Caput & thorax nigra obscura, creberrime punctulata, pubescentia, clypeo sub-emarginato. Elytra oblonga, parum convexa, piceo-ferruginea, maculis sparsis pallidioribus rotundatis; profunde sulcata, sulcis obsolete punctatis, interstitiis angustis carinatis. Corpus & femora nigra, tibiis tarsisque ferrugineis.

38. Aph. Villosus: oblongus, sub-depressus, ferrugineo-piceus pubescens, clypeo integro, elytris obsolete sulcatis.

Schönh. synon. 1. 83. 60.

Habitat in stercoratis rarissime; in Uplandia *Schönherr;* Scania *Fallén;* Westrogothia *ipse.*

Descr. Magnitudo, statura & affinitas Aph. Testudinarii. Clypeus angulatus, punctatus, antrorsum angustatus, integer, ferrugineus, vertice obscuriori. Thorax transversus, parum convexus, crebre punctatus, pilosus, supra piceus, lateribus dilutioribus. Scutellum parvum oblongo-triangulare, depressum ferrugineum. Elytra parum convexa, pilosa, dorso fusco-picea, humeris & lateribus dilutioribus, singulo sulcis septem latis, parum profundis, parce punctulatis, interstitiis lævibus planis. Corpus piceo-ferrugineum, ano pedibusque pallidioribus.

39. Aph.

39. Aph. Scrofa: ovatus, ſub-depreſſus, niger obſcurus pubeſcens, elytris punćtato-ſtriatis, interſtitiis rugoſo-punćtatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 80. 51. *Sturm. fn.* 1. 162. 56. *Schönh. ſynon.* 1. 85. 69.

Scarabæus ſcrofa. Panz. fn. 47. *f.* 12.

Habitat in Sueciæ auſtralis ſtercoratis rarius.

Deſcr. Minutus, præcedentibus duplo minor; ſtatura brevis depreſſa Aph. lutarii. Clypeus amplus rotundatus integer, tenue punćtatus. Thorax transverſus, parum convexus, crebre punćtatus, pubeſcens. Elytra ſubdepreſſa pubeſcentia, punćtato-ſtriata, interſtitiis punćtis majoribus ſub-rugoſa, nigropicea, apice ſæpe dilutiora. Corpus nigrum. Pedes ferrugineo-picei.

40. Aph. 4-guttatus: oblongus ſub-depreſſus niger glaber, thoracis lateribus, elytrorum maculis quatuor, pedibusque rubris.

Illig. Col. Bor. 1. 35. 31.

Aphodius 4-maculatus Fabr. ſyſt. eleut. 1. 78. 42. *Sturm. fn.* 1. 154. 50. *Schönh. ſynon.* 1. 82. 57.

Scarabæus 4-maculatus Payk. fn. 1. 25. 30. *Panz. fn.* 28. *f.* 10.

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Deſcr. Aph. merdario plerumque paulo major, ſed minus convexus. Clypeus rotundatus integer niger nitidus, tenue punćtulatus. Thorax transverſus, parum convexus, punćtulatus, niger nitidus, lateribus pallide rubris. Elytra elongata, parum convexa, punćtato-ſtriata, interſtitiis lævibus, nigra nitida, maculis duabus magnis pallide rubris, anteriori an-

 gulata,

gulata, basin fere totam occupans, posteriori versus apicem rotundata. Corpus nigrum, pedibus rubris.

41. Aph. 4-maculatus: convexus niger nitidus, thorace immaculato, elytris puncto humerali maculaque postica rubris.

Illig. col. bor. 1. 35. 32.

Scarabæus 4. *maculatus Linn. syst. nat.* 2. 558. 84. *fn. sv.* 398.

Aphodius 4-*pustulatus Fabr. syst. eleut.* 1. 78. 43. *Sturm. fn.* 1. 156. 52. *Schönh. synon.* 1. 83. 58. *Scarabæus* 4-*pustulatus. Payk. fn.* 1. 24. 29. *Panz. fn.* 43. *f.* 5.

Habitat rarius ad domos. *a Linné.*

Descr. Minor Aph. grano var. b, vel pusillo Payk. brevis, convexus. Clypeus angulatus, antice depresso-emarginatus, totus niger, punctulatus. Thorax transversus, convexus, crebre punctulatus, niger nitidus, immaculatus. Elytra parum elongata, convexa, nigra nitida, punctato-striata, interstitiis tenue punctulatis; in humero punctum parvum rufum, interdum in lineam abbreviatam productum, & versus apicem macula magna orbiculata saturate rubra. Corpus & pedes nigra, tarsis rufescentibus.

42. Aph. arenarius: brevis convexus niger nitidus, elytris punctato-striatis, postice dilatatis, apice sulcatis piceis.

Illig. Col. Bor. 1. 22. 10. *Mag.* 1. 21. 10. *Sturm. fn.* 1. 176. 65. *Creutz. Ins.* 1. 18. 3. *Schönh. synon.* 1. 88. *a* 89.

Scarabæus pusillus. Panz. fn. 58. *f.* 8.

Ha-

Habitat in viis arenofis, apud nos rariffime; lectus ad Alingsåhs Weftrogothiæ.

Defcr. Minimus, ftatura fere præcedentis, fed plerumque adhuc minor. Clypeus convexus, emarginatus, niger, punctulatus. Thorax convexus, totus ater, punctatus. Elytra pofterius dilatata, valde convexa, nigro-picea, fæpe lateribus & apice dilutius ferruginea, punctato-ftriata, ftriis apicem verfus magis profunde impreffis, ut fere fulcata dici queant; interftitia ftriarum tenue punctulata. Corpus piceum, ano pallidiori. Pedes piceo-ferruginei.

Obf. Utrum Aphodius arenarius Cl. Fabricii fyft. eleut. 1. 82. 63. huic, an Pfammodio arenario, antea defcripto, competat, haud facile dijudicatu.

COPRIS.

Mandibula bafi cornea, apice membranacea lanceolata integerrima.

Labium rotundatum, apice emarginatum. Palpi poftici pilofi.

Corpus ovatum breve, ex-fcutellatum. Femora intermedia bafi remota.

1. C. lunaris: nigra nitida, thorace tricorni, medio retufo bifido, capitis cornu erecto, clypeo emarginato.

Fabr. fyft. eleut. 1. *36. 29. Illig. col. bor.* 1. *39.* 1. *Sturm. fn.* 1. *31.* 1. *Tab. 8. Schönh. fynon.* 1. *37. 32.*

Scarabæus lunarius Linn. fyft. nat. 2. *543.* 10. *fn. fv. 379. Payk. fn.* 1. *30. 37. Panz. fn. 49. f. 4.*

Var.

Var. *b*. Foemina? Capitis cornu brevi, apice emarginato. *Illig. Sturm. Payk. loc. cit.*

Copris emarginata Fabr. ſyſt. eleut. 1. 37. 30. *Schönh. ſynon.* 1. 39. 33.

Scarabæus emarginatus Panz. fn. 49. *f.* 5.

Habitat in Sveciæ auſtralis ſtercoratis rarius.

Deſcr. Magnitudo fere Scar. ſtercorarii, tota atra. Clypeus ſemi-orbiculatus, depreſſus, antice profunde emarginatus, in medio cornu erecto, elongato, ſubulato, baſi interiori bidentato, armatus. Thorax latus, punctatus, in medio canaliculatus, antice retuſus, trilobus, lateribus erectis, acutis, medio lato, truncato, bifido. Elytra nigra nitida convexa, ſulcata, abdomine breviora.

Var. b. ſeu fœmina, differt cornu clypei breviſſimo compreſſo, apice emarginato; & thoracis protuberantiis obſoletis.

2. C. Auſtriaca: nigra, clypeo ſub-lævi, antice attenuato, reflexo, elytris griſeis, parce nigro-irroratis.

Sturm. fn. 1. 49. 11. *Tab.* 9. *f. a. b. Schönh. ſynon.* 1. 48. 92.

Scarabæus auſtriacus Panz. fn. 12. *f.* 6.

Habitat in Finlandiæ ſtercoratis non infrequens. *D. Sahlberg.*

Deſcr. Statura C. nuchicornis, ſed triplo major, nigra obſcura. Clypeus in utroque ſexu ſub-lævis, vel antice tantum tenue punctatus, in maſculo valde elongatus, attenuatus, apice reflexus; in vertice aſſurgit lamina elongata, rotundata, tenuis, terminata ſpina antrorſum adſcendente acuminata. Thorax amplus, lateribus & poſtice rotundatus, ſupra granulatus,

nulatus, niger obſcurus, antice valde excavatus, pro receptione laminæ verticis, angulis anticis productis acuminatis. Elytra brevia depreſſa griſea, obſolete punctato-ſtriata, maculis parvis nigris irregularibus hinc inde adſperſa. Corpus & pedes nigra nitida immaculata.

Fœmina adhuc major, clypeo breviori, minus attenuato, apice fere truncato, reflexo, carinis duabus transverſis rectis, valde elevatis, poſtica longiori. Thorax antice bis profunde excavatus, interſtitio in tuberculum validum, elongatum, adſcendens, apice ſub-emarginatum, producto; in ceteris mari ſimilis.

3. C. media: nigro-ænea obſcura, clypeo rotundato obtuſo ſub-rugoſo, elytris griſeis, maculis majoribus nigris confluentibus.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *46. 71.* *Illig. coll. bor.* 1. *41. 4.*

Sturm. fn. 1. *51.* 12. *Tab. 9. f. e. f.* *Schönh. ſynon.* 1. *48. 89.*

Scarabæus medius. Panz. fn. 37. f. 4.

Habitat in ſtercoratis Blekingiæ, *Billberg*; Scaniæ, *Fallén.*

Deſcr. Statura præcedentis, ſed paulo minor, & vere diſtinctus. Clypeus rotundatus nigro-æneus obſcurus, margine antico reflexo, obtuſo, fere truncato; ſupra undique crebre rugoſo-punctatus; in maſculo aſſurgit lamina verticis baſi lata, utrinque angulata, apice terminata ſpina procumbente, ut in priori. Thorax nigro-æneus, granulatus, antice minus profunde excavatus, angulisque anticis minus productis. Elytra brevia, depreſſa, punctato-ſtriata griſea, diſco toto maculis magnis nigris, in lineas longitudinales confluentibus, notato. Corpus & pedes nigra piloſa.

Fœmina

Fœmina differt: Clypeo carinis duabus transverfis, quarum anterior arcuata, pofterior in ipfo vertice, elevatior, utrinque in corniculum obtufum erecta. Thorax antice bis excavatus, fed parum profunde, & tuberculum inter-jacens minus productum, integrum.

4. C. nuchicornis: æneo-niger, clypeo thoracisque lateribus rotundatis, elytris luridis nigro-adfperfis.

Mas: Occipite fpina erecta, bafi dilatata.
Fœmina: Clypeo carinis duabus transverfis valde elevatis; thorace antice producto.

Fabr. fyft. eleut. 1. 50. 90. *Illig. Mag.* 1. 33. 5. 6. *Sturm. fn.* 1. 57. 15. *Schönh. fynon.* 1. 51. 112.

Scarabœus nuchicornis Linn. fyft. nat. 2. 547. 24. *fn. fv.* 381. *Panz. fn.* 4. *f.* 1.

Copris Xiphias Fabr. *fyft. eleut.* 1. 50. 92. *fœmina.*

Scarabœus Xiphias Payk. fn. 1. 32. 39. *Panz. fn.* 49. *f.* 8.

Var. *b.* duplo minor, fpina verticis minuta.

Habitat in ftercore paffim, minus frequens.

Defcr. Statura & magnitudo fequentis, vere tamen diftinctus. Clypeus niger, parum æneo-nitens, fub-orbiculatus, margine reflexo, in medio parum emarginato; fupra punctulatus, linea media elevata transverfa arcuata, & in vertice fpina omnino recta, bafi in laminam parvam dilatata. Thorax niger, parum æneo-nitens, convexus, granulato-punctatus, lateribus & poftice rotundatus, angulis anticis non reflexis ut in fequente; antice parum retufus. Elytra

brevia, depreſſa, punctato-ſtriata, griſeo-lurida, maculis ſaturate nigris reticulato-confluentibus adſperſa. Corpus & pedes nigra, ſub-nitida.

Fœmina differt ut in charactere ſupra allato: Clypeo carinis duabus, anteriori arcuata, poſteriori recta, elevatiori; & thorace antice bi-retuſo, prominentia media valida porrecta.

5. C. fracticornis: fuſco-ænea, clypeo productiori, thoracis angulis anticis ſubreflexis, elytris luridis fuſco-adſperſis.

Mas: Lamina occipitis utrinque dentata, ſpina terminali nutante.

Fœmina: clypeo lineis duabus transverſis, antica arcuata longiori, thorace mutico.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 50. 91. *Illig. Mag.* 1. 32. 5. *a*. *Sturm. fn.* 1. 54. 14. *Schönh. ſynon.* 1. 52. 113.

Scarabæus fracticornis Panz. fn. 49. *f.* 9.

Scarabæus nuchicornis Payk. fn. 1. 31. 38.

Var. *b.* Mas, lamina & ſpina verticis minutis.

Var. *c.* duplo aut triplo minor, elytris magis nigro-irroratis.

Habitat in ſtercore ubique frequens.

Deſcr. Magnitudo valde variat. Clypeus maris anterius anguſtatus, reflexus, ſub-emarginatus, fuſco-æneus, punctatus, linea media arcuata obſoleta, & lamina verticis utrinque dente vel angulo armata, apice ſpina antrorſum nutante inſtructa. Thorax convexus, fuſco-æneus, crebre punctulatus, in medio antice excavatus, poſtice & lateribus rotundatus, angulis anticis productis, apice reflexis, obtuſis. Elytra brevia depreſſa, ſubtiliſſime ſtriata, griſeo-lurida, maculis

maculis fuſcis reticulato-confluentibus adſperſa. Corpus & pedes nigra, pubeſcentia.

Fœmina differt: Clypeo minus attenuato, lineis duabus elevatis, antica ſemi-circulari longiori, verticis breviori inæquali. Thorax omnino muticus.

In var. b. lamina verticis parum elevata, & ſpina ſæpe minutiſſima. Var. c magnitudine minori tantum differt.

6. C. ovata: pubeſcens nigra obſcura, clypeo rotundato carinis duabus transverſis elevatis, elytris obſolete crenato-ſtriatis.

Illig. Col. Bor. 1. 45. 10. *Sturm. fn.* 1. 61. 18. *Schönh. ſynon.* 1. 56. 137.

Scarabæus ovatus Linn. ſyſt. nat. 2. 551. 46. *Payk. ateuchus ovatus. Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 65. 52. *fn.* 1. 33. 40. *Panz. fn.* 48. *f.* 11.

Habitat in ſtercore, præſertim ovino, rarius; in Kinnakulle Weſtrogothiæ ſat frequens.

Deſcr. Minima noſtratum hujus generis, tota nigra obſcura, pubeſcens. Clypeus fere orbiculatus, antice obtuſus, ſub-emarginatus; in vertice carina elevatior, brevis, recta, & alia in medio, ſemi-circularis, obſoletior. Thorax convexus, muticus, creberrime punctatus. Elytra brevia, depreſſa, tenue crenato-ſtriata. Corpus & pedes nigro-picea, ſubnitida.

7. C. Schreberi: nigra glabra, clypeo bicarinato, elytris maculis duabus, pedibusque rubris.

Illig. col. bor. 1. 45. 9. *Sturm. fn.* 1. 41. 5. *Schönh. ſynon.* 1. 55. 131.

Scara-

Scarabæus Schreberi Linn. syst. nat. 2. 551. 45. *Payk. fn.* 1. 34. 41. *Panz. fn.* 28. *f.* 14.

Ateuchus Schreberi. Fabr. syst. eleut. 1. 61. 32.

Habitat in Sveciæ australis stercoratis rarius.

Descr. Statura præcedentium, C. ovata paulo major, nigra, nitida, glabra, interdum violaceo & æneo parum nitens. Clypeus rotundatus, antice sub-emarginatus, carinis duabus transversis elevatis, sub-rectis. Thorax convexus, crebre punctulatus, in altero sexu antice foveolatus, sub-tuberculatus. Elytra brevia, depressa, punctato-striata, nigra; in singulo macula rubra cuneiformis obliqua pone humerum, & alia transversa in ipso apice. Femora rubra; tibiæ & tarsi rufo-picei.

CETONIA.

Mandibula lanceolata, sub-coriacea, tenuis, intus lamina dilatata membranacea acuta.

Maxilla apice angustata, integra, ciliata.

Labium & Ligula emarginato-bifida, connata.

Corpus latum, subdepressum, scutellatum. Elytra basi valde dilatata, ante humerum lamina cuneiformi e substantia pectoris assurgente, acuta; margo lateralis ante medium excisus. Sternum antice productum.

1. C. marmorata: olivaceo-ænea, clypeo truncato, thorace elytrisque atomis numerosis albis, sterno plano rotundato.

Fabr. syst. eleut. 2. 137. 11. *Payk. fn.* 2. 201. 1. *Panz. fn.* 41. *f.* 17.

Habitat in floribus, præſertim Ulmariæ, paſſim!, minus frequens.

Deſcr. C. aurata fere duplo major, tota ſupra & ſubtus olivaceo-ænea, polita. Clypeus quadratus, antice reflexus, truncatus, integer, crebre punctatus. Thorax parum convexus, diſco lævis, verſus margines punctatus, guttulis quatuor albidis dorſalibus, aliisque minoribus ſparſis. Scutellum magnum læviſſimum. Elytrorum ſuperficies lineolis arcuatis impreſſis crebre inſcripta, baſi interiori circum ſcutellum læviſſima; præterea atomis albis transverſis ſparſis crebre notata; prope ſuturam, pone medium fovea lata impreſſa utrinque. Anus & abdominis latera albo-punctata. Sternum porrectum rotundatum, ſubtus planum, læve.

2. C. ænea: vireſcenti-ænea, ſubtus cuprea, clypeo ſub-emarginato, elytris glabris, fovea ſuturali poſtica, ſterno plano truncato.

Illig. Mag. 5. 234. 14. nat. ſub C. metallica.
Cetonia metallica. Payk. fn. 2. 203. 3.

Var. *b.* ſupra cuprea albo-irrorata. *Payk. l. c. v. b.*

Var. *c.* ſupra viridi-ænea albo-irrorata.

Habitat in floribus ſat frequens.

Deſcr. Statura præcedentis, ſed duplo minor, C. auratæ æqualis & affinis, attamen vere diſtincta. Clypeus quadratus, punctatus, cupreus, antice reflexus, ſub-emarginatus. Thorax vireſcenti-æneus, undique punctatus. Scutellum viridi-æneum, læve, baſi punctatum. Elytra vireſcenti-ænea, glabra, parum nitida, punctis & lineolis arcuatis impreſſis undique crebre inſcripta; fovea lata prope ſuturam a medio determinate inchoata, verſus apicem extenditur. Corpus

pus ſubtus cum pedibus purpureo-cupreum. Sternum porrectum, ſubtus planum, punctatum, antice dilatatum, fere truncatum.

Var. b. & c. tantum colore differunt, ut & ſignaturis albidis transverſis ſparſis in elytris & abdomine, quarum rudimenta impreſſa etjam in a. obſervantur.

Obſ. Cetonia metallica Fabr. & Panz. quam ex Italia obtinui, certe huic affinis, tamen ſpecie diverſa videtur, longe major, clypei margine magis incraſſato, vix emarginato, ſterno antice magis rotundato, &cet.

3. C. aurata: viridi-aurea nitidiſſima piloſa, clypeo emarginato, elytris albo-ſtrigoſis, ſterno convexo apice ſubgloboſo.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 137. 9. *Payk. fn.* 2. 202. 2. *Panz. fn.* 41. *f.* 15.

Scarabæus auratus Linn. ſyſt. nat. 2. 557. 78. *fn. ſv.* 400.

Scarabæus ſmaragdus DeGéer Inſ. 4. 279. 25. *Tab.* II. *f. omn.*

Habitat in floribus frequens.

Deſcr. Media, ſupra viridi-aurea, pilis longioribus ſparſis; ſubtus cuprea, denſius villoſa, undique nitidiſſima. Clypeus quadratus, crebre punctatus, antice late emarginatus, margine parum reflexo; in vertice linea elevata longitudinalis. Thorax undique punctatus, immaculatus. Scutellum læve, punctis aliquot ſparſis prope baſin. Elytra punctis & lunulis arcuatis crebris impreſſa, & ſignaturis albidis transverſis ſparſis notata; foſſula lata prope ſuturam anterium ſenſim evaneſcens, nec ut in prioribus determinata. Sternum læve, ſuatus convexum, apice fere globoſum. Anus & abdomen immaculata.

4. C. sticticа: nigro-ænea pilosa, undique albo-guttata, clypeo elongato emarginato, lineola frontis elevata.

Fabr. syst. eleut. 1. 155. 102. *Panz. fn.* 1. *f.* 4. *Payk. fn.* 2. 205. 4.

Scarabæus sticticus Linn. syst. nat. 2. 552. 54.

Scarabæus albo-punctatus DeGéer Inf. 4. 301. 29. *Tab.* 10. *f.* 22.

Melolontha stictica Thunb. Act. Ups. 5. 89. 6.

Habitat in floribus Sveciæ australis rarissime. Dom. *DeGéer & Thunberg.*

Descr. Statura præcedentium, sed triplo minor, nigra, parum cupreo aut æneo nitens, supra pilis albidis rarioribus adspersa. Clypeus elongatus, angustus, punctulatus, apice emarginatus, lineola verticis elevata longitudinali. Thorax crebre punctatus, carina longitudinali elevata, guttulis trium parium albis impressis in dorso, aliisque sparsis ad margines. Scutellum læve acutissimum. Elytra irregulariter punctato-striata, striis nonnullis prope suturam tenuibus duplicatis, abbreviatis, impunctatis; puncta alba inæqualia circiter viginti in singulo elytro sparsa, posteriora & lateralia majora. Anus albo-variegatus. Pectus dense albo-hirsutum, sterno transverso, ciliato. In medio ventris antice plerumque series e punctis quatuor albis, & postice intra marginem utrinque puncta quatuor minora.

TRICHIUS.

Mandibula & Labium ut in Cetonia.

Maxilla etjam, articulo primo corneo, intus dilatato, ciliato, secundo membranaceo setoso integerrimo, minime bifido.

Palpi

Palpi postici intra marginem labii inserti, nec in disco inferiori, ut in Cetoniis nostris.

Corpus subdepressum, scutellatum. Elytra latere integra. Lamina humeralis nulla. Sternum non porrectum. Cetera ut in Cetonia.

1. T. fasciatus: niger, pallido-tomentosus, clypeo emarginato, elytris atris, fasciis duabus luteis interne confluentibus.

Fabr. syst. eleut. 2. 131. 4. Payk. fn. 2. 200. 4.

Scarabæus fasciatus Linn. syst. nat. 2. 556. 70. fn. sv. 395. DeGéer Ins. 4. 299. 27. Tab. 10. f. 19.

Var. *b.* Elytris atris, maculis quatuor lunatis luteis transversis distinctis.

Habitat in floribus, præsertim umbellatis, frequens. Var. *b.* in Finlandia rarissime. *D. Argillander. Mus. D. Schönherr.*

Descr. Tr. nobili duplo minor. Clypeus elongatus niger, apice late emarginatus, fronte flavo-hirsuta. Thorax rotundatus, crebre punctatus, hirsutie densa tectus, aut fulva, aut flavescente, aut cinereo-albida. Scutellum breve rotundatum. Elytra subquadrata, depressa, brevia, fere glabra, holosericeo-atra, fasciis duabus arcuatis flavis, prope suturam confluentibus, sutura tamen ipsa nigra glabra, punctata. Anus pallido-pubescens, plerumque maculis duabus albidis lunatis. Pectus & abdomen dense pallido-villosa.

Var. b. differt elytrorum colore magis atro, & fasciis luteis minime versus suturam connexis, maculas

tantum lunatas conſtituentibus, quarum anterior major, poſtice anguſta, intus ſinuata.

2. T. nobilis: viridi-aureus, ſubtus cupreus, thorace ſulcato, elytris abdomineque albo-maculatis.

Fabr. ſyſt. elevt. 2. 130. 2. Panz. fn. 41. f. 13. Payk. fn. 2. 199. 3.

Scarabæus nobilis Linn. ſyſt. nat. 2. 558. 81. fn. ſv. 401.

Scarabæus viridulus DeGéer Inſ. 4. 297. 26.

Habitat in floribus paſſim.

Deſcr. Cetonia aurata paulo minor, anguſtior. Clypeus latus, quadratus, crebre punctatus viridis, antice reflexus, ſub-emarginatus. Thorax viridi-aureus, creberrime rugoſo-punctatus, dorſo obſolete canaliculatus, in angulo poſtico utrinque puncto albido notatus. Scutellum breve rotundatum. Elytra thorace multo latiora, ſubdepreſſa, inæqualia, rugoſa, viridi-aurea, maculis cuneatis albidis ſparſis. Anus viridi-cupreus albo-maculatus. Abdomen cupreum, margine albo-maculatum. Pectus rufo-hirtum.

3. T. octopunctatus: depreſſus niger opacus rugoſo-punctatus, elytris anoque albo-punctatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 131. 3. Panz. fn. 41. f. 14. Payk. fn. 2. 198. 2.

Scarabæus variabilis Linn. ſyſt. nat. 2. 558. 79. fn. ſv. 402.

Habitat in truncis putridis quercus, rarius.

Deſcr.

Defcr. Statura Tr. nobilis, fed paulo major, totus niger. Clypeus elongatus, crebre punctulatus, antice valde reflexus, late emarginatus. Thorax crebre punctulatus niger, fæpe puncto albo in angulo poftico utrinque. Scutellum breve obtufum. Elytra fub-depreffa, coriaceo-rugofa, nigra; in finguli medio puncta quatuor albida, oblique per paria difpofita. Anus & abdominis margo pofticus punctis utrinque duobus albis. Pectus hirfutum.

Ex obfervatione in Syftemate Naturæ adjecta, verofimile videtur, Cl. Linnnæum quondam Trichium Eremiticum ut hujus fœminam & Tr. nobilem ut varietatem refpexiffe, unde nomen „variabilis" fpeciei tribuerit; quum vero certe diftinctæ fint & in fpecie fua conftantes, recentiorum nomina præferenda.

4. T. Eremita: nigro-piceus depreffus, clypei marginibus valde reflexis, thorace fubæneo canaliculato, coftis duabus elevatis.

Fabr. fyft. eleut. 2. 130. 1. *Payk. fn.* 2. 198. 1. *Panz. Ent.* 1. *Tab.* 6. *f. omn. Fn.* 41. *f.* 12.

Scarabæus Eremita Linn. fyft. nat. 2. 556. 74.

Scarabæus Coriarius DeGéer. Inf. 4. 300. 28. *Tab.* 10. *f.* 21.

Melolontha Eremita Thunb. Act. Upf. 5. 98. 19.

Cetonia Eremita Knoch. N. B. 1. 107.

Habitat in ligno putrido quercus, falicis, apud nos rarius, verfus finem æftatis.

Defcr. Maximus noftratum hujus generis, præcedentibus fæpe plus duplo major, nigro-piceus, fupra parum cupreo-nitens. Clypeus depreffus, tenuiffime ftrigofus, antice truncatus, margine omni valde reflexo,

flexo, incraſſato, præſertim antice, & ſupra baſin antennarum. Thorax angulato-rotundatus, tenue punctulatus, ſulco longitudinali profundo exaratus, inter coſtas duas valde elevatas, & præterea tuberculum anticum utrinque, magis obſoletum. Scutellum triangulare acutum, baſi punctatum, in medio canaliculatum. Elytra thorace multo latiora, nigro-picea, depreſſa, rugoſo-punctata. Corpus nigro-piceum nitidum, pectore parum villoſo.

Obſ. Maxillæ articulus inferior in apice interno ungue arcuato corneo valido armatus, qualem in antecedentibus non obſervavi.

5. T. Eremiticus: nigro-piceus depreſſus, clypeo inæquali, rugoſo antice rotundato, immarginato, thorace reticulato-punctato, obſolete canaliculato.

Cetonia Eremitica Knoch. N. B. 1. *107.*

Habitat cum præcedente rarius; lectus ad Hunneberg Weſtrogothiæ.

Deſcr. Statura præcedentis omnino, & magnitudo fere eadem. Clypeus antice rotundatus, integer, margine minime reflexo, modo ſupra antennarum inſertionem paululum elevato; ſupra inæqualis, creberrime reticulato-rugoſus. Thoracis forma fere ut in præcedente, ſed obſolete tantum ſulcatus, absque coſtis & tuberculis manifeſtis ut in illo; præterea ſuperficies tota punctis majuſculis dilatatis, anterius creberrimis reticulato-confluentibus obſita, cum in præcedente tantum puncta minuta, ſparſa ſimplicia. Tibiæ anticæ extus dentibus tribus validis auctis armatæ. Cetera ut in præcedente.

Utrum Specie, an Sexu tantum a præcedente diſtinctus, ulterior docebit experientia.

HO-

HOPLIA.

Mandibula cornea incurva, interne membranacea. Maxilla cornea, apice interno multidentata. Labium vix emarginatum.

Corpus depreſſum, ſcutellatum, ſquamis micantibus adſperſum. Elytra abdomine breviora. Tarſi poſtici ungve unico craſſo arcuato.

1. H. graminicola: nigra ſub-depreſſa, ſquamulis vireſcentibus ſparſis, ſubtus denſioribus viridi-argenteis, clypeo antice reflexo.

Illig. Mag. 4. 82. 106.

Melolontha graminicola *Fabr. ſyſt. eleut. 2. 179. 106. Panz. fn. 28. f. 19.*

Melolontha ſquamoſa Payk. fn. 2. 212. 7.

Melontha farinoſa Herbſt. Col. 3. 117. 71. Tab. 25. f. 3.

Scarabæus farinoſus Linn. ſyſt. nat. 2. 555. 64. fn. ſv. 399. DeGéer. Inſ. 4. 302. 30. Tab. 10. f. 23.

Habitat in hortis rariſſime. *Linn. DeGéer.*

Deſcr. Minimis Melol. horticolæ individuis æqualis, obſcure nigro-picea, tenue pubeſcens, ſupra ſquamulis minutis paucioribus ſparſis vireſcenti-argenteis adſperſa. Clypeus crebre punctulatus, margine antico reflexo, vix emarginato. Antennæ pallidæ, capitulo nigro. Thorax ſub-quadratus, lateribus rotundatus, ſupra convexus, creberrime punctulatus. Scutellum breve, apice rotundatum. Elytra dorſo depreſſa, margine laterali antice dilatato deflexo,

xo, poſtice rotundata, abdomine multo breviora, ſubtiliſſime rugoſa, rudimentis ſtriarum obſoletiſſimis. Anus extra elytra, & totum corpus ſubtus, ſquamis nitidiſſimis viridi-argenteis fere tectum. Pedes nigro-picei, poſtici longiores, craſſiores, ſquamulis ſparſis nitentibus, ungue longo arcuato ſimplici.

Obſ. Forte hic verus Scar. farinoſus Linnæi, ut antea monuit D. Herbſt. loc. cit. Veroſimilius etjam videtur, hanc ſpeciem, in Germania Boreali non raro obviam, in Svecia quondam inventam fuiſſe, quam aliam inter affines, in auſtralioribus terris degentem; dubium tamen manet, præſertim quum deſcriptio Cl. Linnæi brevis valde & inſufficiens ſit, quare conſultius duxi nomen ſpecificum recentiorum adoptare.

Obſ. Genus a Cl. D. Illiger, Mag. 2. 226. propoſitum, Melolonthæ valde affine.

MELOLONTHA.

Labrum coriaceum, late emarginatum.
Mandibula craſſa cornea arcuata dentata.
Maxilla brevis cornea, apice multidentata.

Corpus ſub-convexum, ſcutellatum. Elytra abdomine breviora, margine dilatato integro. Tarſi poſtici bi-ungulati.

1. M. Fullo: oblonga fuſco-brunnea, albo-irrorata, ſcutello macula duplici alba, antennis heptaphyllis.

Fabr, ſyſt. eleut. 2. 160. 3. *Payk. fn.* 2. 206. 1. *Herbſt. col.* 3. 36. 1. *Tab.* 22. *f.* 1, 2.

Scarabœus fullo. Linn. ſyſt. nat. 2. 553. 57. *fn. ſv.* 394. *DeGéer Inſ.* 4. 272. 19. *Tab.* 10. *f.* 31.

Habi-

Habitat in arenosis Scaniæ, rarissime.

Descr. Maxima nostratum, Geotr. Nasicorni fere æqualis. Color variat: in nonnullis nigricans, in aliis brunneus vel testaceus; in thoracis dorso lineæ tres longitudinales, in scutello maculæ duæ ovatæ, & in elytris signaturæ plurimæ irregulares albidæ, e squamulis minutis rigidis acuminatis ortæ. Antennarum capitulum lamellis septem compositum, in mare magnis arcuatis; in fœmina parvis ovatis. Clypeus & thorax punctati; elytra sub-rugosa, sutura elevata. Pectus lana fulva tectum. Anus & venter pilis brevibus rigidis griseo-albidis obducti.

2. M. vulgaris: oblonga fusca pubescens, thorace villosis, elytrisque testaceis, abdominis lateribus maculis albis trigonis.

Herbst. Col. 3. 46. 5. Tab. 22. f. 6. 7. Payk. fn. 2. 207. 2. Fabr. syst. eleut. 2. 161. 6.

Scarabæus Melolontha Linn. syst. nat 2. 554. 60. fn. sv. 392. De Géer Ins. 4. 273. 20. Tab. 10. f. 24.

Var. *b*. Thorace pedibusque nigris.

Habitat in arboribus frequentissima, mense Majo & Junio, folia consumens, vesperi volitans.

Descr. Clypeus punctatus, antice truncatus, integer, marginibus valde reflexis, plerumque ferrugineus, vertice nigro villoso. Antennarum clava heptaphylla, maris magna elongata, fœminæ brevis ovata. Thorax transversus, convexus, crebre punctulatus, lateribus rotundatus, angulis acutis, supra ferrugineus, villosum, præsertim versus latera. Scutellum breve rotundatum nigrum, basi flavo-ciliatum.

Elytra

Elytra convexa teſtacea, pilis brevibus rigidis depreſſis albidis conſperſa, tenue rugoſo-punctata, lineis quatuor in ſingulo, ſuturaque elevatis lævibus; margo lateralis ſemper nigricans, antice latius. Anus valde productus, præſertim in mare, inflexus, ſtylo obtuſo, intra apicem coarctato; venter cinereo-pubeſcens, ſegmentorum marginibus, maculaque triangulari in quovis ſegmento utrinque albiſſimis. Pectus denſe villoſum. Pedes ferruginei.

In var. b. clypeus totus, thorax ſupra, & pedes nigri; in ceteris ſimillima.

Obſ. Melolontha Hippocaſtani Fabr. Syſt. Eleut. 2. 162, 7. & Panz. Fn. 97. f. 8. præſertim qualem, quoad notas diſtinctivas, indicavit D. Illiger, Mag. 4. 76. 7. & qualem e Germania ſub hoc nomine obtinui, omnino hæc noſtra eſt, & unice apud nos occurrit; certe etjam Linnæi, De Geeri, Paykullii & Herbſtii eadem; ſpecimina elytrorum margine concolori, & ſtylo ani acuto, non coarctato, nunquam vidi, quæ, ſi diſtinctam indicant ſpeciem, alio nomine deſignandæ.

3. M. Solſtitialis: griſeo-teſtacea villoſa, vertice, pectore abdomineque nigro-fuſcis, elytris lineis quatuor pallidioribus.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 164. 16. Payk. fn. 2. 208. 3. Herbſt. col. 3. 58. 8. Tab. 22. f. 9.

Scarabæus ſolſtitialis. Linn. ſyſt. nat. 2. 554. 61. fn. ſv. 393. De Géer Inſ. 4. 276. 26. Tab. 10. f. 15.

Habitat in arboretis menſe Junio frequens.

Deſcr. Statura præcedentis, ſed plus duplo minor, magis villoſa. Clypeus brevis latus reflexus integer, antice ferrugineus, vertice villoſo nigricante. Antennarum clava triphylla, maris elongata. Oculi magni

magni globofi. Thorax brevis transverfus fufco-teftaceus, denfe grifeo-villofus. Scutellum breve rotundatum, bafi pallide villofum. Elytra elongata, convexa, pallidiora, futura & margine fufcis; pilis paucis longis adfperfa, tenue punctata, coftis quatuor elevatis obfoletis, & in his lineæ totidem anguftæ undulatæ albidæ. Anus obtufus, fufco-teftaceus, granulatus, pilis longis erectis, haud denfis barbatus. Pectus denfe albido-villofum. Venter nigro fufcus, pubefcentia depreffa albida, præfertim ad margines fegmentorum denfiori tectus. Pedes rufefcentes.

4. M. brunnea: cylindrica rufo-teftacea glabra, clypeo fub-emarginato, thorace puncto laterali fufco, elytris ftriatis.

Fabr. fyft. eleut. 2. 170. 54. Panz. fn. 95. f. 7. Payk. fn. 2. 209. 4.

Scarabæus brunneus Linn. fyft. nat. 2. 556. 72. fn. fv. 396.

Scarabæus fulvus DeGéer Inf. 4. 277. 23. Tab. 10. f. 17.

Habitat in hortis & pratis paffim, noctu volitans.

Defcr. Melol. horticola vix longior, fed anguftior, magis cylindrica, tota rufo-teftacea glabra, fupra interdum nonnihil æneo-relucens. Clypeus punctatus, antice fere truncatus, parum emarginatus, vertice plerumque nigricante. Oculi magni globofi nigri. Antennæ capitulo tri-lamellato, maris valde elongato, angufto. Thorax breviffimus transverfus, tenue punctulatus, puncto obfoleto fufco utrinque. Scutellum oblongo-triangulare fub-acuminatum. Elytra valde elongata, convexa, obfolete punctato-ftriata. Pedes tenues, tarfis longiffimis.

5. M.

5. M. Frischii: oblongo-ovata glabra viridi-aenea nitida, elytris testaceis virescenti-micantibus, thoracis lateribus pallidis.

Fabr. syst. eleut. 2. *172. 68. Panz. fn. 97. f.* 10. *Herbst. col. 3. 126. 77. Tab. 25. f. 8. Payk. fn.* 2. 211. *not.*

Habitat in Scaniae campis. *D. Fallén.*

Descr. Melol. horticola plus duplo major, magis convexa, supra glabra. Caput viride nitidum, creberrime punctatum, clypeo antice truncato integro, marginibus parum reflexis, linea transversa a fronte distincto. Antennae testaceae capitulo fusco triphyllo. Thorax transversus, convexus, crebre punctulatus, viridi-aeneus nitidus, lateribus late pallidis. Scutellum breve punctatum viride. Elytra lata, minus convexa, pallide testacea nitida, virescenti-micantia, sutura plerumque viridi; obsolete punctato-striata, interstitiis crebre punctulatis, versus margines elevatioribus. Corpus & pedes aeneo-virescentia, pube rara adspersa.

6. M. Julii: oblongo-ovata convexa glabra coeruleo-virescens obscurior, thoracis lateribus vix pallidioribus, elytris testaceis.

F*abr. syst. eleut.* 2. 171. *66. Panz. fn. 97. f. 9. Payk. fn.* 2. *210. 5.*

Melolontha dubia. Herbst. col. 3. 128. 78. Tab. 25. f. 9.

Melolontha Frischii var. Illig. Mag. 4. 80. 66. & 68.

Var. *b.* Elytris nigro-coerulescentibus. *Payk. l. c. var. b.*

Scara-

Scarabæus æneus De Géer. Inſ. 4. 277. 22. *Tab.* 10 *f.* 16.

Melolontha Friſchii var. Næzén act. Holm. 1794. 265. 1.

Var. *c.* Nigro-cœruleſcens tota.

Melolontha oblonga. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 165. 24.

Habitat apud nos rarius; Var. *b.* & *c.* præſertim in Bothnia occidentali & Finlandia.

Deſcr. Præcedenti magnitudine æqualis, ſed parum anguſtior & convexior videtur; color minus nitidus, capitis & thoracis plerumque obſcure vireſcens, elytrorum ſaturatius teſtaceus; thoracis margo lateralis in a, obſolete & tenuiſſime tantum teſtaceus, in b & c, omnino corpori concolor, & elytra in his nigro-cœrulea, uti totum corpus varietatis c; in ceteris præcedenti ſimillima & nimis certe affinis, forte vero ſpecie diſtincta, quod tamen ulterius dijudicandum relinquo Entomologis regionum, ubi ambæ cohabitant & copioſius occurrunt.

7. M. horticola: ovata, ſub-depreſſa, hirta, cœruleo-vireſcens, thoracis lateribus ſinuatis elytris ſtriatis teſtaceis.

Fabr. ſyſt. elevt. 2. 175. 88. *Panz. fn.* 47. *f.* 15. *Payk. fn.* 2. 211. 6.

Scarabæus horticola Linn. ſyſt. nat. 2. 554. 59. *Fn. ſv.* 391.

Scarabæus viridicollis De Géer Inſ. 4. 278. 24. *tab.* 10. *fig* 18.

Var. *b.* Elytris nigro-brunneis.

Ha-

Habitat in collibus aridis, media æstate sæpe copiosissima, præsertim in Svecia australi; var. *b.* minus frequens.

Descr. Minor, corpus ovatum, parum convexum, pilis longioribus undique adspersum, præsertim subtus; color vel virescens vel cœrulescens, parum nitidus. Clypeus crebre punctulatus integer, margine parum reflexo. Thorax transversus, convexus, punctatus, lateribus antice dilatatis, posterius subsinuatis. Scutellum breve rotundatum, thoraci concolor. Elytra parum convexa, rude punctato-striata, saturate ferrugineo-testacea sub-nitida, margine laterali antice incrassato nigricante. Corpus & pedes nigrovirescentia immaculata.

Var. b. Elytris brunneis, raro nigro-fuscis tantum differt.

Familia 2. Lucanoides.

Antennarum capitulo pectinato, vel lateraliter fissili.

LUCANUS.

Mandibula magna porrecta cornea dentata.
Maxilla elongata angusta, tota setosa.
Ligula bifida, longius penicillata, basi palpigera.
Antennæ fractæ, articulo primo longissimo.

Corpus magnum, parum convexum, glabrum, scutellatum.

1. L.

1. L. Cervus: fuſco-caſtaneus, mandibulis maximis bifurcatis, medio uni-dentatis, crenulatis, capite thorace majori, marginibus elevatis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 559. 1. *Fabr. ſyſt. eleut.* 2. 248. 3. *DeGéer Inſ* 4. 327. 1. *Tab.* 12. *f.* 1. *Payk. fn.* 3. 45. 1. *Bousd Act. Holm.* 1785. 221. 1. *Zool. Svec.* 1. 1. 5. *Tab.* 5. *f.* 1. 5.

Scarabæus Cervus Linn. fn. ſv. 405.

Var. *b.* f. fœmina? Mandibulis vix capitis longitudine, apice ſimplicibus, capite thorace anguſtiori.

Lucanus Cervus var. b. ſeu fœmina Linn. DeGéer. Fabr. Payk. loc. cit.

Lucanus inermis Marſh. Ent. Br. 1. 48. 2.

Habitat in ligno putrido quercus paſſim, præſertim in *Svecia* auſtrali.

Deſcr. Maximus Inſectorum patriæ hujus Claſſis, magnitudine tamen variat. Caput thorace multo majus, ſupra planum, marginibus valde elevatis; antice retuſum, clypeo deflexo acuminato, carina media transverſa elevata. Penicilli ligulæ longiſſimi flaveſcentes, ſetoſæ, extra os exſertæ. Mandibulæ grandes, ſpecioſæ, longitudine dimidii corporis & ultra, apice bifurcatæ, ramis æqualibus, in medio interiori dente valido elongato acuto, pluribusque parvis obtuſis armatæ. Thorax transverſus, brevis depreſſus punctulatus, lateribus angulatis deflexis. Scutellum breve, rotundatum. Elytra lata, parum convexa, lateribus dilatata, creberrime & ſubtiliſſime punctulata. Pedes elongati, tibiis ſpinoſis.

Var. b. plerumque minor, & multum diverſa; mandibulæ vix capitis longitudine, apice acuminatæ, ſimpli-

plices, interne in medio dentibus duobus paribus oppositis armatæ, superiori majori. Caput thorace longe minus, creberrime & profunde punctatum, marginibus obtusis. Thorax convexus, crebre punctulatus, lateribus rotundatis. Tibiæ, præsertim anticæ, breviores, sed validiores, compressæ. Cetera ut in a. Cl. Geoffroy & Marsham hanc speciem distinctam esse contendunt; reliqui auctores ut fœminam respiciunt, & hoc forte majori jure; ulterior experientia sola verum eruere poterit.

2. L. Hircus: fusco-castaneus, mandibulis maximis, apice bifurcatis, medio crenulatis, capite leviori, vix thoracem æquante.

Herbst. Col. 3. 299. 4. Tab. 33. f. 4. 5.

Lucanus Capreolus Fabr. syst. eleut. 2. 249. 5. Fallén obs. Ent. 1. 12.

Lucanus capra Oliv. Ins. 1. 1.11. *3. Tab.* 1. *f.* 1. *e. Tab.* 2. *f.* 1. *g.*

Lucanus Dorcas Panz. fn. 58. f. 11.

Lucanus Cervus var. Illig. Mag. 4. 103. 3. 5.

Habitat in quercetis Scaniæ rarissime. *D. Fallén.*

Descr. Statura & summa affinitas præcedentis, sed duplo, imo triplo minor, & in pluribus diversus videtur. Caput vix thoracis magnitudine, supra planum, marginibus vix elevatis; clypeus deflexus brevior, obtusior, carina media interrupta; mandibulæ dimidio corpore breviores, apice bifurcatæ, dente inferiori minori; intus multi-dentatæ, omnibus parvis obtusis, sæpe connatis, inæqualibus. In ceteris præcedenti simillimus.

Fœmina varietati b. præcedentis simillima, modo minor.

3. L.

3. L. paralellipipedus: niger depressus, mandibulis longitudine capitis, dente medio elevato, clypeo late truncato, thoracis lateribus rectis.

Linn. syst. nat. 2. 561. 6. Fabr. syst. eleut. 2. 251. 16. Herbst. col. 3. 308. 9. Tab. 12. f. 9. 10. Panz. fn. 2. f. 19. Payk. fn. 3. 47. 2. Boursd. Act. Holm. 1785. 222. 4.

Var. *b.* forte fœmina: superficie tota profundius rugoso-punctata, clypeo emarginato, capite bi-tuberculato.

De Géer Ins. 4. 334. 2. Tab. 12. f. 9, 10.

Lucanus Capra Panz. fn. 58. f. 12.

Habitat in truncis quercus, fagi, salicis; in Blekingia & Scania rarius.

Descr. Statura fere fœminæ Luc. Cervi, sed triplo aut quadruplo minor, totus niger, non nitidus. Caput latitudine fere thoracis, supra planum, subtilissime punctulatum. antice retusum, clypeo deflexo, transverso, brevissimo, lato, truncato. Mandibulæ validæ acuminatæ, dente unico medio obtuso adscendente. Penicilli ligulæ breviores quam in præcedentibus. Thorax transversus brevis, latus, undique marginatus, lateribus rectis; supra tenue punctulatus, versus latera crebrius. Elytra sub-depressa, thorace fere angustiora, creberrime. at subtiliter punctato-rugosa. Pedes validi, tibiis spinosis.

Var. b. quoad staturam & magnitudinem similis, sed in multis differt; tota superficies atrior, nitidior, crebrius & profundius punctato-rugosa, præsertim in capite & thorace; caput thorace paulo angustius, fronte tuberculis duobus approximatis elevatis; clypeus parvus transversus, late emarginatus, lateribus

 sinua-

ſinuatus, profunde punctatus; mandibulæ breviores, dente medio obſoletiori, non elevato. Thorax magis convexus.

Mirum certe videtur. diſcrepantias tanti momenti ſolummodo ſexui diverſo tribuendas eſſe; anne potius ſpecies diſtincta? Dom. Panzer loc. cit. contendit, alterum ſexum Luc. Capræ tuberculis frontis deſtitutam eſſe, ſed figuram clypei non memorat, nec talem vidi, quare certius dijudicare nequeo.

Obſ. Lucanus tridentatus Cl. Linnæi Syſt. Nat. 2. 560. 3, inſectum deperditum, nemini Entomologorum Patriæ hujus ævi cognitum. Animalculum mortuum in Oelandia quondam inventum, & illuſtr. viro allatum fuiſſe, relatum audivi, unde ſuſpicari licet, quod caput Lucani Cervi var. b, aut caſu, aut ignorantia, aut fraude, corpori Prioni coriarii adaptatum, oculatiſſimum alias Virum ſeduxerit ad deſcribendum inſectum fictitium.

PLATYCERUS.

Ligula minuta membranacea integerrima, minime penicillata; Cetera ut in Lucano. *)

1. P. Tenebroides: niger nitidus, antennis, pedibus abdomineque piceis, mandibulis lunatis unidentatis, elytris obſolete ſtriatis.

Lucanus Tenebroides Fabr. ſyſt. eleut. 2. 252. 21. *Panz. fn.* 62. *f.* 1. 2. *Payk. fn.* 3. 48. 3.

Lu-

*) Obſ. Character eſſentialis generis Lucani conſiſtit in "Ligula bifida, longius penicillata"; quum vero hæc nota in ſequentibus omnino deeſt, genus proprium conſtituere debent, cui nomen a D. Geoffroy mutuatum addidi.

Lucanus piceus Bousd. Act. Holm. 1785. 222 5. Tab. 8. f. a.

Habitat in truncis putridis, præſertim pini menſe Junio, in ſilvis Oſtro- & Weſtro-Gothiæ rarius.

Deſcr. Plat. Caraboide duplo major, & magis convexus. ſupra niger nitidus. ſubtus piceus. Caput maris magnum, thorace latius, diſco punctatum, lateribus rugoſum, antice impreſſo-retuſum; in medio marginis antici ſupra os acumen parvum prominens. Mandibulæ capite longiores, arcuatæ, validæ, apice acuminatæ, in medio dente magno armatæ, intus ciliis denſis fulvis veſtitæ. Thorax brevis latus transverſus niger nitidus, ſubtiliter punctatus, margine omni reflexo; ante medium ſoveola rotunda impreſſa utrinque. Scutellum breve, triangulare. Elytra ſubconvexa, obſolete ſtriata, interſtitiis punctatis. Corpus & pedes picea, abdomine dilutiori.

Fœmina magis obſcura, crebrius & profundius punctata, capite anguſtiori, mandibulis minoribus, thorace longiori, ruga transverſa elevata in medio; ceterum mari ſimilis.

Inſtr. Cib. Labrum parvum membranaceum integrum, ſub acumine clypei reconditum. Mandibula valida cornea arcuata acuta, in medio unidentata. Maxilla breviſſima, baſi cornea dilatata, dorſo palpigera, apice lanceolata tenuis ſetoſa, intus lacinia breviori ſetoſa aucta. Labium corneum ſemi-circulare integerrimum punctatum. Ligula minuta membranacea, intra apicem labii inſerta, in medio palpigera, apice rotundata integerrima ciliata. Palpi quatuor filiformes; anteriores paulo longiores, 4-articulati, ſecundo & ultimo longioribus; poſteriores 3-articulati, primo breviſſimo.

2. Pl. Caraboides: cœruleus aut virescens depressus, subtus obscurior, mandibulis lunatis dentatis, elytris creberrime punctato-striatis.

Lucanus Caraboides Linn. syst. nat. 2. 561. 7. *Fabr. syst. eleut.* 2. 253. 23. *Payk. fn.* 3. 49. 4. *Panz. fn.* 58. *f.* 13.

Lucanus caprea DeGéer Ins. 4. 334. 3. *Tab.* 12. *f.* 11.

Scarabæus Caraboides Linn. fn. sv. 407.

Habitat in pratis sylvaticis passim.

Descr. Magnitudo & fere statura Carabi mediocris, sed magis depressus, supra aut cœruleo-violaceus, aut virescens, subtus obscurior, fere nigricans. Caput thorace angustius, crebre punctatum, antice late impressum & emarginatum, lobis lateribus rotundatis porrectis. Mandibulæ lunatæ, adscendentes, intus obtuse dentatæ. Thorax transversus, undique marginatus, creberrime punctulatus, lateribus sinuatis. Scutellum breve rotundatum. Elytra depressa, creberrime punctato-striata, punctis nempe interstitiarum etjam in lineas digestis; puncta omnia oblonga, profunde impressa. Corpus nigro-piceum punctulatum, pubescens.

3. Pl. rufipes: coeruleus aut virescens depressus, pectore, abdomine pedibusque rufis, ore piceo.

Lucanus rufipes Fabr. syst. eleut. 2. 253. 24. *Herbst. col.* 3. 311. 11. *Tab.* 34. *f.* 8. *Panz. fn.* 58. *f.* 14. *Fallén obs. Ent.* 1. 13.

Lucanus Caraboides var. Illig. Mag. 4. 104. 24.

Ha-

Habitat in frutetis rarius; in Smolandia, *D.* Fallén; in Kinnakulle Weſtrogothiæ, ipſe.

Deſcr. Præcedenti nimis affinis, ejusdemque magnitudinis, paulo brevior & latior tamen videtur. Os & mandibulæ rufo-piceæ, apice nigricantes. Pectus, abdomen & pedes rufo-ferruginea nitida, geniculis pedum obſcurioribus. Thoracis latera magis dilatata, rotundata, quam in præcedente; cetera ut in illo omnia, forte modo varietas.

SINODENDRON.

Labrum exſertum, coriaceum, rotundatum.
Mandibula brevis cornea, ſub clypeo recondita.
Maxilla breviſſima, apice membranacea ciliata.
Labium corneum anguſtatum integrum.
Ligula brevis conica carinata.

Corpus convexum, cylindricum, ſcutellatum.

1. S. cylindricum: nigrum, thorace antice truncato quinque-dentato, capitis cornu recurvo, poſtice fulvo-hirto.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. *376.* 1. *Payk. fn. 3. 140.* 1. *Panz. ſn.* 1. *f.* 1. *mas.* 2. *f. 9. fœmina.*

Scarabæus cylindricus Linn. ſyſt. nat. 2. *544.* 11. *ſn. ſv. 380. De Géer Inſ. 4. 258. 3. Tab. 10. f.* 2, *3.*

Habitat in truncis carioſis & ligno putrido, non infrequens.

Deſcr. Aphodio foſſore paulo major, præſertim longior. Caput parvum depreſſum nigrum, antice arma-

armatum cornu adſcendente arcuato compreſſo, intus lana fulva veſtito. Antennæ piceo-ferrugineæ, capitulo pectinato, omnino ut in Platycero Tenebroide. Thorax magnus, valde convexus, ſupra glaber, punctis ſparſis impreſſus, antice valde retuſus, vel oblique truncatus, ſuperne 5-dentatus, intermedio longiori. Scutellum parvum obtuſum. Elytra convexo-cylindrica, rude ſtriata, ſub-rugoſa, punctisque magnis rotundis impreſſa. Corpus nigrum, ano piceo. Pedes breves, tibiis omnibus crebre ſpinoſis.

Fœmina differt, cornu capitis parvo, brevi recto, thorace antice vix retuſo, ſolummodo foveolis duabus, carinula media diſtinctis, excavato, & ſuperficie tota thoracis punctis magnis impreſſis pertuſa.

TROGOSITA.

Palpi 4 ſub-æquales, articulo ultimo truncato.

Labium coriaceum emarginatum, laciniis rotundatis ciliatis.

Antennæ moniliformes, articulis tribus ultimis craſſioribus compreſſis, uno verſu productis, obtuſis.

Corpus parvum, elongatum, depreſſum, ſcutellatum.

1. T. Mauritanica: depreſſa, fere plana, ſupra nigra nitida, ſubtus rufo-picea, elytris ſtriatis a thorace remotis.

Oliv. Inſ. 2. *19. 6.* 2. *Tab.* 1. *f.* 2. *a. b.*

Tenebrio Mauritanicus Linn. ſyſt. nat. 2. *674.* 4. *Roſſ. fn. Etr.* 1. *232. 579. Tab. 3. f.* 12. & *Tab. 7. f. 15.*

Trogosita Caraboides Fabr. syst. eleut. 1. 151. *6. Illig. col. Bor.* 1. 117. 2. *Panz. fn. 3. f. 4. Payk. fn.* 1. *92.* 1. *Schönh. synon.* 1. 155. 5.

Tenebrio planus Quens. Diss. 19.

Habitat sub cortice arborum emortuarum pini & fagi, in Scania, *D. Quensel.* In mercatorum tabernis, inter grana oryzæ, sæpius reperi.

Descr. Corpus magnitudine fere Carabi excavati Payk. & Illig. valde depressum, supra nigro-piceum glabrum nitidum. Caput magnum punctatum, basi latius, antice quadri-dentatum. Mandibulæ porrectæ, forcipatæ, validæ. Thorax crebre punctatus, antice capite latior, angulis porrectis acutis; postice duplo angustior, angulis parum prominutis. Scutellum minutum, obtusum. Elytra a thorace majori intervallo remota, dorso plana, tenue punctato-striata, interstitiis serie duplici punctatis. Corpus subtus rufo-piceum nitidum, punctatum. Pedes rufo-picei, tibiis inermibus, tarsis omnibus articulis quinque, primo parvo retracto, præsertim in posticis.

Obs. Antennarum articulis extimis majoribus, uno latere productis, ut & statura corporis, aliquatenus ad Platyceros accedit hoc genus; proprie tamen pectinatæ dici nequeunt antennæ; apud D. Latreille, una cum genere exotico, Parandra dicto, peculiarem constituit familiam, cui nomen „Trogositarios" addidit. Species duæ aliæ Suecanæ, a D. Paykull huc relatæ, ad sectionem secundam, tarsis posticis 4-articulatis, pertinent.

Familia 3. Hifteroides.

Antennis fractis, capitulo lenticulari compreffo, fubfolido, articulis nempe tam arcte junctis, ut ægre difcerni queant. Sternum porrectum concavum, os inferne includens. *)

HISTER.

Mandibula cornea porrecta, arcuata, dentata.
Maxilla intus ungue arcuato armata.
Labium coriaceum emarginatum.
Ligula elongata membranacea apice bifida, laciniis arcuatis auctis.

Antennæ fractæ, articulo primo longiffimo arcuato.

Corpus ovatum, obtufum, glabrum, fcutellatum. Caput parvum retractum. Elytra truncata, abbreviata, thoraci arcte applicata. Tibiæ compreffæ fpinofo-dentatæ.

Fam. 1. Frons plana. Thoracis latera, elytraque ftriata.

Sect. 1. Thoracis lateribus bi-ftriatis.

1. H. unicolor: ater nitidus, elytris ftriis tribus integris, tibiis anticis tridentatis, dente extimo bifido. *Linn.*

*) Obf. Familia 10:ma D. Latreille, Necrophagi nempe comprehendit genera plura nimis difcrepantia, quare aptius cenfui Hifteres a reliquis feparare.

Linn. syst. nat. 2. 567. 3. *fn. sv.* 440. *Fabr. syst. eleut.* 1. 84. 3. *Illig. Col. Bor.* 1. 52. 2. *Payk. fn.* 1. 35. 1. *Sturm. fn.* 1. 192. 3. *Tab.* 16. *Ent. Heft.* 1. 31. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *Schönh. synon.* 1. 89. 6.

Hister ater De Géer Inf. 4. 342. 1. *Tab.* 12. *f.* 12. *fœmina.*

Habitat in stercore, & succo destillante arborum passim.

Descr. Inter majores nostratum hujus generis, fere rotundatus, totus ater nitens. Caput minutum deflexum, fronte plana, linea semicirculari impressa intra margines inscripta. Capitulum antennarum magnum nigrum. Thorax convexus lævis nitidus, postice elytris æqualis, antice longe angustior, late emarginatus; in angulo antico linea tenuis impressa, raro ultra medium extensa, margini valde propinqua, & intra hanc alia profundior, fere ad basin producta, marginem anticum etjam ambiens. Scutellum minutum triangulare. Elytra dorso parum convexa, lateribus valde dilatata, in singulo striæ septem tenues subpunctatæ, quarum tres suturæ proximæ abbreviatæ, ab apice versus medium ductæ; tres sequentes integræ, & extima ab apice adscendens dimidiata, cui respondet stria obliqua tenuissima humeralis. Anus obtusus punctatus. Pedes breves validi, tibiis latis compressis, anticis extus tridentatis, dente extimo bifido.

2. H. brunneus: ater nitidus, elytris externe 5-striatis, tibiis anticis 6-dentatis, thorace lateribus bistriato.

Fabr. syst. eleut. 1. 86. 15. *Illig. Col. Bor.* 1. 53. 4. *Schönh. synon.* 1. 92. 21.

Hi-

Hiſter cadaverinus ent. heft. 1. *34.* 2. *Tab.* 1. *f.* 2. *Sturm. fn.* 1. *194. 4.*

Hiſter unicolor Panz. fn. 4. f. 2

Habitat in ſtercore, cadaveribus & ſucco arborum frequens.

Deſcr. Statura omnino præcedentis, ſed paulo minor, & vere diſtinctus. Caput & antennæ ut in priori. Thoracis ſtructura etjam ut in illo, ſed ſtriæ laterales evidentiores, profundiores, ambæ fere baſin attingentes, & invicem magis approximatæ, nec exterior margini adeo propinqua. Elytrorum ſtriæ exteriores quinque fere integræ, extima tamen in tuberculo humerali infra baſin deſinit; interne verſus ſuturam ſtriolæ duæ apicis abbreviatæ; intra apicem elytrorum fovea transverſalis impreſſa; & prope baſin plerumque duæ aliæ minores, obſoletiores; ſub margine laterali inflexo fovea lata, crebre & profunde punctata. Tibiæ anticæ dilatatæ; denticulis 5 vel 6 parvis externe armatæ; cetera ut in H. unicolore.

Variat rarius, ut reliquæ nigræ hujus generis, corpore toto brunneo; forte immaturæ, vel nuper e Nympha declaratæ.

3. H. merdarius: ater nitidus, elytris externe 5-ſtriatis, thoracis lateribus biſtriatis punctatis, antennarum capitulo ferrugineo.

Ent. Heft. 1. *39. 3. Tab.* 1. *f. 3. Sturm. fn.* 1. *197. 5. Schönh. ſynon.* 1. *92.* 22.

Habitat in ſtercoratis minus frequens.

Deſcr. Magnitudo fere præcedentis, cui valde affinis, attamen diſtinctus; elytra minus dilatata, unde ſtatura anguſtior, oblongo-quadrata. Caput ut in præ-

præcedente, ſed capitulum antennarum ferrugineum. Thorax transverſus, anterius vix anguſtatus, niſi prope ipſum angulum; ſtriæ duæ laterales utrinque, profunde impreſſæ, baſin fere attingunt, interſtitio crebre punctulato. Elytrorum ſtriæ & foveola apicis omnino ut in præcedente. Tibiæ omnes valde dilatatæ, plus quam in prioribus, & antice dentibus quatuor armatæ, extimo plerumque bifido, intimo minuto.

4. H. 4-maculatus: ater, thoracis lateribus ſubparallelis, elytris macula lunata rubra, tibiis anticis tridentatis, extimo integro.

Linn. ſyſt. nat. 2. *567. 6. fn. ſv.* 443. *Illig. col. bor.* 1. *56. 8. Ent. heft.* 1. 41. 4. *&* 2. 121.

Hiſter lunatus Fabr. ſyſt. eleut. 1. 86. 16. *Sturm. fn.* 1. *198. 6. Schönh. ſynon.* 1. *92. 23.*

Var. *b.* Macula elytrorum medio interrupta.

Linn. Illig. Sturm. ent. heft. loc. cit. var. b.

Hiſter 4-*maculatus Fabr. ſyſt. eleut. 1. 88.* 24.

Habitat in Sveciæ auſtralis ſtercoratis rarius.

Deſcr. H. unicolore longe major, ater nitidus, oblongo-quadratus. Caput ut in præcedentibus, antennarum capitulo ferrugineo. Thorax magnus, anterius parum anguſtatus, lævis nitidus, lineis duabus lateribus impreſſis utrinque, exteriori tenui, ante medium deſinente, interiori integra, in margine antico etjam continuata. Elytra dorſo depreſſa, nigra nitida, externe ſtriis quatuor tenuibus inſcripta, quarum extima ad tuberculum humerale tantum producta; plaga interior verſus ſuturam læviſſima, raro rudi-

dimento striolæ apicis insignita; in singulo elytro macula magna lunata rubra, sæpe totum humerum occupans, & ultra medium elytri extensa; in var. b. vero lunula hæc, interrupta, sistit maculas duas minores, unam in medio baseos lunatam, alteram paulo pone medium rotundatam. Tibiæ anticæ armatæ dentibus tribus validis acutis simplicibus.

5. H. Sinuatus: ater, thorace antice angustiori, stria laterali sesqui-altera, elytris tri-striatis, arcu magno rubro longitudinali.

Illig. col. bor. 1. 57. 9. *Sturm. fn.* 1. 201. 7. *Tab.* 17. *f. a. A.*

Payk. fn. 1. 37. 3. *Ent. heft.* 1. 44. 5. & 2. 121. *Panz. fn.* 80. *f.* 1. *Schönh. synon.* 1. 93. 25.

Habitat in Sveciæ australis stercoratis rarius.

Descr. Præcedente multo minor, H. unicolori æqualis. Caput ut in prioribus. Thorax ater nitidus lævis, anterius angustatus; stria laterali exteriori tenui abbreviata, vix medium attingente; interiori profunda, fere ad basin producta. Elytra nigra nitida, subconvexa, externe striis tribus integris, marginali vero omnino deficiente; ad apicem interne striolæ tres abbreviatæ, suturæ proxima longiore; in singulo elytro arcus magnus læte ruber, a basi exteriori per medium elytri fere versus apicem ductus, sinu suturam respiciens, Tibiæ anticæ dentibus tribus validis, extimo bifido.

6. H. 4-notatus: ater, thorace antice angustiori, elytris sub-tri-striatis, macula humerali alteraque media obliqua rubris.

Illig.

Illig. col. bor. 1. *58. 10.* *Ent. heft.* 1. *46. 6.*
Sturm. fn. 1. *203. 8. Schönh. fynon.* 1. *92. 24.*

Hifter 4-maculatus Payk. fn. 1. 36. 2. Panz. fn. 80. f. 2. DeGéer Inf. 4. 344. 3.

Habitat in ftercoratis apud nos rarius.

Defcr. Statura & magnitudo præcedentis, fed paulo latior. Capitulum antennarum apice ferrugineum. Thorax niger nitidus lævis, anterius anguftatus, lineis duabus impreffis utrinque, fere ad bafin productis, exteriori tenuiori. Elytra nigra nitida, dorfo depreffa, pone humerum dilatata, ftria marginali nulla, duabus proximis integris, fed tertia ab apice raro ultra medium adfcendente; prope futuram poftice ftriolæ rudimentum; in ipfo humero macula rubra fub-quadrata, & in medio elytri altera obliqua cuneata, interdum cum priori connexa. Tibiæ anticæ dentibus tribus, extimo bifido.

7. H. parvus: ater, antennarum capitulo ferrugineo, elytris fex-ftriatis, interioribus duabus abbreviatis, tibiis anticis tridentatis.

Marfh. ent. br. 1. *93. 3.*

Var. *b.* Duplo major, elytrorum ftriis tribus interioribus abbreviatis, tibiis anticis 4-dentatis.

Hifter 12-ftriatus var. b. Ent. heft. 1. *59. Tab. 1. f.* 7. *Sturm. fn.* 1. *213.* 14. *b.*
Hifter bis-fexftriatus Schönh. fynon. 1. 89. 7. *Fabr. fyft. eleut.* 1. *84.* 4.

Habitat in ftercoratis paffim.

Defcr.

Deſcr. Parvus, a, H. purpuraſcente plerumque minor. Capitulum antennarum ſemper ferrugineum. Thorax ater nitidus lævis, anterius parum anguſtior, ſtria interiori laterali fere integra, etjam antice continuata, & altera in ipſo angulo antico arcuata, utrinque abbreviata. Elytra ſubconvexa, nigra nitida, ſtriis ſex exarata, quorum quatuor externæ plerumque integræ, duæ interiores vero ab apice adſcendunt plus minusve abbreviatæ; ſtria ſeptima ſeu marginalis ſemper deeſt; ſub margine laterali inflexo elytrorum foveola oblonga ſub-punctata, carina elevata longitudinali in medio. Pedes picei, tibiis anticis tridentatis, extimo latiori bifido.

Var. b. differt corpore ſæpe duplo majori, ſtria elytrorum tertia a ſutura etjam antice abbreviata, & tibiis anticis 4-dentatis; reliqua ſimilia.

Obſ. Vix var. H. 12-ſtriati Sturm & Ent. Heft; differt ſtria exteriori angulari thoracis, & ſtriis elytrorum internis abbreviatis; nec ille apud nos occurrit, quantum mihi innotuit, nam H. 12-ſtriatus D. Payk. ab illo diverſus mihi videtur, ut infra indicandum erit.

Sect. 2. Thoracis lateribus ſtria unica.

8. H. bi-maculatus: ater ſub-depreſſus, thorace antice utrinque foveolato, elytris ſex-ſtriatis, poſtice extrorſum diagonaliter rubris.

Linn. ſyſt. nat. 2. 567. 5. fn. ſv. 442. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 88. 23. Illig. col. bor. 1. 54. 6. Payk. fn. 1. 38. 5. Panz. fn. 80. f. 4. Ent. heft. 1. 50. 8. Sturm. fn. 1. 206. 10. Schönh. ſynon. 1. 94. 33.

Habitat in ſtercoratis apud nos rarius.

Deſcr.

Defcr. Parvus, fequente fere minor, & magis depreffus. Caput ut in prioribus; antennæ fere totæ ferrugineæ. Thorax lævis nitidus, anterius parum anguftatus, ftria laterali unica, bafin non attingente, & intra ftriam, verfus angulum anticum, foveola fubrotunda impreffa utrinque. Elytra breviffima, fubdepreffa, bafi interiori nigra nitida, apice externo toto rubro, ab humero ad futuræ apicem diagonaliter fecto; in fingulo elytro ftriæ fex punctatæ, quarum futuralis tantum antice abbreviata, reliquæ integræ. Corpus & femora nigra; tibiæ & tarfi ferruginei; tibiæ anticæ 4-dentatæ.

9. H. purpurafcens: ater nitidus, elytris externe 5-ftriatis, difco rubris, tibiis anticis 5-dentatis.

Fabr. fyft. eleut. 1. *87. 18.* *Illig. col. bor.* 1. *54. 5.* *Payk. fn.* 1. *38. 4.* *Sturm. fn.* 1. *208.* 11. *Ent. Heft.* 1. *51. 9.* *Schönh. fynon.* 1. *93. 28.*

Hifter bimaculatus De Géer Inf. 4. 343. 2.

Var. *b.* Elytrorum macula obfoleta.

Var. *c.* Rufo-brunneus totus, elytrorum difco pallidiori. *Sturm. Ent. Heft. loc. cit. var. c.*

Hifter brunneus Herbft. col. 4. *35. 10. Tab. 35. f. 10. a. b. k.*

Habitat in ftercoratis fat frequens.

Defcr. Parvus, convexus, præfertim fubtus. Thorax niger nitidus, anterius parum anguftior, linea laterali profunde impreffa integra. Elytra fub-convexa nigra nitida, macula magna difci rubra indeterminata, interdum dilatata, ut difcum fere totum occu-

 pet,

pat, rarius obſeleta, vix obſervanda; in ſingulo elytro exterius ſtriæ 5 fere integræ, extima tamen in humero abbreviata, & præterea interne duæ dimidiatæ apicis; fovea ſub margine inflexo elytrorum impunctata, ſtria longitudinali exarata. Pedes picei, tibiis anticis denticulis 5 vel 6 auctis.

Var, c, differt corpore toto brunneo, forte nuper declarata.

10. H. carbonarius: ater, elytris externe ſtriis ſubquinis integris, fovea ſub-marginali punctata, tibiis anticis multi-dentatis.

Ent. Heft. 1. *54. 10. Tab.* 1. *f.* 4. *Sturm. fn. 1. 210. 12. Schönh. ſynon.* 1. *90. 9.*

Hiſter 12-ſtriatus Herbſt. col. 4. 29. 4. *Tab. 35. f.* 4. *D. Fabr. ſyſt. eleut.* 1. *85. 5? Illig. col. bor.* 1. *53. 3. var.*

Var. *b.* ſtria elytrorum tertia a ſutura etjam abbreviata.

Var. *c.* Corpore toto brunneo. *Ent. Heft. loc. cit. var. b.*

Hiſter brunneus Marſh. ent. br. 1. *97. 14.*

Var. *d.* Fronte foveolis duabus ſubrotundis impreſſa.

Hiſter impreſſus Fabr. ſyſt. eleut. 1. *85. 6. Sturm. fn.* 1. *267. 40. Schönh. ſynon.* 1. *90. 12.*

Habitat in ſtercore & ſucco deſtillante arborum frequens; var. c & d, raro tamen occurrunt.

Deſcr. Statura lata H. unicoloris omnino; magnitudo valde variat; alii H. purpuraſcente vix majores,

majores; alii magnitudiuem H. brunnei attingunt. Caput ut in prioribus. Capitulum antennarum nigrum. Thorax lævis nitidus, anterius parum angustatus, linea intra-marginali unica integra utrinque. Elytra sub-convexa, nigra nitida, striis septem, quarum duæ suturæ proximæ ab apice vix medium attingunt; tertia etjam sæpe abbreviata, ut in var. b; 4, 5, 6, semper integra, septima marginalis, anterius extrorsum flexa, in tuberculo humerali desinit; sub margine elytrorum inflexo fovea oblonga crebre & profunde punctata, absque stria. Tibiæ anticæ dilatatæ, denticulis 5 vel 6 parvis acuminatis.

H. brunneo valde affinis, sed differt præsertim stria marginali thoracis unica.

Var. c. tantum colore differt, & var. d. unice foveolis duabus rotundis majusculis lævibus fronti impressis, forte casu ortis; possideo specimen H. unicoloris ex Anglia, cui foveola unica talis ad unum latus frontis impressa, & tres in disco thoracis, absque ordine intrusæ, unde patet, illas fortuito effectas esse.

11. H. 14-striatus: ater, antennarum capitulo ferrugineo, elytris 7-striatis, extima dimidiata, tibiis anticis tridentatis.

Hister 12-striatus Payk. Fn. I. *39. 6.*

Habitat in vegetabilibus putrescentibus & quisquiliis passim.

Descr. Magnitudo & statura brevis convexa H. purpurascentis, totus niger nitidus. Caput parvum deflexum; linea impressa frontem ambiens antice emarginata. Antennæ pallide ferrugineæ, basi nigræ. Thorax lævis convexus. anterius parum angustior, linea laterali unica punctata, basin fere attingente. Elytra brevia sub-convexa, medio dilatata; in singulo striæ sex punctatæ integræ, æquali spatio remotæ, duabus suturæ proximis prope basin arcuatim connexis;

xis; intra marginem ſtria ſeptima dimidiata, pone tuberculum humerale incipiens, & ante apicem deſinens, æque tamen profunda ac reliquæ; fovea ſubmarginalis impunctata, coſta longitudinali elevata. Pedes nigropicei, tibiis anticis dilatatis, dentibus tribus validis, extimo latiori ſub-bifido.

Obſ. H. 12-ſtriatus, qualis deſcriptus in Ent. Heft. 1. 58. 12. a, Sturm Fn. 1. 213. 14. a, & qualem ex Anglia obtinui, differt ſtatura longiori, minus convexa, thorace magis elongato, ſtria elytrorum marginali omnino deficiente, & pedibus dilutioribus, quare diſtinctas eſſe ſpecies judico.

Fam. 2. Frons impreſſo-excavata. Thoracis latera punctata, non ſtriata. Elytra ſtriata.

12. H. frontalis: ovalis ſubdepreſſus ater nitidus, elytris ſex-ſtriatis, exterioribus tribus integris, tibiis anticis 4-dentatis.

Illig. Mag. 1. *37. 4. 5.* *Sturm. fn.* 1. *237. 24. Tab. 18. f. a. A.* *Ent. heft.* 1. *96.* 22. *Schönh. ſynon.* 1. *98. 60.* *Payk. fn.* 1. *40.* 7.

Hiſter minor Roſſ. Mant. 1. *13. 21.*

Hiſter abbreviatus Thunb. Inſ. ſv. 5. 65.

Habitat ſub cortice arborum rarius.

Deſcr. Parvus, H. bimaculato æqualis, ſæpe etjam minor, parum convexus, niger nitidiſſimus. Clypeus a fronte linea elevata diſtinctus; frons in medio antico, & clypeus totus impreſſo-excavata. Capitulum antennarum ferrugineum. Thorax transverſus, ſubconvexus, anterius parum anguſtatus, niſi prope ipſum angulnm; margo lateralis alte reflexus, & regio adjacens profunde punctata. Elytra parum convexa,

vexa, in medio nonnihil dilatata, ſtriis ſex tenuibus, quarum tres exteriores integræ, interiores ab apice exeuntes abbreviatæ, ſuturæ proxima ſæpe minima; ſtriola humeralis obliqua ſat evidens, ſed ſtria ſeptima marginalis omnino deeſt, unde dubium de Synonimo D. Paykull oritur; ſub margine elytrorum inflexo ſtriæ duæ obſoletiores, interſtitiis punctatis. Corpus & pedes nigra, tibiis anticis denticulis 4 ſimplicibus.

13. H. deplanatus: Ovalis depreſſus niger nitidus, ſubtus rufo-piceus, elytris 5-ſtriatis, exterioribus quatuor integris, ſuturali nulla.

Hiſter depreſſus Payk. fn. 1. 41. 8.

Var. *b.* Totus ferrugineus.

Habitat ſub cortice arborum paſſim, non infrequens.

Deſcr. Statura præcedentis, ſed duplo minor & longe magis depreſſus. Frons & clypeus impreſſa ut in præcedente. Antennæ totæ ferrugineæ, capitulo dilutiori. Thorax transverſus, dorſo fere planus, anterius vix anguſtatus, lateribus crebre punctatus, margine reflexo. Elytra valde depreſſa, lateribus parum dilatata, externe ſtriis quatuor integris, & quinta interior, ab apice ultra medium plerumque adſcendens; ſuturalis vero & marginalis ſemper omnino deſunt; ſtriola humeralis obliqua ſæpe bifida, & ſub ejus apice, in ipſo latere elytri, fovea indeterminata impreſſa; ſub margine inflexo ſtriæ duæ elevatæ, interſtitiis rude punctatis. Corpus plerumque rufo-piceum nitidum, pedibus dilutius rufeſcentibus; tibiæ anticæ dentibus quatuor armatæ; poſticæ tantum duobus apicis bicuſpidi.

Obſ. Inter 20 ſpecimina, jam ſollertiſſime luſtrata, ne unicum reperi, cui ſtria quarta a margine abbreviata,

 ſed

ſed omnia deſcriptioni Cl. Paykullii exacte congrua; H. depreſſum Germanorum ideo diſtinctum judico, etſi talem non vidi, nec differentias accuratius indicare valeo.

14. H. oblongus: elongatus ſub-depreſſus niger nitidus, elytris ſex-ſtriatis, tribus exterioribus integris.

Ent. Heft. 1. 100. 24. *Sturm. fn.* 1. 241. 26. *Tab.* 18. *f. b. B. Payk. fn.* 1. 42. 9. *Panz. fn.* 93. *f.* 5. *Schönh. ſynon.* 1. 98. 65. *Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 92. 41.?

Var. *b*. Brunneus vel ferrugineus totus. *Schönh. l. c. var. b.*

Habitat ſub cortice arborum paſſim.

Deſcr. Præcedente dimidio longior, ſed parum latior, fere linearis, parum convexus. Frons antice & clypeus impreſſa ut in præcedentibus. Antennæ ferrugineæ. Thorax ſub-quadratus, lateribus parallelis, in ipſo angulo antico tantum rotundatus, antice late & profunde emarginatus, ſupra parum convexus, diſco lævis, lateribus crebre at ſubtiliſſime punctulatus. Elytra linearia elongata truncata, dorſo depreſſa, ſtriis ſex rectis exarata, quarum tres exteriores tantum integræ, & totidem interiores ab apice adſcendentes plus minusve abbreviatæ. Corpus nigro-piceum, pedibus dilutioribus; tibiæ anticæ 4-dentatæ; poſticæ bidentatæ, apicis bicuſpidi.

15. H. anguſtatus: lineari-elongatus ſubconvexus, niger nitidus, elytris ſex-ſtriatis, exterioribus quatuor integris.

Ent. heft. 1. 102. 25. *Sturm. fn.* 1. 242. 27. *Tab.* 18. *f. c. C. Schönh. ſynon.* 1. 99. 66.

Hiſter

Hister oblongus var. pygmæa. Payk. fn. sv. 1. 49. 9. *not. Illig. Mag.* 1. 38. 22.

Var. *b.* Plus duplo major.

Var. *c.* totus brunneus vel ferrugineus.

Habitat sub cortice arborum emortuarum frequentior.

Descr. Præcedenti nimis affinis, differre tamen videtur; plerumque quadruplo minor, var. b. vero vix duplo; corpus rationis magnitudinis angustius & magis convexum videtur; thorax etjam minus profunde emarginatus apparet. In elytris striæ quatuor exteriores semper integræ, & duæ suturæ proximæ altius adscendunt, quam in præcedente, fere versus medium. Hæ differentiæ, singulatim consideratæ, parvi quidem momenti apparent; sed dum simul sumtæ semper constantes inveniuntur, verosimillimum videtur, illas species indicare distinctas, etsi valde affines.

Utrum Synonima Fabricii, Olivieri, Illigeri & Thunbergii, a D. Schönherr loc. cit. circa H. oblongum recensita, illi vel huic proprie tribuenda, vix dijudicandum, cum striarum numerum non designarunt.

Fam. 3. Frons sub-convexa, punctata. Thorax punctatus, non striatus. Elytra irregulariter punctato-striata, & simul sparse punctata. Corpus rotundatum convexum.

16. H. conjungens: ovatus, nigro subvirescens, elytris apice tantum punctatis, striis quinque ultra medium productis.

Payk. fn. 1. *44.* 11. *Ent. heft.* 1. *82.* 18. *Tab.* 1. *f. 8.* *Sturm. fn.* 1. *228.* 20. *Schönh. synon.* 1. *95.* *36.*

Habitat in ſtercoratis rariſſime.

Deſcr. Parvus, H. æneo fere minor & anguſtior, niger, vireſcenti-æneo parum nitens. Frons fere plana, crebre punctulata; clypeus anguſtus, productus. Thorax convexus, anterius anguſtatus, angulis rotundatis, diſco læviſſimus, lateribus late, poſtice anguſte punctulatus. Scutellum minutiſſimum. Elytra-ſubconvexa, antice inter ſtrias omnino lævia, apice tantum punctis vagis minus crebris adſperſa; exterius in ſingulo ſtriæ quatuor profunde punctatæ, nonnihil obliquæ, extima breviori, ſequentibus ultra medium, fere verſus apicem extenſis; harum interior, a ſtria ſuturali integra, magno intervallo remota, & ad baſin cum illa arcuatim juncta; in hoc intervallo poſtice linea e punctis aliquot, veluti rudimentum ſtriæ ſecundæ; ſub margine inflexo ſtria punctata evidens. Pedes nigro-picei, tibiis anticis 4-5 dentatis.

17. H. nitidulus: ovatus, nigro ſub-æneus, punctulatus, elytris antice lævibus, ſtriis quinque obliquis abbreviatis.

Fabr. syſt. eleut. 1. *85.* 7. *Sturm. fn.* 1. *221.* *17.* *Panz. fn.* *93.* *f.* 1. *Schönh. ſynon.* 1. *90* *13.*

Hiſter acuminatus Fabr. ſyſt. eleut. 1. *86.* 11. *var.*

Hiſter ſemipunctatus Payk. fn. 1. *45.* 12.

Habitat in cadaveribus & ſtercore paſſim.

Deſcr. Statura lata H. unicoloris, ſed minor, H. carbonario æqualis, niger, ſub-æneo relucens. Frons convexa punctulata. Thorax convexus immarginatus, anterius valde anguſtatus, lateribus late, po-

posterius anguste crebre punctulatus, disco lævissimo; intra marginem anticum utrinque impressus. Elytra brevia lata, parum convexa, dimidia parte postica crebre at tenue punctata; in singulo striæ 5, punctatæ, valde obliquæ, intima a scutello fere ad centrum elytri ducta, reliquæ exteriores breviores; interstitia inter strias 3 & 5, præsertim prope basin, subrugosa; striæ suturalis rudimenta obsoleta, tantum observantur. Pedes nigro-picei, tibiis anticis dilatatis, tenue crenato-dentatis.

18. H. aeneus: ovatus æneus creberrime punctatus, thoracis disco, elytrorumque macula baseos duplicata lævissimis nitidis.

Fabr. syst. eleut. 1. *88. 25.* *Illig. col. bor.* 1. *59. 13.* *Ent. heft.* 1. *79. 16.* *Payk. fn.* 1. *46.* 14. *Panz. fn. 93. f.* 2. *Sturm. fn.* 1. *223. 18.* *Schönh. synon.* 1. *94. 34.*

Var. *b.* Nigro-æneus, fere duplo minor.

Habitat in stercoratis aridis, minus frequens.

Descr. Statura præcedentis, sed parvus, H. purpurascenti vix æqualis, sæpe duplo minor. Frons convexa, crebre punctulata. Thorax convexus, anterius angustatus, tenue marginatus, disco lævis, lateribus late, antice & postice anguste, creberrime punctulatus. Elytra lata, sub-convexa, medietate postica limboque externo creberrime punctata, tuberculo humerali læviori, ad basin interiorem area magna lævissima nitida; stria suturalis integra ad basin arcuatim continuatur in striam obliquam dimidiatam remotam, quæ aream lævem in duas secat, exteriori minori; stria tertia obsoletior aream hanc terminat, & quarta in limbo punctulato adscendente vix dignoscenda. Pedes picei, tibiis anticis tenue dentatis.

Var. b. differt tantum colore obscuriori, & statura minori.

19. H. rufipes: ovatus nigro-æneus punctatissimus, elytris brevissimis basi lævibus, extus 5-striatis, pedibus rufis.

Payk. fn. 1. *50. 18? Schönh. synon.* 1. *96. 46.*

Habitat in Scania rarius. *D. Quensel.*

Descr. H. æneo paulo minor, & affinis, supra nigro-æneus nitidus. Frons sub-convexa, crebre punctulata, antice rotundata; clypeus angustior, porrectus. Antennæ ferrugineæ. Thorax convexus, anterius angustatus, crebre, at tenue punctulatus, disco posteriori lævi; intra marginem anticum utrinque impressus, ut in H. nitidulo. Scutellum minutissimum. Elytra lata, minus convexa, thorace parum longiora, limbo toto crebre, at tenue punctulata, disco interiori baseos, usque ad striam quartam lævi; stria suturalis integra antice arcuatim cum stria altera obliqua dimidiata juncta, & præterea extus striæ 3 vel 4 tenues arcuatæ, exteriores longiores, fere ad apicem productæ. Corpus nigro-piceum, creberrime punctatum. Pedes rufo-ferruginei, tibiis anticis dilatatis, dentibus 7 vel 8 parvis acutis.

Obs. Ab ipso inventore, Dom. Doct. Quensel, olim specimen unicum, jam descriptum, obtinui, quare hunc H. rufipedem genuinum esse vix dubito, etsi in nonnullis a descr. Paykulliana differt; ab exteris dein alterum habeo, duplo fere minorem, striis elytrorum exterius tantum 4; cetero omnino simillimum.

20. H. 4-striatus: ovatus convexus niger, creberrime rugoso-punctatus, elytrorum macula lævi unica, striisque 4 externis obsoletis.

Ent. heft. 1. *85. 19. Tab.* 1. *f. 9. Sturm. fn.* 1. *230. 21. Payk. fn.* 1. *45. 13? Schönh. synon.* 1. *95. 37.*

Ha-

Habitat in Blekingia & Scania rarius.

Descr. H. æneo paulo angustior, & vix major mihi visus, totus niger, parum cœruleo-micans. Caput transversum, undique marginatum, fronte rugoso-punctata. Clypeus angustus, porrectus punctatus. Thorax convexus, anterius angustatus, lateribus & antice strigoso-rugosus, postice punctatus, relicta area angusta lævi pone medium. Elytra convexa, superficie tota creberrime & profunde punctulata, macula tantum unica ovali simplici lævissima ad angulum scutellarem, quæ a stria suturali integra, antice cum stria altera dimidiata obliqua arcuatim juncta, circumscribitur; externe præterea striæ tres obliquæ breves rugosæ, obsoletissimæ, quarum apices interdum in margine externo læviori cernuntur. Corpus & pedes nigra, tibiis anticis valide 4-dentatis.

Obs. Magnitudo a D. Paykull allata, specimina a me visa excedit; cetera congruunt.

21. H. virescens: ovatus virescens, thoracis superficie tota elytrorumque limbo punctatissimis, stria suturali integra humeralibus abbreviatis.

Payk. fn. 1. *48. 16.* *Schönh. synon.* 1. *95. 38.*

Habitat in Westrogothiæ stercoratis aridis rarissime, semel tantum lectus.

Descr. H. æneo paulo minor, totus viridis nitidus. Frons convexa integra, crebre punctata. Thorax convexus, anterius angustior, superficie tota punctatus, nec disco lævis ut in antecedentibus. Elytra convexa viridia, undique creberrime punctata, relicta tantum plaga simplici ovata lævissima in angulo scutellari, stria suturalis integra antice arcuatim continuatur, & descendit in striam alteram dimidiatam obliquam, quæ plagam lævigatam extus cingit; præterea,

terea, ſtriæ tres exteriores dimidiatæ obliquæ, profunde punctatæ, verſus humerum. Corpus ſubtus obſcurius viride, tibiis tarſisque piceis.

Obſ. Specimen unicum a me olim lectum, & tum deſcriptum, aſſervatur in Muſeo ditiſſimo D. de Paykull, nec jam ad manus eſt, ut ulterius conferatur; anne modo var. vireſcens præcedentis?

22. H. metallicus: nigro-violaceus, fronte rugoſa, elytris apice interno punctatis, extus ſtriis 4 abbreviatis, ſuturalique integra.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 89. 26. Illig. col. Bor. 1. 60. 14. Ent. heft. 1. 81. 17. Sturm. fn. 1. 225. 19. Schönh. ſynon 1. 95. 35.

Hiſter rugifrons Payk. fn. 1. 47. 15.

Habitat in ſtercoratis aridis rarius.

Deſcr. H. æneo paulo minor, anguſtior, totus niger, ad cœruleo-violaceum, interdum vireſcentem vergens colorem. Frons transverſa, antice & lateribus marginata, angulis rectis, ſupra rugulis duabus transverſis notata, ſuperiori in medio acuminata in verticem adſcendente; clypeus anguſtus porrectus. Thorax convexus, anterius vix vel parum anguſtatus, crebre rugoſo-punctatus, diſco poſteriori tantum lævi. Scutellum minutiſſimum. Elytra parum convexa, nitida, a medio ad apicem interne tantum, & minus crebre punctata, limbo toto exteriori & antico lævibus; extus ſtriæ 4 obliquæ, dimidiatæ, profunde punctatæ, quarum intima antice ſtria ſuturali integra arcuatim connexa. Corpus nigro-cœruleſcens. Tibiæ anticæ dilatatæ, dentibus 4 validis; poſteriores ſpinis crebris ferrugineis acutis armatæ.

23. H. rotundatus: ovatus niger fub-depreffus, undique punctatus, elytris ftriis quatuor abbreviatis, futurali nulla.

Fabr. fyft. eleut. 1. *90 33. Illig. col. bor.* 1. *61. 16. Ent. heft.* 1. *87. 20. Tab.* 1. *f. 10. Sturm. fn.* 1. *232. 22. Schönh. fynon.* 1. *96. 5.*
Hifter pygmæus DeGéer Inf. 4. 344. 4.
Hifter punctatus Payk. fn. 1. *49. 17.*

Var. *b.* Longe minor, elytrorum apice pedibusque piceis. *Ent. heft. loc. cit. var. b. Tab.* 1. *f.* 11. *Sturm. Payk. l. c. var.*

Habitat fub cortice arborum, & in fucco illarum deftillante, rarius.

Defcr. H. æneo dimidio minor, & minus convexus. Frons convexa tenue punctata. Capitulum antennarum ferrugineum. Thorax parum convexus, anterius anguftatus, vix marginatus, fuperficie tota undique fubtiliffime punctulatus. Scutellum certe minutiffimum, depreffum, tamen vere adeft. Elytra parum convexa nigra nitida, undique crebre punctata, in difco antico tamen fubtilius & parcius; exterius ftriæ quatuor profunde punctatæ, obliquæ, a bafi ad medium exaratæ, quarum intima antice undulatim verfus futuram continuata, ac ibi iterum defcendit, raro verfus medium producta. Corpus & pedes nigro-picea, tibiis anticis verfus apicem latioribus, extus denticulatis.

Var. b. duplo, imo triplo minor, & ultra, elytrorum apice pedibusque rufo-ferrugineis; ceterum fimillima.

24. H. punctatus: ovatus niger obfcurus punctatiffimus, elytris ftriis 4. longioribus, tibiis valde dilatatis fub-crenulatis.

Illig.

Illig. col. bor. 1. *60. 15.* *Ent. heft.* 1. *92.* 21. *Tab.* 1. *f.* 12.

Hister corticalis Payk. fn. 1. *50. 19.*

Hister pygmæus Sturm. fn. 1. *235. 23. Schönh. synon.* 1. *95. 43. Fabr. syst. eleut.* 1. *89. 30?*

Habitat sub cortice arborum rarissime; prope Holmiam *D. Deléen*; in Westrogothia ipse.

Descr. H. æneo paulo minor, niger obscurus, creberrime punctatus. Frons convexa, vix punctulata. Antennæ ferrugineæ, basi obscuriores. Thorax brevis sub-convexus, anterius angustatus, undique creberrime punctulatus. Elytra convexa, thorace plus duplo longiora, superficie tota creberrime & sat profunde punctata, striis 4 punctatis obsoletioribus, parum arcuatis, exterioribus duabus fere ad apicem extensis, interius circa medium abbreviatis, suturali omnino nulla; margo & apex rufo-picei. Corpus subtus piceum. Pedes rufo-picei, tibiis omnibus, præsertim vero anticis, externe valde dilatatis, subtilissime crenulatis, non vero dentatis.

25. H. pygmæus: sub-globosus nigro-piceus lævis, elytrorum striis quatuor obsoletis, utrinque abbreviatis, tibiis dilatatis integerrimis.

Linn. syst. nat. 2. *567. 4. fn. sv. 441. Payk. fn. 1. 51.* 20. *Schönh. synon.* 1. *96. 44.*

Habitat in arenosis aridis primo vere rarius.

Descr. H. æneo plus duplo minor, statura præcedentis, sed magis conxexus, supra lævis, absque punctis perspicuis, totus piceus vel castaneus obscurus. Caput parvum, retractum, læve. Thorax brevis

vis convexus immarginatus, poſtice angulatus, anterius anguſtatus, profunde emarginatus. Scutellum minutiſſimum. Elytra magna, dilatata, convexa, lævia, externe ſtriis quatuor obſoletiſſimis, impunctatis, nec baſin nec apicem attingentibus. Corpus piceum. Pedes rufo-ferruginei, tibiis omnibus compreſſis, extus valde dilatatis, integerrimis.

Fam. 4. Thorace elytrisque ſtriis fere nullis.

Sect. 1. Corpus oblongum. Thorax æqualis, tenue marginatus.

26. H. picipes: lineari-elongatus convexus niger, undique punctatus, antennis pedibusque rufeſcentibus.

Fabr. ſyſt. eleut. I. *92. 42. Ent. heft.* I. *104. 26. Sturm. fn. 1. 248. 30. Tab. 19. f. a. A. Panz. fn. 43. f. 6. Schönh. ſynon.* I. *99. 68.*

Habitat ſub cortice arborum rariſſime.

Deſcr. Minutus, vix lineam longus, linearis, convexus, utrinque obtuſus, ſub-cylindricus. Caput breve latum, clypeo anguſtiori porrecto, ambo ſupra tenue punctulata. Antennæ ferrugineæ, in ſinu profundo ante oculos inſertæ. Os & mandibulæ piceæ. Thorax ſub-quadratus, antice poſticeque fere truncatus, lateribus marginatis parallelis; ſupra convexus, undique crebre punctatus. Scutellum minutiſſimum, vix niſi deflexis elytris detegendum. Elytra vix thorace dimidio longiora, valde convexa, lateribus inflexa, undique tenue punctata, nigra, margine & apice rufeſcentia. Pedes breves rufeſcentes, tibiis anticis extus dilatatis, ſub-denticulatis.

27. H.

27. H. flavicornis: ovali-oblongus niger nitidus, undique punctulatus, antennis flavescentibus, pedibus rufo-piceis.

Ent. heft. 1. *106.* 27. *Herbst. Col.* 4. 40. 13. *Tab.* 36. *f.* 2. *a*, *b*. *Sturm. fn.* 1. 249. 31. *Schönh. synon.* 1. 99. 69.
Hister minutus Panz. fn. 93. *f.* 3.
Hister picipes Payk. fn. 1. 52. 21.

Habitat suc cortice arborum emortuarum, sat frequens.

Descr. Minutus, præcedente paulo brevior, sed in medio vix angustior, minus convexus. Caput rotundatum, fronte fere plana, punctata. Antennæ ferrugineæ, capitulo pallido. Thorax anterius nonnihil angustatus, angulis acutis; antice late emarginatus, latitudine brevior, supra convexus, undique crebre punctulatus. Scutellum minutissimum demersum. Elytra thorace plus duplo longiora, in medio dilatata, modice convexa, undique punctata, striolisque aliquot brevissimis obsoletis versus latera inscripta, apice plerumque picea. Corpus nigro-piceum. Pedes rufo-picei, tibiis anticis incurvis, extus dilatatis, sub-denticulatis.

Sect. 2. Corpus breve, ovatum. Thorax late marginatus, transversim impressus.

28. H. cæsus: ovalis convexus nigro-piceus, thoracis lateribus rotundatis, disco elevato, sulco medio impresso.

Fabr. syst. eleut. 1. 92. 43. *Illig. col. bor.* 1. 61. 17. *Payk. fn.* 1. 53. 22. *Sturm. fn.* 1. 259. 36.

1. 259. 36. Tab. 19. f. c. C. Ent. heft. 1. 114. 31. Schönh. synon. 1. 99. 70.

Habitat sub cortice arborum emortuarum rarius.

Descr. Minimus, vix dimidium lineæ longus. Caput parvum retractum, clypeo angustiori porrecto, fronte longitudinaliter impressa. Antennæ rufescentes. Thorax magnus, lateribus depressis valde dilatatis, incrassatis, punctatis, externe rotundatis; discus convexus, pulvinatus, punctatus, in medio sulco profundo transverso in duas partes æquales divisus; intra basin etjam transversim impressus, unde margo posticus elevatus. Elytra thorace parum longiora, dilatata, valde convexa; undique creberrime punctato - subrugosa, apice truncata. Corpus piceum. Pedes rufo - picei, tarsis anticis apice tantum dilatatis, spathulatis.

29. H. vulneratus: ovalis convexus niger, thorace sub - quadrato, disco elevato, lineola transversa anteriori impresso.

Illig. côl. bor. 1. 62. 18. Panz. fn. 37. f. 6. Sturm. fn. 1. 260. 37. Schönh. synon. 1. 99. 71.

Hister cæsus var. Payk. fn. 1. 53. 22. not.

Var. *b.* duplo minor, thorace læviori.

Habitat sub cortice arborum emortuarum sat frequens.

Descr. Statura & affinitas præcedentis, sed vere diversus; var. b. illi magnitudine æqualis, a. fere duplo major. Caput deflexum, fronte punctata, parum impressa. Antennæ crassæ nigræ, capitulo parvo ferrugineo. Thorax magnus, fere quadratus, lateribus sub - rectis, margine lato incrassato, postice du-

duplicato; difcus convexus, pulvinatus, tenue punctulatus, ante medium linea transverfa leviori, interdum interrupta & obfoleta, impreffus. Elytra thorace longiora, dilatata convexa, dorfo tamen fubdepreffa, undique crebre punctulata, apice truncata. Corpus nigro-piceum. Pedes rufo-picei, tibiis anticis, apice dilatatis ut in præcedente.

Var. b. differt corpore dimidio minori, thoracis difco læviori, nitidiori, vix punctato, lineaque transverfali profundius impreffa; forte mas.

Sect. 3. Corpus breve, convexum, fubglobofum.

30. H. globofus: rufo-piceus globofus, fubtiliffime punctatus, tibiis edentulis, anticis in medio triangulariter dilatatis.

Ent. heft. 1. 110. 29. *Tab.* 2. *f.* 1. *Sturm. fn.* 1. 255. 34. *Schönh. fynon.* 1. 97. 56.

Hifter perpufillus. Marfh. ent. br. 1. 99. 18.

Habitat in ligno antiquo apud nos rarius.

Defcr. Minimus, vix H. cæfo longior, fed latior & convexior, fubglobofus, totus rufo-piceus. Caput retractum, deflexum fubtiliffime punctatum. Antennarum articulus primus longiffimus, apice incraffatus; fecundus fubglobofus, fequentibus triplo major; capitulum oblongum pallidum. Thorax convexus anterius valde anguftatus, fupra fubtiliffime punctatus. Elytra valde convexa, fere gibba, lateribus inflexa, longitudine fere abdominis, apice tamen truncata, fupra tenuiffime punctata. Pedes elongati tenues, tibiis quatuor pofticis linearibus anguftis; anticis externe dilatatis in formam triangularem.

31. H.

31. H. minutus: ſubrotundus piceus nitidus, antennis longitudine thoracis, capitulo pallido, tibiis omnibus linearibus edentulis.

Fabr. ſyſt. eleut. I. *90. 34. Ent. heft.* I. *109. 28. Sturm. fn.* I. *252. 32. Tab. 19. f. b. B.* Schönh. *ſynon.* I. *97. 49.*

Hiſter minimus Marſh. ent. br. I. *99. 19.*

Habitat in ligno putrido & vaporariis hortulanorum paſſim.

Deſcr. Inter minima inſecta coleoptrata; præcedente adhuc duplo minor, minus convexus, nigro-piceus, ſæpe dilutior, præſertim poſtice; oculo tantum acutiſſime armato punctulatus videtur, alias lævis apparet. Caput convexum rotundatum. Antennæ longitudine thoracis, articulo primo longiſſimo valde arcuato; ſecundo inſequentibus duplo longiori, ſed parum craſſiori; capitulum ovatum pallidum. Thorax convexus, anterius anguſtatus. Elytra dorſo minus convexa, præſertim poſterius, lateribus dilatata, abdomine parum breviora, apice oblique truncata. Pedes elongati tenues, tibiis omnibus linearibus edentulis, anticis arcuatis, vix tamen externe dilatatis.

Familia 4. Sphæridiota. *Latreille.*

Antennæ vix thoracis longitudine, ſcapo longiſſimo ſub-recto, capitulo compreſſo perfoliato. palpi anteriores longitudine antennarum.

SPHÆRIDIUM.

Palpi antici articulo ſecundo longiori, apice incraſſato, clavato.

Labrum exſertum coriaceum integrum.

Labium & Ligula emarginata.

Antennarum capitulum coarctatum.

Corpus ovale, ſupra convexum, glabrum. Tibiæ ſpinoſæ. Tarſi filiformes, articulo primo longiori.

1. S. Scarabæoides: ovatum atrum, thoracis margine concolore, elytris macula humerali rubra, apicis flaveſcente lunata.

Fabr. *ſyſt. eleut.* 1. 92. 1. *Illig. col. bor.* 1. 65. 1. *Payk. fn.* 1. 54. 1. *Panz. fn.* 6. *f.* 2. *Schönh. ſynon.* 1. 100. 1.

Dermeſtes Scarabæoides. Linn. ſyſt. nat. 2. 563. 17. *fn. ſv.* 428.

Hiſter Teſtudinarius De Géer Inſ. 4. 345. 5. *Tab.* 12. *f.* 17. 19.

Var. *b.* Nigrum immaculatum, elytris apice macula lunato luteſcente. *Illig. Payk. Schönh. l. c. var. b.*

Sphæridium lunatum Fabr. ſyſt. eleut. 1. 93. 2.

Habitat in ſtercore frequens.

Deſcr. Gigas in hoc genere; corpus rotundato-ovale, latum, minus convexum, ſupra ſubliliſſime & creberrime punctulatum. Caput orbiculatum convexum. Thorax transverſus, poſtice ſinuatus, lateribus rotundatus, ante medium fere dilatatus. Scutel-

tellum anguſtum elongatum. Elytra lata, apice rotundata, antice convexa, verſus apicem deplanata, ſtria unica prope ſuturam, anterius evaneſcente; pone humerum macula obliqua acuminata ſaturate rubra, & in apice alia transverſa magna lunata pallidior, interdum juxta marginem adſcendens. Pedes nigri teſtaceo-variegati, tibiis valde ſpinoſis. Tarſi antici in uno ſexu ſimplices, in altero, forte maſculo, articulus ultimus magnus incraſſatus, ungue interno valido valde incurvato.

Var. b. magnitudine & ſtatura ſimillima, ſed macula antica rubra elytrorum deeſt, & apicis lunata pallidior; ex utraque occurrunt ambo ſexus.

2. S. marginatum: ovatum, atrum, thoracis elytrorumque margine flavo-teſtaceis, pedibus ferrugineis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *93.* 4. *Payk. fn.* 1. *55.* 2. *Thunb. Inſ. ſvec.* 8. 100.

Sphæridium Scarabæoides var. c. Illig. col. bor. 1. *65.* 1. *Schönh. ſynon.* 1. *100.* 1.

Var. *b.* Elytris macula apicis lunata rufa.

Payk. loc. cit. var. b.

Sphæridium bipuſtulatum Fabr. ſyſt. eleut. 1. *93. 3.*
Sphæridium Scarabæoides var. d. Illig. col. bor. 1. *66.* 1. *Schönh. ſynon.* 1. *101. d.*

Var. *c.* Elytris præterea macula humerali rufa.

Dermeſtes 4-*maculatus Marſh. ent. br.* 1. *66. 15.*

Habitat cum præcedente, non infrequens.

Deſcr. Statura & ſumma affinitas præcedentis, ſed ſemper duplo, imo triplo minus; differt præterea margi-

margine thoracis toto, & elytrorum pone humerum pallide rufo-ferrugineo; latera thoracis anterius minus dilatata; in var. b. macula apicis rubra, nec pallida; in var. c, ubi macula rubra humeralis plus minusve evidens adest, tamen macula apicis rufescens. Pedes flavo-testacei, femoribus fascia nigra; in omni varietate uterque sexus, secundum tarsos ut in praecedente distinctus, invenitur.

3. S. unipunctatum: oblongo-ovatum nigrum nitidum, thoracis lateribus, elytris striatis, pedibusque, pallidis.

Fœmina: Major, elytris macula communi cordata nigra.

Fabr. syst. eleut. 1. *97. 24. Illig. col. Bor.* 1. *68. 5. Panz. fn. 3. f.* 1. *Schönh. synon.* 1. *103.* 16.

Sphaeridium dispar Payk. fn. 1. *62.* 11. *fœmina. Coccinella unipunctata Linn. syst. nat. 2. 579. 6. fn. sv. 397. DeGéer Ins.* 4. 271. *18.*

Mas: Minor, angustior, elytris immaculatis.

Fabr. Illig. Schönh. Payk. loc. cit. mas, vel var. b.

Scarabaeus quisquilius. Linn. syst. nat. 2. *558. 83. fn. sv. 397. De Géer Ins.* 4. 271. *18.*

Habitat in quisquiliis & stercore, minus frequens.

Descr. Fœmina Sph. melanocephalo aequalis, & statura similis. Caput sub-orbiculatum, convexum, punctulatum, nigrum, palpis antennisque pallidis, capitulo nigricante. Thorax transversus, convexus, crebre punctulatus niger, lateribus late pallidis. Scutellum minutum, oblongum, acuminatum. Elytra

tra thorace triplo longiora, convexa, diſtincte, licet tenue, punctato-ſtriata, interſtitiis ſubtiliſſime, crebertime punctulatis; pallida nitida, ſutura maculaque pone medium magna communi ſubcordata, antice truncata, nigris. Corpus nigro-piceum. Pedes pallide ferruginei.

Mas duplo minor, præſertim anguſtior, thoracis lateribus anguſtius pallidis, elytris immaculatis, minus convexis.

4. S. melanocephalum: oblongo-ovatum nigrum, elytris rufo-teſtaceis, macula baſeos communi triangulari nigra.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *96.* 19. *Illig. col. bor.* 1. *66.* 2. *a. Payk. fn.* 1. *61.* 10. *Schönh. ſynon.* 1. 102. *9.*

Dermeſtes melanocephalus Linn. ſyſt. nat. 2. *563.* 16. *fn. ſv.* 425.

Var. *b.* Elytris rufo-caſtaneis immaculatis *Payk. Schönh. loc. cit. var. b.*

Dermeſtes ſimilis Marſh. Ent. br. 1. *68.* 21.

Var. *c.* Major, elytris nigro-piceis, baſi apiceque rufo-teſtaceis, femoribus nigricantibus. *Payk. Schönh. l. c. var. c.*

Sphæridium flavipes. Fabr. ſyſt. eleut. 1. *97.* 23. *teſte Illig. Mag.* 1. *329.* 23.

Var. *d.* Palpis, antennis, thoracis lateribus elytrisque rufo-teſtaceis, his ſæpe in medio infuſcatis.

Dermeſtes nigriceps Marſh. Ent. br. 1. *72.* 34.

Var. *e.* Thoracis lateribus, elytris pedibusque pallidis.

Dermeſtes flavus Marſh. ent. br. 1. *71.* 30.

Var. *f.* Rufo-teſtaceum, capite nigro.

Dermeſtes atricapillus Marſh. ent. br. I. 72. 31.

Habitat in ſtercore ubique; var. *e* & *f* tamen rarius occurrunt.

Deſcr. Parvum; magnitudine tamen valde variat; ſemper H. hæmorrhoidali minus, magis oblongum. Caput rotundatum convexum nigrum punctulatum, palpis antennisque nigris. Thorax transverſus, convexus, crebre punctulatus, niger immaculatus, æqualis, absque foveola impreſſa ante ſcutellum. Elytra thorace triplo longiora, modice convexa, tenuiſſime punctato-ſtriata, interſtitiis ſubtiliſſime creberrime punctulatis; rufo-caſtanea nitida, macula magna communi baſeos triangulari nigra. Corpus nigrum. Pedes ferruginei, femoribus ſæpe nigro-piceis.

Var. b, & ſequentes, macula triangulari baſeos elytrorum deſtitutæ; var. c, elytris medio infuſcatis differt; var. d, adhuc magis diverſa, ſed colore tantum, ut in definitione allatum; var e. & f. forte ſpecimina immatura varietatis d; in omni fere varietate ſpecimina diverſæ magnitudinis occurrunt; ſed deſunt omnino notæ eſſentiales, quibus ſpecie diſtingui poſſunt.

5. S. pygmæum: ovatum nigrum puſillum, elytris ſtriatis caſtaneis, baſi nigris, pedibus rufis.

Illig. Mag. I. 40. 5. 6.

Dermeſtes pulchellus Marſh. ent. br. I. 72, 32.

Var. *b.* Antennis, thoracis lateribus elytrisque teſtaceis, his interdum medio infuſcatis.

Sphaeridium ferrugineum. Herbst. col. 4. 70. 5. *Tab.* 37. *f.* 5. *E. Schönh. synon* 1. 102. 10.

Spharid. melanocephalum var. pygmaea. Payk. fn. 1. 62. *not.*

Dermestes concinnus Marsh. ent. br. 1. 74. 40.

Habitat in stercore, non infrequens.

Descr. Statura omnino S. melanocephali, sed quadruplo minus; quoad colorem simili modo etjam variat, elytris aut castaneis, macula nigra triangulari communi baseos; aut basi tota nigra; aut nigro-picea, apice dilutiora; aut tota testacea, interdum meoio infuscata, ut in var. b, & tunc etjam antennarum scapus thoracisque latera pallida. Elytra oblonga obtusa, convexa, ratione magnitudinis insecti profundius striata quam in praecedente, interstitiis etjam subtilissime punctulatis, praesertim antice. Pedes semper rufi.

6. S. Haemorrhoidale: rotundato-ovatum subgibbosum nigrum, thorace puncto baseos impresso, elytris striatis apice ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 1. 96. 22. *Payk. fn.* 1. 59. 8. *Panz. fn.* 61. *f.* 1. *Schönh. synon.* 1. 102. 11.

Spharid. melanocephalum. var. b. Illig. col. bor. 1. 66. 2.

Var. *b.* Elytris totis castaneis. *Payk. l. c. var. b.*

Dermestes piceus Marsh. ent br. 1. 69. 22.

Habitat in stercore frequens.

Descr. Sph. melanocephalo quidem valde affine, attamen me judice distincta species; statura semper multo major, magis convexa, brevior. Caput subro-

rotuntum convexum punctulatum, antice truncatum, margine reflexo; palpi nigri; antennæ nigro-piceæ. Thorax transversus brevis convexus punctulatus; in medio baseos ante scutellum foveola parva rotundata impressa. Scutellum triangulare minus elongatum, quam in S. melanocephalo. Elytra thorace fere latiora, valde convexa, satis profunde punctato-striata, punctis striarum majoribus distinctis, interstitiis creberrime subtiliter punctatis; nigra, vel nigro-picea, apice indeterminate rufescente. Corpus nigrum. Pedes rufescentes femoribus nigro-piceis.

In. var. b, elytra aut tota castanea, apice dilutiori, aut basi, sutura margineque plus minusve nigra.

7. S. atomarium: rotundato-ovatum nigrum obscurum, punctatissimum, elytris profunde crenato-striatis, apice pedibusque ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 1. 96. 18. Illig. col. bor. 1. 67. 3. Schönh. synon. 1. *102. 7.*

Sphærid. minutum Payk. fn. 1. *63.* 12.

Sphærid. crenatum Panz. fn. 23. f. 3.

Var. *b.* totum, vel saltem elytra tota, thoracisque latera ferruginea.

Habitat in stercore sat frequens; var. *b.* raro occurrit.

Descr. Statura brevis ovata præcedentis, sed triplo minus & ultra. Caput rotundatum convexum, crebre punctulatum; palpi & antennæ piceæ, capitulo obovato. Thorax transversus convexus, creberrime punctatus. Scutellum minutum oblongum. Elytra magna, thorace latiora, lateribus dilatata, dorso minus convexa, striis profundis crenato-punctatis, interstitiis elevatis, creberrime punctulatis; nigra obscura, apice

apice indeterminate rufescentia. Corpus nigrum. Pedes rufo-ferruginei, femoribus saepe piceis.

Var. b. colore pallidiori tantum differt, forte nuper declarata.

8. S. obsoletum: rotundato-ovatum nigrum, parum convexum, elytris tenue punctato striatis, apice, pedibusque rufescentibus.

Spharid. atomarium Payk. fn. 1. *58. 6.*

Spharid. lugubre Oliv. Inf. 2. 15. 7. 7. *Tab.* 2. *f.* 12. *a, b.*

Dermestes lugubris Marsh. ent. br. 1. *67. 17.*

Habitat in stercoratis, apud nos rarissime.

Descr. Minoribus Sph. marginati individuis fere aequale; etjam quoad staturam, Sph. haemorrhoidali longe majus, sed minus convexum. Caput rotundatum, antice truncatum, supra fere planum, crebre punctatum. Palpi longitudine antennarum, nigropicei, articulis dilutioribus. Antennae piceo-ferrugineae, capitulo oblongo. Thorax transversus brevis, creberrime punctatus. Scutellum elongatum acuminatum. Elytra magna, thorace latiora, lateribus dilatata, dorso minus convexa, tenuissime punctato-striata, interstitiis planis, creberrime punctulatis; nigra, apice & margine postico obsolete & indeterminate rufo-picea. Corpus nigrum. Pedes rufescentes, femoribus rufo-piceis.

9. S. haemorrhoum: ovatum nigrum nitidum, thorace gibbo pulvinato, elytris striatis, apice determinate rufis.

Hy-

Hydrophilus hæmorrhoidalis Fabr. ſyſt. eleut. 1. 252. 18. *Payk. fn.* 1. 185. 10.

Sphærid. melanocephalum var. Illig. Mag. 1. 38. 2.

Habitat in humidis, ſub lapidibus & lignis rarius, non vero in ipſa aqua a me viſus.

Deſcr. Magnitudo fere Sph. hæmorrhoidalis, ſed magis oblongum, valde convevum, utrinque obtuſum. Caput rotundatum convexum, crebre punctatum. Palpi ferruginei. Antennæ pallidæ, capitulo obovato nigricante. Thorax niger nitidus, crebre punctatus, brevis transverſus, valde convexus, pulvinatus, ſeu undique declivis, præſertim poſtice, quo a Sph. hæmorrhoidali optime diſtinguitur. Scutellum parvum triangulare. Elytra magna, thorace plus triplo longiora, valde convexa, diſtincte ſtriata, & in ſtriis punctata, interſtitiis etjam ſubtiliſſime at obſolete punctatis; in apice macula magna determinata, pallide rubra, ſutura tamen nigra. Corpus nigrum. Pedes nigro-picei, tibiis tarſisque dilutioribus.

Obſ. Hæc ſpecies & nonnullæ e ſequentibus ab auctoribus Hydrophilis adnumeratæ fuerunt, ſed, me judice, aptius huic Generi adſociandæ, præſertim quum tarſuum articulus primus reliquis longior, & palporum anticorum ſecundus magis incraſſatus; capitulum antennarum etjam magis coarctatum quam in Hydrophilis; ceterum hæc duo genera valde affinia.

10. S. **terminatum**: oblongo-ovatum nigrum nitidum, poſtice acuminatum, elytris tenue punctato-ſtriatis, apice rufo-ferrugineis, pedibus piceis.

Dermeſtes terminatus Marſh. ent. br. 1. 70. 27.

Var. *b.* Duplo minor, pedibus rufis.

Sphæ-

Hydrophilus analis Payk. fn. 1. 187. 12.

Sphærid. flavipes Thunb. Inſ. Svec. 8. 102. Schönh. ſynon. 1. 103. 15.

Var. *c.* Thoracis elytrorumque margine toto, pedibusque rufo-ferrugineis.

Hydrophilus marginellus Payk. fn. 1. 186. 11.

Var. *d.* Corpore toto caſtaneo vel teſtaceo, capite obſcuriori, elytris apice pallidis.

Habitat in humidis, ſub lapidibus & lignis, non infrequens; var. *c* & *d* tamen raro occurrunt.

Deſcr. Præcedente duplo, imo triplo minor & ultra, magnitudine valde varians. Caput magnum convexum, crebre punctatum, antice obtuſum, fere truncatum, angulis rotundatis. Antennæ pallidæ, capitulo obovato fuſco. Thorax transverſus brevis niger nitidus, crebre punctatus, valde convexus, ſed dorſo elytris contiguus, nec poſtice declivis. Scutellum minutum oblongo-triangulare. Elytra magna, thorace quadruplo longiora, & antice latiora, apicem verſus ſenſim anguſtata, acuminata, valde convexa, tenue punctato-ſtriata, interſtitiis crebertime & ſatis profunde punctulatis, præſertim antice; nigra nitida, apice late & determinate pallide rufo-ferruginea, qui color ad marginem externum ultra medium adſcendit. Corpus nigrum. Pedes nigro-piccei, apice dilutiores.

Var. b. tantum corpore minore, & pedibus totis rufo-ferrugineis differt; var. c. magnitudine primo fere æqualis, thoracis elytrorumque margine toto rufo-ferrugineo, elytrorum apice pallidius rufo, pedibus totis rufis; in ceteris omnino ſimilis, ut non ſpecie diſtingui debeat, ut antea credidi; Hydroph. mar-

marginellus Cl. Fabricii elytris ſtriatis non gaudet; quare huc non pertinet. Var. d. colore pallidiori tantum diverſa, forte nuper declarata.

11. S. minutum: ovatum nigrum, elytris tenue punctato-ſtriatis, apice lævibus piceis, interſtitiis ſub-lævibus, pedibus rufo-piceis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 98. 30? *Schönh. ſynon* 1. 105. 21.

Phalacrus minutus Illig. Mag. 1. 41. 15. *Sphæridium Mag.* 2. 297.

Sphæridium flavipes Payk. fn. 1. 60. 9.

Habitat in humidis, ſub muſcis & lapidibus rarius.

Deſcr. Sph. atomario paulo majus, magis oblongum & convexum; præcedenti affine, ſed poſterius minus attenuatum. Caput magnum convexum punctatum, antice obtuſum. Palpi picei. Antennæ pallidæ capitulo nigricante. Thorax transverſus brevis, valde convexus, tenue punctulatus, niger, lateribus interdum ſub-piceis. Scutellum minutum oblongo-triangulare. Elytra magna, thorace quadruplo longiora, lateribus dilatata, verſus apicem parum anguſtata, valde convexa, nigra, apice & margine indeterminate rufo-picea; tenuiſſime punctato-ſtriata, ſtriis ante apicem evaneſcentibus, ſuturali excepta, quæ reliquis evidentior, præſertim poſtice; interſtitia plana, etjam ſub oculo acute armato vix punctulata, niſi prope baſin punctula aliquot ſubtilia. Corpus nigrum. Pedes piceo-ferruginei.

Obſ. De Synonimo D. Illigeri vix dubito, ſed Cl. Fabricii minus certum, quum pedes corpori concolores Sphær. ſuo minuto tribuit.

12. S. **lugubre**: globoſo-ovatum nigrum, elytris continue punctato-ſtriatis, interſtitiis ſublævibus, apice pedibusque rufo-piceis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 96. 20. Payk. fn. 1. *59. 7. Schönh. ſynon. 1. 103.* 12.

Sphæridium triſte Illig. Mag. 1. 39. 2-*3.*

Habitat in humidis ſub muſcis & lapidibus rarius; etjam in floribus Calthæ legi.

Deſcr. Affine præcedenti, ſed plus duplo minus, & adhuc magis convexum, brevius videtur. Caput magnum rotundatum convexum punctulatum. Palpi & antennæ rufo-piceæ. Thorax brevis convexus punctulatus niger, lateribus obſolete rufo-piceis. Elytra magna, dilatata, valde convexa, nigra nitida, apice & margine indeterminate rufeſcentia, evidenter punctato-ſtriata, ſtriis usque in apicem decurrentibus, interſtitiis lævibus, vel prope ipſam baſin tantum ſubtiliſſime punctulatis. Corpus nigrum. Pedes obſcure rufeſcentes.

13. S. **littorale**: ovale nigro-piceum nitidum, ſub-depreſſum, clypeo ſub-emarginato, elytris punctato-ſtriatis, pedibus piceis.

Var. *b.* Thoracis elytrorumque margine rufo-teſtaceis, elytrorum apice late pallido, pedibus rufeſcentibus.

Var. *c.* Thorace toto rufo-piceo, elytris piceis, baſi rufo-maculatis, apice late pallidis, pedibus rufis.

Hy-

Hydrophilus obſcurus Fabr. ſyſt. eleut. 1. 253. 21?

Var. *d.* Thorace, elytris pedibusque rufo-caſtneis.

Habitat ad littora maris in Bahuſia, Hallandia, ſub Fucis rejectis exſiccatis, ſat frequens.

Deſcr. Magnitudo fere Sphæridii hæmorrhoidalis, ſed ſtatura longe alia, magis oblonga, parum convexa. Caput magnum convexum nigrum, tenue punctulatum, angulatum, antice truncatum, ſub-emarginatum, margine reflexo ferrugineo. Palpi ferruginei, articulo ſecundo craſſiſſimo. Antennæ pallidæ, capitulo oblongo-ovato fuſco. Thorax transverſus brevis latus, modice convexus, ſubtiliſſime punctulatus, lateribus rotundatus, marginatus. Scutellum parvum oblongum acuminatum. Elytra magna, thorace quadruplo longiora, in medio nonnihil dilatata, dorſo ſubdepreſſa, lateribus & apice declivia obtuſa, anterius tenue, in apice profundius punctato-ſtriata, interſtitiis ſubtiliſſime punctulatis; nigra immaculata. Corpus nigrum. Pedes ferrugineo-picei, tarſis omnino hujus generis.

Varietates tantum colore differunt; in var, b. thoracis elytrorumque margines ruſeſcentes, elytrorum apex late pallide teſtaceus, ſutura nigra & pedes ruſeſcentes. In var. c. thorax totus ruſo-ferrugineus, diſco interdum obſcuriori; elytra dilutius nigro-picea, macula majori ruſeſcente in humero, & alia minori prope ſcutellum, quæ tamen interdum confluunt & totam baſin occupant; apex pallidus ut in var. b; huic convenit omnino deſcr. Hydrophili obſcuri Cl. Fabricii, loc. cit. modo thorax niger eſſet. In var. d. corpus fere totum, capite excepto, ruſo-caſtaneum, elytrorum apice pallidiori, forte nuper e nympha excluſum.

HYDROPHILUS.

Palpi anteriores articulo ſecundo longo, ſed vix craſſiori reliquis.

Labrum coriaceum emarginatum.

Antennarum capitulum elongatum.

Corpus ovatum, convexum, glabrum. Tarſi filiformes, articulo primo minuto ſtipuliformi, ſecundo reliquis longiori.

1. H. piceus: oblongo-ovatus niger, poſterius attenuatus, ſterno-canalicutato poſtice ſpinoſo, antennis rufis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *249.* 1. *Herbſt. col. 7. 294. 1. Tab. 113. f. 5. Payk. fn. 178.* 1. *Marſh. ent. br.* 401. 1.

Dytiſcus piceus Linn. ſyſt. nat. 2. 664. 1. fn. ſv. 764.

Hydrophilus ruficornis De Géer Inſ. 4. 371. 1. *Tab. 14. f. omn.*

Habitat in aquis apud nos rarius.

Deſcr. Maximus, Dytiſco latiſſimo longior, ſed anguſtior, Mandibula intus armata dentibus tribus corneis, apice bifidis. Caput nigrum læve, areolis punctatis ſupra oculos & in fronte. Palpi & antennæ ferrugineo-flaveſcentes. Thorax brevis transverſus niger lævis, foveolis dorſalibus & lateralibus punctatis, interdum obſoletis. Scutellum magnum triangulare. Elytra magna elongata convexa, poſterius attenuata, verſus apicem ſatis profunde ſtriata, ſtriis antrorſum evaneſcentibus, exceptis duabus vel tribus punctatis obſoletis, ad baſin usque productis. Pectus

pube tenui flavefcente tectum; fternum utrinque productum, antice obtufum, fubtus canaliculatum, apice elongatum acutum. Abdomen carinatum. Pedes nigri, tarfis anticis piceis, articulo ultimo in mafculis valde dilatato, triangulari.

2. H. Caraboides: ovali-oblongus niger nitidus, poftice rotundatus, elytris ftriis fub-quinque punctatis, fterno brevi.

Fabr. fyft. eleut. 1. 250. 5. *Illig. col. bor.* 1. 247. 9. *Herbft, col.* 7. 299. 5. *Tab.* 113. *f.* 9. *Payk. fn.* 1. 179. 2. *Panz. fn.* 67. *f.* 10.

Hydrophilus nigricornis De Géer Inf. 4. 376. 2.

Dytifcus Caraboides Linn. fyft. nat. 2. 664. 2. *fn. fv.* 765. & *Dyt. Scarabæoides fyft. nat.* 2. 664. 3. *var. vel alter fexus.*

Habitat in aquis paffim.

Defcr. Longitudo Scarabæi vernalis, fed anguftior, totus niger, interdum violaceo-nitens. Caput truncatum læve, lunula antica punctata utrinque. Antennæ pallidæ capitulo nigro. Thorax brevis convexus, lateribus rotundatus, punctis fparfis verfus latera, foveolisque duabus dorfalibus obliquis punctatis, cæterum lævis. Elytra elongata convexa, poftice rotundata, ftriis quinque e punctis impreffis, lateralibus obfoletis irregularibus. Corpus nigrum, tenue pubefcens. Sternum poftice auctum breve, parum ultra bafin femorum extenfum. Pedes nigri; antici rufo-picei, tarfis in utroque fexu fimplicibus.

3. H. fufcipes: ovalis nigro-piceus punctatiffimus, elytris regulariter ftriatis, margine pedibusque fufco-piceis.

De Géer

De Géer Inf. 4. 377. 3. *Illig. col. bor.* 1. 247. 8. *Oliv. Inf.* 3. 39. 12. 6. *Tab.* 2. *f.* 9. *a, b.*

Dytiſcus fuſcipes Linn. ſyſt. nat. 2. 664. 4. *fn. ſv.* 766. & *Scarabœus aquaticus fn. ſv.* 404.

Hydrophilus Scarabœoides Fabr. *ſyſt. eleut.* 1. 251. 9. *Payk. fn.* 1. 180. 3. *Panz. fn.* 67. *f.* 12.

Habitat in aquis frequens.

Deſcr. Aphodio fimetario vix major, convexus, fornicatus, niger, ſæpe violaceo reſplendens. Caput obtuſum convexum, ſubtiliſſime punctulatum, arcu ſupra oculos, & alio anterius e punctis majoribus impreſſis. Palpi ferruginei. Antennarum capitulum nigrum. Thorax transverſus convexus, creberrime punctulatus, verſus latera punctis majoribus ſparſis. Scutellum triangulare. Elytra magna, elongata, valde convexa, apice rotundata, nigra nitida, margine laterali plerumque dilutiori; regulariter punctato-ſtriata, interſtitiis ſubtiliſſime creberrime punctulatis. Corpus obſcure nigrum pubeſcens. Pedes picei, interdum rufo-teſtacei, femoribus baſi nigris.

Variat rarius corpore toto dilutiori, rufo, piceo, forte nuper declaratus.

4. H. luridus: oblongus, gibbus; luridus, capite thoracisque diſco æneis, elytris punctatis crenato-ſtriatis nigro-maculatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 253. 22. *Payk. fn.* 1. 181. 5. *Illig. col. bor.* 1. 244. 2. *Panz. fn.* 7. *f.* 3.

Hydroph. fuſcus De Géer Inf. 4. 378. 4. *Tab.* 15. *f.* 1.-4.

Dytiſcus luridus Linn. ſyſt. nat. 2. 665. 5. fn. ſv. 767.

Habitat in aquis non infrequens.

Deſcr. Præcedente triplo minor, valde convexus, fere gibbus. Caput oblongum convexum, antice rotundatum, creberrime & ſatis profunde punctatum, vertice carinula elevata longitudinali; viridi-æneum, interdum cupreum, etjam fuſco-æneum; oculi magni prominuli; palpi & antennæ pallidæ. Thorax brevis transverſus, valde convexus, antice truncatus, fere latior, poſtice rotundatus, ſupra creberrime punctatus, diſco nigro-æneus vel violaceus, carinula media anguſta lateribus late flavo-ferrugineis. Scutellum parvum elongatum auctum depreſſum punctatum. Elytra magna, thorace latiora & quadruplo longiora, valde convexa, fere gibba, lurida vel griſeo-flaveſcentia, profunde crenato-ſtriata, interſtitiis tenuius punctulatis; puncta omnia fuſca, & præterea maculæ fuſcæ ſparſæ in diſco & margine. Corpus nigrum. Pedes pallidi, femoribus quatuor poſticis baſi nigris.

Obſ. Inſtr. cibaria nonnihil a congeneribus differunt: Labrum vix emarginatum. Palpi anteriores articulo ſecundo longo, tertio paulo breviori, quarto iterum longo, medio craſſiori, utrinque attenuato. Mandibula intus bidentata.

5. H. minutus: ſubhæmiſphæricus niger, thoracis lateribus pedibusque pallidis, elytris griſeis, creberrime punctato-ſtriatis, fuſcolineatis.

Illig. col. bor. 1. 245. 3.

Chryſomela minuta Linn. ſyſt. nat. 2. 593. 50. fn. ſv. 533.

Hy-

Hydroph. bipunctatus Fabr. syst. eleut. 1. 254. 26. *Herbst. col.* 7. 309. 20. *Tab.* 114. *f.* 5. *E. Payk. fn.* 1. 188. 14. *Panz. fn.* 67. *f.* 14.

Habitat in aquis frequens.

Descr. Parvus, convexus, Sphæridio Melanocephalo fere æqualis, sæpe etjam minor. Caput convexum punctulatum nigrum, macula parva pallida ante oculos utrinque; palpi & antennæ pallidæ, capitulo elongato obscuriori. Thorax brevissimus transversus convexus punctulatus niger, lateribus late pallidis, præsertim postice. Scutellum parvum triangulare fuscum. Elytra magna dilatata, valde convexa, pallide grisea, creberrime punctato-striata, striis in singulo 18 vel 20, e punctis distinctis impressis fuscis, unde tot lineæ fuscæ longitudinales quot striæ; versus latera tamen puncta vix infuscata, unde margo pallidior; pone medium versus suturam plerumque macula ovata pallidior. Corpus nigrum. Pedes toti pallidi.

6. H. globulus: sub-hæmisphæricus fusco-nigricans subtilissime punctulatus, thoracis lateribus pallidis, elytris unistriatis.

Payk. fn. 1. 188. 13. *Illig. Mag.* 1. 65. 3-4. *a.*

Hydroph. minutus oliv. Ins. 3. 39. 15. 12. *Tab.* 2. *f.* 13. *a, b. Herbst. col.* 7. 313. 23. *Tab.* 114. *f.* 8. *Marsh. ent. br.* 1. 406. 12. *Fabr. syst. eleut.* 1. 254. 27?

Habitat in aquis stagnantibus frequens.

Descr. Magnitudo & statura præcedentis, fere adhuc magis convexus, sub-hæmisphæricus. Caput convexum, subtilissime punctulatum, nigrum immaculatum. Palpi & antennæ pallidæ, capitulo elongato

 fusco,

fuſco. Thorax brevis transverſus, anterius anguſtior, late emarginatus, valde convexus, tenue punctulatus, diſco niger, lateribus late griſeo-pallidis. Elytra magna, valde convexa, fornicata, fere gibba, undique creberrime & ſubtiliſſime punctulata, ſtria unica ad ſuturam, baſin non attingente; dorſo antico nigro-picea, limbo toto late pallide griſeo; interdum etjam tota pallidiora. Corpus nigrum. Pedes fuſco-rufeſcentes.

7. H. orbicularis: ſub-hemiſphæricus ater nitidus, creberrime punctatus, elytris uniſtriatis, pedibus piceis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 252. 11. *Herbſt. col.* 7. 303. 9. *Tab.* 14. *f.* 1. *Payk. fn.* 1. 181. 4. *Panz. fn.* 67. *f.* 13.

Habitat in aquis ſat frequens.

Deſcr. H. lurido fere duplo major, ſtatura Coccinellæ, ſub-hæmiſphæricus, totus ater nitidus, ſupra undique creberrime punctulatus. Caput magnum rotundatum convexum. Palpi & antennæ piceæ, capitulo fuſco. Thorax brevis, valde convexus, antice emarginatus, lateribus rotundatus. Elytra magna, fornicata gibba, ſtria ſuturali unica, baſin non attingente. Corpus nigrum cinereo-pubeſcens. Femora craſſa nigro-picea, tibiis tarſisque dilutioribus.

Obſ. Palporum anticorum articulus ſecundus magnus craſſus inflatus, 3 & 4 breviores oblongo-ovatæ; Labium breve, late emarginatum; adeoque quoad Inſtr. Cib. Sphæridiis omnino ſimilis, ſed tarſi hujus generis.

8. H. ſeminulum: ſubgloboſus niger nitidus lævis, elytris ſtria ſutarali unica pedibus rufo-piceis.

Payk.

Payk. fn. 1. 190. 16. Herbst. col. 7. 314. 26. Tab. 114. f. 11.

Dermestes nigrinus Marsh. ent. br. 1. 77. 54. *teste D. Kirby.*

Habitat ad littora lacuum sub lapidibus passim.

Descr. Minimus hujus generis, semini papaveris æqualis, valde gibbus fere globosus. Caput magnum, convexum, obtusum. Antennæ ferrugineæ, capitulo fusco. Thorax brevissimus, valde convexus, postice & lateribus rotundatus, levis nitidus. Scutellum mediocre triangulum. Elytra magna, valde convexa fornicata, nigra nitida, stria unica prope suturam, basin non attingente; levia, nec nisi oculo acutissime armato, versus latera sub-punctata videntur; apice acuminata, obscure picea. Corpus nigro-piceum. Pedes rufo-picei, tibiis compressis ciliato-spinosis.

9. H. Melanocephalus: ovatus convexus niger, thorace pallido disco nigro, elytris pallidis, stria suturali impressa.

Fabr. syst. eleut. 1. *253. 23. Oliv. Ins. 3. 39. 14. 10. Tab. 2. f. 12. a, b. Illig. col. bor. 1.* 246. *6. Mag.* 1. *66. 6.*

Hydroph. minutus Payk. fn. 182. 6.

Hydroph. 4-punctatus Herbst. col. 7. 307. 12. Tab. 114. f. 4.

Var *b.* Major, supra griseo-testaceus, vertice thoracisque disco fusco-maculatis. *Herbst. l. c. var.* 1.

Hydroph. torquatus Marsh. ent. br. 1. *405. 10.*

Var. *c.* Capite nigro immaculato, thoracis disco nigro, lateribus, elytrisque rufo-castaneis.

Hydroph. Dermestoides Marsh. ent. br. 1. 405. 5.

Var. *d.* Capite lunula antica pallida utrinque, cætera ut in var. *c.* *Illig. Mag.* 1. *66. 6. var. b.*

Var. *e.* Niger, thoracis elytrorumque margine dilutiori. *Payk. l. c. var. b. Illig. l. c. var. c. Herbst. l. c. var.* 2.

Hydroph. ochropterus Marsh. ent. br. 1. *409. 22.*

Habitat in aquis frequens; sed var. *c. e.* rarius occurrunt, & var. *b.* unice in Bahusiæ maritimis mihi obvius.

Descr. Statura H. fuscipedis, sed plus duplo minor. Caput nigrum convexum punctulatum, linea media transversa angulata impressum, lunulaque pallida marginali ante oculos utrinque. Palpi & antennæ pallidæ, capitulo elongato fusco. Thorax brevis convexus, anterius paulo augustior, supra subtilissime creberrime punctulatus, pallide tastaceus, macula majore disci, punctisque utrinque duobus maculæ fere contiguis nigris. Scutellum oblongo triangulare fuscum. Elytra magna oblonga convexa fornicata, pallide grisea, puncto humerali fusco; creberrime subtilissime punctulata, stria suturali unica profundius impressa, antice abbreviata; versus apicem puncta hinc inde in strias obsoletas digesta observantur. Corpus nigrum obscurum pubescens. Pedes ferruginei, femoribus plerumque nigro-piceis.

Varietates tantum colore & magnitudine differunt, nec notam ullam essentialem, qua specie distingui possunt, indagare valui; var. b. plerumque dimidio major,

major, tota ſupra pallide griſea, diſco thoracis obſolete fuſco-maculato, vertice nigriori, & ſæpe ſtria fuſca longitudinali in fronte. In var. c, caput nigrum immaculatum, thoracis diſcus totus niger, lateribus obſcure ferrugineis, & elytra rufo-caſtanea immaculata, abſque rudimentis ſtriarum ad apicem, niſi lineolæ aliquot fuſcæ, quaſi e pagina inferiori translucentes. Var. d, omnino uti var. c, modo lunula pallida in capitis antico utrinque. Var. e, ut proxime præcedentes, ſed obſcurior; Caput nigrum, ſummo tantum margine ante oculos pallidiori; thorax niger, lateribus plus minusve ferrugineis, & elytra nigro-picea, limbo dilutiori, præſertim poſtice.

10. H. bicolor: ovatus convexus niger, thorace flaveſcente immaculato, elytris flaveſcentibus, poſtice punctato-ſtriatis, ſuturali profundiori.

Payk. fn. I. *184. 8.*

Habitat in aquis rarius.

Deſcr. Magnitudo, ſtatura & ſumma affinitas præcedentis. Caput convexum nigrum punctatum, lunula flava ante oculos utrinque, interdum in maculam majorem dilatata. Thorax brevis convexus, poſtice latior, ſupra tenue punctulatus, pallide teſtaceus ſeu flaveſcens immaculatus. Scutellum triangulare pallidum. Elytra convexa, fornicata, pallide teſtacea, puncto parvo humerali fuſco; ſubtiliſſime & creberrime punctulata, ſtria ſuturali profundiori, antice abbreviata, ſtriisque 7 vel 8 e punctis paulo majoribus, ab apice parum ultra medium adſcendentibus, nec ulla, in meis ſaltem, baſin attingente. Corpus nigrum ſub-pubeſcens. Pedes nigro-picei.

Obſ. Hydroph. bicolor Cl. Fabricii ad ſequentem pertinet, teſte Dom. Illiger. in Mag. 1, 368. 13; D. Pay-

Paykullii vero, jam descriptus, praecedenti magis affinis, vix vere distinctus.

11. H. griseus: oblongo-ovatus depressior, supra griseus punctatissimus, stria suturali nulla, palpis longissimis.

Illig. col. bor. 1. *246.* 7. *Mag.* 1. *66.* 7. *Payk. fn.* 1. *183.* 7. *Faber syst. eleut. 1. 253. 24. & Hydr. bicolor ibid. 252. 13. idem, teste D. Illiger.*

Hydroph. Choysomelinus Herbst. col. 7. 313. 24. Tab. 114. f. 9. Panz. fn. 67. f. 15.

Var. *b,* Thorace elytrisque maculis lineolisque nigricantibus variegatis. *Illig. Payk. l. c. var. b.*

Hydroph. variegatus Herbst. col. 7. 304. 11. *Tab.* 114. *f. 3.*

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. Magnitudo praecedentis, sed minus convexus. Caput magnum, parum convexum, crebre punctulatum, pallide griseum, vertice obscuriori; Palpi pallidi, anteriores antennis duplo longiores, apice nigri; Antennae pallidae capitulo elongato fusco. Thorax transversus, paulo longior quam in praecedente, lateribus rotundatus, vix basi latior quam antice, supra parum convexus, crebre punctulatus, griseus, interdum lituris obsoletis fuscis. Elytra elongata, parum convexa, grisea undique creberrime punctulata, striis omnino nullis, versus apicem saepe lineolae aliquot fuscae, quasi e pagina inferiori translucentes. Corpus & pedes nigro-fusca, tenue pubescentia; tibiae & tarsi ferruginei.

Var.

Var. b. differt tantum lituris nigricantibus indeterminatis in thorace & elytris, quæ rarius dilatantur & confluunt in plagam majorem, discum elytrorum fere totum occupantem.

12. H. affinis: oblongo-ovatus convexus niger punctatissimus, thoracis lateribus elytrisque fusco cinereis, stria suturali unica.

Payk. fn. 1. 185. 9. Thunb. Inf. sv. 6. 73.

Hydroph. marginellus var. b. Illig. Mag. 1. 66. 5.

Hydroph. minutus Fabr. syst. eleut. 1. 254. 27?

Habitat in aquis stagnantibus frequens.

Descr. Statura oblonga fornicata omnino H. melanocephali, sed quadruplo minor. Caput latum parum convexum, crebre punctulatum, nigrum. Palpi nigro-picei; antennæ pallidæ, capitulo elongato fusco. Thorax brevis latus convexus, anterius angustior, crebre punctulatus, niger, lateribus fusco-testaceis. Elytra oblonga convexa, creberrime punctata, obscure grisea seu fusco testacea, stria suturali unica, basin non attingente. Corpus & femora nigro-fusca, tibiis tarsisque ferrugineis.

Obs. Hydroph. marginellus Fabr. & Illig. mihi ignotus, nec, quantum scio, apud nos occurrit, quare de ejus affinitate cum jam descripto dijudicare non possum; nomen Paykullii ideo retinui. Hydroph. minutus Olivierii potius ad H. globulum pertinet; Anne ille etiam H. minutus Fabricii?

13. H. truncatellus: oblongo-ovatus depressior, niger, lævis, thoraris angulis posticis testaceis, elytris truncatis abdomine brevioribus.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 1. 255. 30. *Payk. fn.* 1. 189. 15. *Thunb. Ins. Sv.* 6. 73. *Illig. Mag.* 1. 65. 3-4. 6.

Hydroph. parvulus Herbst. col. 7. 314. 25. *Tab.* 114. *f.* 10. *k.*

Hydroph. nitidus Marsh. ent. br. 1. 407. 15.

Var. *b.* Thorace, elytris pedibusque fusco-pallidis.

Hydroph. mollis Marsh. ent. br. 407. 16.

Habitat in aquis stagnantibus sat frequens.

Descr. Parvus H. affini plus duplo minor, variat etjam triplo & quadruplo minor. Caput nigrum parum convexum, linea media transversa impressa. Palpi testacei, antici antennis duplo longiores. Antennæ pallidæ, capitulo elongato fusco. Thorax brevis latus, parum convexus, postice truncatus, lateribus rotundatus, niger, angulis posticis late testaceo-pellucidis. Scutellum latum triangulare. Elytra oblonga, parum convexa, apice truncata, angulo exteriori rotundato, abdomine breviora, nigra nitida, margine apicis testaceo. Corpus nigrum, ano subacuminato. Femora nigra, tibiis tarsisque ferrugineis. Var. b. tantum colore differt, & in utraque magnitudo simili modo variat.

SPERCHEUS.

Palpi sex filiformes.

Labium corneum quadratum truncatum, integrum; Ligula vix ulla.

Antennarum capitulum elongatum difforme.

Corpus ovatum, gibbum. Tarſuum articulus primus minutus ſtipuliformis, ſequentes breves coarctati, unguiculari longiſſimo.

1. S. emarginatus: fuſcus obſcurus, clypeo emarginato.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 248. 1. *Panz. fn.* 91. *f.* 4. *Fallén obſ. ent.* 8.

Hydrophilus emarginatus herbſt. col. 7. 311. 21. *Tab.* 114. *f.* 6. *Illig. col. bor.* 1. 242. 1.

Hydroph. ſordidus Marſh. ent. br. 403. 5.

Habitat in aquis ſtagnantibus, radicibus plantarum adhærens, aqud nos rarius; in Uplandia *D. Weſtrin*, in Scania *Fallén.*

Deſc. Hydroph. fuſcipede paulo brevior, ſed craſſior, valde convexus. Caput magnum, fere planum, inæquale, punctatum, fuſco-nigrum, antice late emarginatum, marginibus reflexis; Oculi nigri prominuti; Palpi & antennæ pallide teſtaceæ, capitulo fuſco. Thorax brevis transverſus, parum convexus, antice fere latior, angulis acuminatis, ſupra rugoſo-punctatus, diſco fuſco-piceus, lateribus dilutioribus. Scutellum elongatum anguſtum acuminatum. Elytra magna fornicata fere gibba, rude punctato-ſubſtriata, interſtitiis alternis magis elevatis, præſertim poſtice; fuſco-cinerea, maculis nigricantibus ſparſis, præſertim verſus ſuturam. Corpus ſubtus planum nigrum. Pedes picei, tibiis tarſisque dilutioribus.

ELOPHORUS.

Palpi 4, articulo ultimo in medio craſſiori, utrinque attenuato.

Labium coriaceum integrum; Ligula emarginata.
Antennæ breves, articulo primo longo arcuato, mediis minutis, capitulo elongato perfoliato.

Corpus oblongum, minus convexum. Scutellum minutum. Tarſi filiformes, articulo primo minuto.

1. E. aquaticus: fuſco-æneus obſcurus, thorace 5-ſulcato, poſtice anguſtiori lateribus ſinuato, elytris griſeis punctato-ſtriatis.

Oliv. Inſ. 3. 38. 5. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *a — e. Panz. fn. 26. f. 6. id. var. major: Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 277. 1. *Payk. fn.* 1. 240. 1.

Silpha aquatica Linn. ſyſt. nat. 2. 573. 25. fn. ſv. 461.

Elophorus grandis Illig. col. bor. 1. 272. 1.

Eloph. flavipes herbſt. col. 5. 138. 1. *Tab. 49. f. 6. f. F.*

Hydrophilus æneus DeGeer Inſ. 4. 379. 5. Tab. 15. f. 5, 6.

Hydroph. ſtagnalis. Marſh. ent. br. 1. 409. 23.

Habitat in aquis ſtagnantibus paſſim.

Deſcr. Dermeſt. Pellione major, longior, gigas in hoc genere, ſed occurrunt etjam duplo minores. Caput fuſco-æneum, punctulatum, palpis antennisque teſtaceis. Thorax brevis, parum convexus antice latior, lateribus antrorſum dilatatis, poſterius ſinuato-anguſtatis, angulo ipſo iterum prominuto; ſupra fuſco-æneus vel vireſcens punctulatus, ſulcis 5 lon-

5 longitudinalibus, medio recto, lateralibus flexuofis. Scutellum minutum rotundatum. Elytra magna elongata. lateribus dilatata, parum convexa, profunde punctato-ftriata, interftitiis planis lævibus; fusco-cinerea, maculis obfcurioribus fparfis obfoletis; ftria fecunda antice a futurali fpatio remota, & ibi ftriolæ obliquæ initium, e punctis 5 vel 6 compofitum cernitur, quale in proxime affinibus non obfervavi. Corpus fufcum, cinereo-pubefcens. Pedes flavefcentes.

2. E. granularis: fufco-æneus fub-nitidus, thorace 5-fulcato, lateribus rotundato integro, elytris punctato-ftriatis, interftitiis convexis.

Eloph. aquaticus Illig. col. bor. 1. 273. 2. *id. var. minor. Fabr. fyft. eleut.* 1. 277. 1. *Payk. fn.* 1. 240t. *herbft. col.* 5. 139. 2. *Tab.* 49. *f.* 7. *g. G.*

Var. *b.* Paulo minor, thorace fufco-æneo, elytris grifeis fufco-nebulofis, parum æneo-tinctis.

Bupreftis granularis Linn. fyft. nat 2. 663. 29. *fn. fv.* 763.

Var. *c.* adhuc minor, thorace fufco, elytris grifeis vix nebulofis.

Eloph. flavipes oliv. Inf. 3. 38. 7. 4. *Tab.* 1. *f.* 3. *a, b. Fabr. fyft. eleut.* 1. 278. 5.

Habitat in aquis ftagnantibus ubique frequens, etjam in ficco non raro obvius, forte volitando errabundus.

Defcr. Statura & fumma affinitas præcedentis, fed ad minimum triplo, usque ad fextuplo minor. Caput fufco-æneum, interdum obfcurius nigro-fufcum;

Palpi

Palpi & antennæ pallide teſtaceæ, apice fuſcæ. Thorax fuſco-æneus, rarius cupreus nitidior, interdum iterum obſcurus, vix æneo-nitens, ſupra 5-ſulcatus ut in præcedente, ſed latera rotundata, nec ut in illo ſinuata. Scutellum minutiſſimum punctiforme. Elytra oblonga, modice convexa, dorſo fuſco-ænea, limbo griſeſcente; pro ratione magnitudinis Inſecti profundius punctato-ſtriata, interſtitiis anguſtioribus convexis, præſertim poſtice; rudimentum nullum; ſtriolæ verſus ſcutellum ut in El. aquatico. Corpus nigrum. Pedes palleſcentes.

Var. b. differt elytris pallidioribus, nebulis fuſcis adſperſis, quarum una in medio ſuturæ evidentior, e maculis duabus conflata. Var. c. primo duplo minor, alias var c. ſimilis, modo nebulæ elytrorum deſunt.

3. E. griſeus: oblongior, thorace 5-ſulcato viridi-cupreo nitido, lateribus ſub-rectis, elytris pallidis fuſco-nebuloſis.

Herbſt. col. 5. 143. 7. Tab. 49. f. 12. m. M. Illig. col. bor. 1. *273. 3.*

Elophorus minutus oliv. Inſ. 3. 38. 7. 5. Tab. 1. *f. 6. a, b.*

Eloph. flavipes Thunb. Inſ. ſvec. 5. 66.

Hydrophilus affinis Marſh. ent. br. 1. *409. 24.*

Habitat in aquis ſtagnantibus ſat frequens.

Deſcr. Magnitudo & affinitas præcedentis, ſed anguſtior, longior, præſertim elytra magis elongata, & color magis nitidus. Caput viridi-cupreum nitidum, palpis antennisque totis pallidis. Torax brevis, parum convexus, antice multo latior, lateribus fere rectis obliquis; ſupra ſulcis 5 exaratus, ut in prioribus, plerumque viridis nitidus, ſulcis cupreis, mar-

margine antico & lateralibus pallidis. Scutellum minutum. Elytra thorace quadruplo longiora & ultra sub-convexa, regulariter punctato-striata, interstitiis planis lævibus, pallide grisea, maculis sparsis fuscis, quarum duæ ad suturam, paullo pone medium oblongæ, angulum quasi formant. Corpus nigrum. Pedes pallidi.

4. E. tuberculatus: niger obscurus, thorace obsolete 5-sulcato, elytris punctato-striatis, interstitiis alternis tuberculis oblongis elevatis.

Habitat in aquis Westmanniæ rarissime, *D. Crug*; prope Holmiam *D. Schönherr*.

Descr. Majoribus El. granularis individuis æqualis, totus niger obscurus. Caput nigrum punctatum, Palpis autennisque nigro-fuscis. Thorax brevis, subconvexus, marginibus deplanatis, antice multo latior, lateribus obliquis subrectis, supra crebre punctatus, sulcis quinque ut in prioribus, sed magis obsoletis. Elytra thorace triplo longiora, convexa, acuminata, nigra, punctato-striata, interstitiis tribus dorsalibus alternis tuberculis aliquot oblongis nitidis valde elevatis. Corpus & pedes nigra immaculata.

5. E. Fennicus: fusco-ferrugineus, thorace 5-sulcato, elytris griseis punctato-striatis, interstitiis alternis carinato-elevatis levibus.

Payk. fn. 1. 243. 4.

Hydrophilus cinereus. Marsh. ent. br. 1. 410. 26.

Elophorus nubilus Fabr. syst. eleut. 1. 277. 2.?
Illig. col. bor. 1. 274. 4?

 Ha-

Habitat in aquis Finlandiæ, Bothniæ, Lapponiæ rarius.

Defcr. Statura & fere magnitudo El. aqvatici. Caput fufco-teftaceum, fronte obfoletius impreffa. Palpi & antennæ pallidæ, capitulo obfcuriori. Thorax brevis latus, parum convexus, antice latior, lateribus finuatus ut in El. aqvatico; fupra fufco-teftaceus, rugofo-punctatus, fulcis 5 exaratus, media recta, lateralibus flexuofis. Scutellum minutum. Elytra elongata, fub-convexa, grifea, punctato-ftriata, in-interftitiis alternis carinato-elevatis lævibus, alternis vero planis, unde elytra quafi fulcata apparent, fulco fingulo ftria duplici punctata; paullo pone medium maculæ nonnullæ oblongæ nigricantes, in carinis locatæ, & interdum magis elevatæ, tuberculorum inftar; initium ftriolæ abbreviatæ prope fcutellum, qvale in El. aqvatico, etjam in hac fpecie obfervatur. Corpus fufco-piceum, abdomine dilutius ferrugineo. Pedes pallide teftacei.

Obf. Hæfito, utrum Eloph. nubilus Illig. Col. Bor. 1. 274. 4. ad hanc fpeciem potius, an ad fequentem pertineat; magnitudo & locus ibi indicati noftro jam defcripto magis conveniunt; idem fere valet de El. nubilo Fabricii.

6. E. nubilus: ovatus, grifeo-teftaceus, thorace 5-fulcato, elytris punctato-ftriatis, nigro-nebulofis, interftitiis alternis elevatis crenulatis.

Herbft. col. 5. 140. 3. Tab. 49. f. 8. h. H. Oliv. Inf. 3. 38. 6. 3. Tab. 1. f. 2. a, b. Payk. fn. 1. 244. 5.

Hydrophilus nubilus Marfh. ent. br. 1. 410. 27.

Opatrum minutum Fabr. fyft. eleut. 1. 120 27.

Ha-

Habitat in arenofis aridis paffim; numquam in aquis mihi obvius.

Defcr. Parvus, longitudine El. aquatici, fed latior, cæterum præcedenti affinis, totus grifeus feu fufco-teftaceus. Caput rotundatum punctatum, fronte impreffa; Palpi & antennæ pallidæ, apice fufcæ. Thorax brevis, difco convexus, lateribus depreffus, antice latior, bi-finuatus, angulis omnibus productis acutis; fupra grifeo-teftaceus punctatus, fulcis quinque exaratus ut in prioribus. Elytra thorace triplo longiora, modice convexa, grifea, maculis fufcis fparfis nebulofa, punctato-ftriata, interftitiis alternis elevatis, carinulis fubtiliter crenulatis, quod tamen vix obfervatur, nifi lutum abftergitur, qvod corpus plerumque tegit. Corpus fufcum. Pedes teftacei, tarfis hujus generis.

7. E. elongatus: lineari-elongatus nigro-piceus, thorace angufto foveolato, elytris profunde punctato-ftriatis interftitiis alternis carinato-elevatis.

Var. *b.* capite, thorace, & interdum carinis dorfalibus elytrorum virefcenti-metallicis.

Fabr. fyft. eleut. 1. *277. 3. Herbft. col. 5.* 141. *4. Tab. 49. f. 9. i, I. Illig. col. bor. 1. 274. 5. Payk. fn.* 1. *242.* 2. *Panz. fn. 26. f. 7. Thunb. Inf. Svec. 5. 67.*

Hydrophilus Cicindeloides Marfh. ent. br. 1. *411. 28.*

Habitat in aquis ftagnantibus paffim.

Defcr. El. nubilo longior, fed multo anguftior, totus nigro-piceus. Caput craffum, rugofo-punctatum,

tum, oculis prominulis; palpi picei; antennæ pallidiores, capitulo elongato. Thorax elongatus convexus, elytris augustior, lateribus deflexus, immarginatus, profunde punctatus, foveolis quinque impressus, tribus in medio transversim positis, & duabus ante scutellum oblongis. Scutellum minutum, elevatum. Elytra elongata convexa, lateribus valde dilatata, profunde punctato-striata, interstitiis angustis, quarum secundum a sutura antice, tertium postice, quartum, sextum & octavum tota carinato-elevata. Corpus nigro-fuscum abdomine rugoso, foveolato. Pedes picei.

Variat sæpius thorace supra virescenti-æneo; etjam caput interdum eodem colore inductum; rarius carinæ dorsales æneo-nitentes.

Dom. Müller in Illig. Mag. 4. p. 208 tarsos hujus & seqventis speciei 4 articulatos tantum esse dicit; credo autem qvintum baseos etiam adesse, etsi minimum, qvalem qvoqve, nominatus Auctor loc. cit. memorat.

8. E. brevis: oblongo-ovatus niger, thorace foveolato antice latiori, elytris punctato-striatis, interstitiis alternis elevatis.

Herbst. col. 5. 141. 5. Tab. 49. f. 10. k. K.
Payk. fn. 1. *242. 3.*

Elophorus crenatus Fabr. syst. eleut. 1. *278. 6.*

Habitat in aquis stagnantibus rarius.

Descr. Præcedenti affinis, sed minor, dimidio brevior, & distinctus, totus niger. Caput latum porrectum punctatum, oculis valde prominulis. Palpi & antennæ fusco-piceæ. Thorax antice truncatus, fere duplo latior qvam basi, lateribus deflexus, submarginatus, supra convexus, rude punctatus, foveolisque 5 impressus, eodem ordine ac in præcedenti; sed thorax multo

multo brevior qvam in illo. Scutellum minutum elevatum. Elytra thorace multo latiora, ovata, convexa, lateribus dilatata, profunde punctato-ſtriata, interſtitiis alternis carinato-elevatis, unde in ſingulo elytro carinulæ qvatuor anguſtæ elevatæ, a baſi usqve ad apicem productæ, præter ſuturam & marginem, quæ etjam elevata. Corpus nigrum, abdomine transverſim rugoſo. Pedes nigro-picei.

9. E. pygmæus: ovatus fuſco-æneus depreſſior, thorace brevi uni-ſulcato, elytris punctato-ſtriatis apice pedibusque rufo-piceis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 278. 7. *Payk. fn.* 1. 245. 6.

Hydnæna riparia Illig. col. bor. 1. 279. 1. *Müller in Illig. Mag.* 4. *p.* 209.

Hydrophilus impreſſus. Marſh. ent. br. 1. 408. 19.

Habitat in aquis ſtagnantibus non infrequens.

Deſcr. Minutus, Latridio porcato Herbſtii æqualis. Caput magnum porrectum punctatum, parum convexum, fuſco-æneum, linea media transverſa, foveolisque duabus verticis impreſſum, clypeo apice ſub-emarginato. Palpi pallidi, apice nigricantes, ſtructura a præcedentibus hujus generis nonnihil diverſi, antennis breviores, articulo tertio craſſiori apice tumido, ultimo parvo ſubulato; antennæ pallidæ, apice obſcuriores, etjam aliter conſtructæ: Articulus primus longus, parum arcuatus, extrorſum incraſſatus; ſecundus æquali craſſitie, ſed brevis, fere globoſus; dein ſtylus tenuiſſimus arcuatus, interne in acumen laterale exiens; tunc ſequitur clava elongata, conſtans articulis ſex coarctatis, extrorſum ſenſim craſſioribus, ultimo reliquis majore ovato.

Thorax brevis, antice truncatus, longitudine duplo latior, lateribus rotundatus, fupra fufco-æneus, parum convexus, profunde punctatus, fulco medio abbreviato exaratus, & intra marginem utrinque fovea arcuata impreffus. Scutellum minutum, breviffimum, triangulare, depreffum. Elytra ovata, lateribus dilatata, modice convexa, fufco-ænea, apice piceo-rufefcentia, regulariter fed tenue punctato-ftriata, ftriis novem in fingulo. Corpus nigropiceum. Pedes rufoferruginei, tarfis omnino hujus generis.

10. E. marinus: ovatus viridi-æneus nitidus, thorace brevi transverfim impreffo, elytris obfcurioribus punctato-ftriatis, pedibus pallidis.

Payk. fn. I. 245. 7.

Habitat ad littora maris in Bahufia, inter confervas, paffim.

Defcr. Magnitudo, ftatura & affinitas præcedentis, certe tamen diftinctus. Caput ut in præcedente, fed vix punctatum, foveolis verticis pluribus, plerumque viridi-æneum. Thoracis ftructura ut in præcedente, fed in medio dorfi foveæ duæ transverfales arcuatæ fatis profundœ, includentes difcum magis elevatum; in utroque latere fovea arcuata obfoleta; fuperficies tenuiffime punctulata, viridi-ænea nitida; margines laterales pofterius utrinque, ut & fæpe margo anticus, veluti membrana albiffima pellucida aucta, qvod etjam in priori obfervatur. Elytra fufca, parum æneo-tincta, apice pallidiora, alias ut in præcedente. Corpus nigrum. Pedes pallidi.

11. E. minimus: oblongus depreffior niger, elytris creberrime punctato-ftriatis, pedibus rufis, clypeo profunde emarginato.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 1. 278. 8? Payk. fn. 1. 246. 8. Müller in Illig. Mag. 4. p. 209.

Hydræna riparia Kugellanni in Schneid. Mag. 5. 579.

Hydrophilus longipalpis Marsh. ent. br. 1. 407 18.

Var. *b.* Griseo-testaceus, capite nigricante.

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. El. pygmæo dimidio major, præsertim longior. Caput magnum, porrectum, nigrum, parum convexum, tenue punctulatum, foveis vix ullis impressum, clypeo profunde, sed non late emarginato. Palpi rufescentes, apice nigricante; anteriores singulares, longissimi, tertiam partem totius corporis superantes, dum extensi sunt, articulis 4 constantes: primo brevi recto; secundo longissimo arcuato, tenui, apice sub-crassiori; tertio fere dimidio breviori, apice incrassato; qvarto iterum longiori, medio incrassato, utrinqve attenuato, apice subulato, nigro; in statu qvieto inflexi ita, ut artic, 1 antrorsum versus, 2 retrorsum, 3 transversim & 4 iterum antrorsum juxta capitis latera porrectus. Antennæ pallidæ, etjam singularem gerunt structuram, tamen cum proxime præcedentium essentialiter conveniunt, etsi longiores; artic. 1, longus arcuatus, apice incrassatus, 2 æqvali crassitie, sed brevior, ovatus; tunc seqvitur stylus tenuis arcuatus obliqvus subulatus, cui intra apicem imposita est clava elongata fusca, constans articulis sex coarctatis, ultimis majoribus. Thorax sub-qvadratus, lateribus angulato-dilatatus, parum convexus, crebre punctulatus, sub-inæqvalis. Elytra oblongo-ovata, parum convexa, nigra, creberime punctato-striata, striis in singulo circiter 16 e punctis oblongis. Corpus nigrum. Pedes Pallide rufescentes.]

Obs. Hydræna riparia Kugellanni certe huc pertines, sed Palpos anticos pro antennis, & vice versa il-

las ut palpos defcripfit; Dom. Illiger vero æque certo Eloph. pygmæum ut Hydrænam annuntiaverit, ut ex egregia defcriptione patet. Dom. Müller loc. cit. Eloph. noftro minimo tribuit tarfos tantum tri-articulatos, fed credo me vidiffe intimos coarctatos incumbentes, etfi ægre diftinguendos.

12. E. minutiffimus: ovatus nigro-piceus, thorace canaliculato, elytris lævibus, antennis pedibusque pallidis.

Weber It. Svec.

Habitat in Smolandiæ aquis. *Dom. Liungh.*

Defcr. Inter minutiffima omnium coleoptratorum. Caput magnum, convexum, nigrum, nitidum, obtufum, oculis magnis globofis. Antennæ pallidæ, longitudine thoracis, articulo primo longo & craffo; fecundo æqve craffo, fed breviore ovato, fequentes tenues, ultimis tribus craffioribus diftinctis pilofis. Thorax niger nitidus convexus, antice latior, in medio poftice canaliculatus, adjacente utrinque foveola minore. Elytra ovata, convexa, nigro-picea, lævia nitida, apice dilutiora. Corpus nigrum. Pedes toti pallidi.

Obf. Auctoritate Dom. Weberi heic inferui infectum, ab ipfo inventore, Dom. Ljungh, benigne communicatum, fed papyro adglutinatum, ut ægre examinari queat; Defcriptionem Dom. Weberi confulere non poffum.

Fa-

Familia 5. Amphibii.

Antennæ breviſſimæ, irregulares, clava multi-articulata. Habitatio in aquoſis, plerisque alternatim ſub aqua.

HETEROCERUS.

Palpi 4 filiformes.

Maxilla uni-dentata, longitudine palporum.

Labium late emarginatum.

Antennæ breves recurvæ, articulis 6 vel 7 ultimis clavam compreſſam ſubtus ſerratam conſtituentibus.

Corpus ovale, convexum, pubeſcens, tibiis, præſertim anticis ſpinoſis, foſſoriis.

1. H. marginatus: ovalis fuſcus pubeſcens, thorace pulvinato, elytris ferrugineo-maculatis, pedibus anticis palmatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 355. 1. *Illig. col. bor.* 1. 397. 1. *Payk. fn.* 1. 357. 1. *Panz. fn. 23. f. 11. Marſh. ent. br.* 1. 400. 1.

Dermeſtes feneſtratus. Thunb. Nov. Act. Upſ. 4. 3. 2.

Var. *b.* Maculis elytrorum pallidioribus, fere in faſcias angulatas confluentibus, pedibus pallidis.

Heterocerus lævigatus Fabr. ſyſt. eleut. 1. 356. 3. *Panz. fn.* 23. *f.* 12.

Var. *c.* Elytris fuſcis immaculatis.

Habitat in humidis ad littora lacuum, in arena cuniculos fodiens.

Deſcr. Magnitudo variat; majores Dermeſt. Pellioni æqvales, alii duplo minores & ultra; totus nigro-fuſcus, pubeſcens; pilis longioribus interjectis. Caput convexum, tenue punctulatum, anterius anguſtatum, clypeo valde depreſſo, fere plano, porrecto, denſius griſeo-pubeſcente, lateribus & antice marginato. Antennæ pallidæ clava fuſca, capite breviores, articulo primo magno, elongato, incraſſato, piloſo; ſecundo brevi craſſiuſculo; 3, 4, 5, parvis anguſtis; 6 ad 11, clavam formant elongatam, incurvam, compreſſam, articulis brevibus coarctatis, uno latere productis, ſub-pectinatis. Thorax brevis transverſus, lateribus rotundatus, immarginatus, ſupra convexus, pulvinatus, præſertim lateribus & poſtice declivis, tenue punctulatus, pubeſcens, nigro-fuſcus. Scutellum triangulare. Elytra oblonga, minus convexa, apice acuminata, ſupra ſubtiliſſime punctulata, pubeſcentia nigro-fuſca, margine maculisqve diſci 6 vel 7 ferrugineis, interdum obſoletioribus. Corpus fuſcum. Pedes fuſci, tarſis omnibus teſtaceis; tibiæ anticæ apice latiores, ſpinis plurimis pallidis armatæ.

Var. b. differt præcipue maculis elytrorum pallidioribus flexuoſis, in faſcias irregulares confluentibus, pedibusqve pallide teſtaceis; corpus totum ſubtus interdum teſtaceum.

Var. c. Elytris aut immaculatis, aut macula tantum una alterave teſtacea obſoleta differt.

Dom. Latreille & Müller tarſos tantum 4 articulatos eſſe dicunt; ab infra vero inſpecti, articulus præterea baſeos parvus obliqvus adeſſe mihi videtur.

PARNUS.

Palpi 4 Clavati. Maxilla bifida.

Antennæ breviffimæ, articulo fecundo maximo falcato, clava compreffa, lanceolata, multi-articulata.

Corpus oblongum, convexum, villofum, capite parvo retracto. Tarfuum articuli 4. anteriores æquales, ungviculari longiori.

1. P. prolifericornis: oblongus olivaceo-grifeus, tomentofus, elytris punctatis obfoletiffime fubftriatis.

Fabr. fyft. eleut. 1. *332.* 1. *Illig. col. bor.* 1. *350. Payk. fn.* 1. *321.* 1. & *3. 449.* 1. *Panz. fn.* 13. *f.* 1. *Marfh. ent. br.* 1. *399.* 1.

Habitat in humidis, juxta paludes paffim, fæpe etjam fub aqua.

Defcr. Magnitudine variat; majores Anobio pertinaci fere æqvales, alii duplo minores; corpus totum olivaceo-grifeum, denfe pubefcens. Caput retractum, rotundatum, convexum, fubtiliter punctatum, nigricans, ore fubtus intra fternum productum occultato. Antennæ ante oculos infertæ, in fovea profunda frontis immerfæ, capite breviores, ftructura fingulares: articuius primus magnus obconicus niger; 2 adhuc major, arcuato-falcatus, etjam niger, & ambo pubefcentes; feqventes pallidi, nempe tertius parvus tenuis cylindricus, reliqvi, circiter octo, clavam conftituunt oblongam lanceolatam compreffam, articulis coarctatis, uno latere productis, ut fere pectinato-ferrata appareat clava. Thorax antice anguftior, difco valde convexus, pulvinatus, punctatus, lateribus de-

depressus, marginatus, margine posterius rotundato; intra marginem utrinqve linea obliqva impressa discum elevatum circumscribit; anguli postici prominentes acuti. Scutellum mediocre rotundatum. Elytra thorace plus triplo longiora, convexa, crebre & subtilissime punctata, striisque impressis obsoletissimis versus latera & apicem notata. Corpus fusco-cinereum pubescens. Pedes ferruginei tibiis obscurioribus.

2. P. auriculatus: oblongo-ovatus niger hirtus, elytris profundius vage punctatis.

Illig. col. bor. 1. *351.* 2. *Payk. fn. 3. 449.* 2. *Panz. fn. 38. f. 23.* (sed antennæ fictæ.)

Dryops auriculata. Oliv. Inf. 3. 41. bis. 4. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *a-e.*

Habitat ad littora arenosa lacuum passim.

Descr. Præcedenti valde affinis, sed brevior, non vero angustior, unde magis ovatus, totus fusco-niger, hirtus. Caput & antennæ omnino ut in præcedente; Thorax etjam, qvoad structuram, sed paullo profundius punctatus. Scutellum pilis fulvescenti-micantibus depressis vestitum. Elytra minus elongata, fusco-nigra, sub-nitida, punctis puallo profundioribus, minus crebris, vagis adspersa, pilisqve fuscis erectis hirta. Corpus nigro-piceum, pube, præsertim pectoris, nitente. Pedes rufo-picei, tibiis nigro-fuscis.

GYRINUS.

Palpi 4 filiformes. Maxilla cornea acutissima uni-dentata, intus ciliata.

Labium sub-emarginatum.

An-

Antennæ breviſſimæ, rigidæ, porrectæ, articulo primo maximo lateraliter producto, falcato, reliquis clavam arcuatam, utrinque attenuatam conſtituentibus.

Corpus ovatum nitidum. Oculi quatuor; duæ ſupra in vertice, duæ aliæ ſubtus. Pedes antice elongati, poſteriores natatorii.

1. G. natator: ovatus, ſupra coeruleſcenti-niger, lucidus, glaberrimus, elytris ſubtiliſſime punctato-ſtriatis, margine ſubtus, pedibusque ferrugineis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 567. 1. *Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 274. 1. *De Geer Inſ.* 4. 355. 1. *Tab.* 13. *f.* 4-20. *Payk. fn.* 1. 238. 1. *Panz. fn.* 3. *f.* 5. *Oliv. Inſ.* 3. 41. 10. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *a-e.*
Dytiſcus natator. Linn. fn. ſv. 779.

Habitat in lacubus & ſtagnis frequens, velociſſime ſupra aquas curſitans per orbes.

Deſcr. Mas fere duplo minor fœmina. Caput baſi latum, a thorace amplexum, antice rotundatum, pro inſertione antennarum profunde inciſum, ſupra nigro-æneum nitidum, ſubtus piceum ore rufeſcente. Oculi ſuperiores fere in plano verticis locati; inferiores paulo poſteriores majores, ſub capitis margine laterali poſiti. Antennæ capite breviores nigræ, medio craſſiores. Thorax breviſſimus, antice poſticeque ſinuatus, bi-emarginatus, angulis productis acutis; ſupra convexus, nigro-cœruleus, lævis; intra marginem anticum ſtriga arcuata crenato-ſtriata utrinque, & alia verſus medium transverſa flexuoſa ſimplex obſoletior. Scutellum parvum elongatum acutiſſimum. Elytra antice latiora, poſterius attenuata, apice truncata,

cata, angulis rotundatis, supra convexa, nigro-cœrulea nitidissima, versus margines virescentia, subtilissime punctato-striata; margo inflexus subtus pallide testaceus. Corpus subtus nigro-æneum nitidum, pectoris margine suturisqve testaceis; Anus extra elytra productus semi-circularis, supra nigro-cœrulescens, subtus ferrugineus. Pedes pallide ferruginei, antici elongati, posteriores 4 brevissimi, compressi, natatorii.

2\. G. bicolor: oblongus sub-cylindricus, nigro-cœrulescens, glaberrimus, elytris subtilissime punctato-striatis, margine inflexa pedibusque ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 1. 274. 2. *Payk. fn.* 1. 239. 9.

Habitat in aquis Finlandiæ passim; *Dom. Pfeiff & Sahlberg.*

Descr. Vix latidudinem fœminæ præcedentis attingit, sed dimidio longior & ultra, fere linearis, aut vix in medio dilatatus; cæterum præcedenti simillimus, totus nigro-cœrulescens nitidus, futura lateribusqve viridi-æneis. Caput, thorax & scutellum ut in G. natatore omnino. Elytra valde elongata, posterius parum attenuata, apice truncata, angulis rotundatis; supra subtilissime punctato-striata, margine inflexo pallide testaceo. Abdomen subtus nigro-æneum, segmento ani concolore, apice piceo. Pedes rufo-testacei.

3\. G. dorsalis: oblongo-ovalis nigro subæneus, elytris fortius punctato-striatis, disco ferrugineis, margine inflexo nigro-æneo.

Habitat in aquis rarius; *Dom. de Paykull*; in Finlandia *D. Sahlberg.*

Descr.

Deſcr. Magnitudo G. natatoris, ſed in medio minus dilatatus, & elytra verſus apicem parum attenuata. Caput, antennæ, thorax & ſcutellum ut in G. natatore, ſed color ſupra obſcure nigro-æneus, parum nitidus, & thoracis margo ſubtus æneus nitidior. Elytra antice vix thorace latiora, poſterius parum attenuata apice truncata, angulis rotundatis, ſupra regulariter & ſatis profunde punctato-ſtriata, rufo-ferruginea, parum nitida, ſutura anguſte, margine & apice late nigro ſub-æneis; margo inflexus ſubtus æneus nitidior. Pectus & abdomen ſubtus nigro-ænea nitida, ſegmento anali concolore. Pedes rufo-ferruginei.

Obſ. An modo var. immatura ſeqventis?

4. G. **marinus**: oblongo-ovatus nigro-coeruleus nitidus, ſubtus æneus, elytris fortius punctato-ſtriatis, margine inflexo æneo.

Habitat in aquis paſſim, præſertim ad littora maris.

Deſcr. Mas duplo minor fœmina; uterqve G. natatore paullo minor, eique ſimillimus, in medio tamen minus dilatatus. Caput, thorax & ſcutellum ut in G. natatore. Elytra antice vix dilatata, poſterius parum attenuata, apice truncata, angulis rotundatis; ſupra punctis majoribus, profundius impreſſis ſtriata, nigro-cœrulea nitida, ſutura margineqve viridi-æneis; margo inflexus ſubtus æneus nitidus. Corpus ſubtus æneum nitidum, ſegmento anali concolore. Pedes pallide rufeſcentes.

5. G. **minutus**: oblongo-ovalis, ſupra coeruleo-vireſcens nitidus, ſubtus rufo-teſtaceus, elytris punctato-ſtriatis, margine inflexo pedibusque teſtaceis.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 1. 276. 10.

Gyrinus bicolor Oliv. Ins. 3. 41. *14. 8. Tab. 1. f. 8. a, b.*

Gyrinus Kirby Marsh. ent. br. 1. 100. 2.

Gyrinus natator var. Payk. fn. 1. *239. b.*

Habitat in aquis passim, minus frequens.

Descr. Masculis G. natatoris adhuc duplo minor, angustior, & magis elongatus, totus supra cœruleo-virescens nitidus. Caput, antennæ & thorax ut in præcedentibus. Scutellum triangulum, multo brevius qvam in prioribus, basi latum, apice acutum. Elytra elongata convexa, posterius parum attenuata, apice truncata, angulis rotundatis; supra punctato-striata, profundius qvam in G. natatore, dorso nigro cœrulea, lateribus viridi-ænea nitida; margo inflexus pallide testaceus, uti totum corpus subtus, cum pedibus, abdominis segmentis intermediis interdum nigro-piceis.

6. G. villosus: oblongus, convexus, supra niger griseo-pubescens, subtus flavus elytris vage punctatis.

Fabr. syst. eleut. 1. *276. 14. Illig. col. bor.* 1. *271.* 2. *Fallén obs. ent.* 1. *9. Mull. zool. Dan. Prodr. 652.*

Gyrinus Modeeri Marsh. ent. br. 1. *100. 3.*

Habitat in aquis Scaniæ rarissime, *Dom. Fallén*; ad littora lacuum Mioern & Wenern Westrogothiæ passim.

Descr. Longitudo G. natatoris, sed fere dimidio angustior, supra fusco-niger, sub-nitidus, pube brevissima grisescente obsitus. Caput fusco-sub-æneum. te-

tenuiſſime punctulatum, clypeo porrecto ſemi-circulari depreſſo, ſupra os ciliis longis pallidis inſtructo. Antennæ baſi apiceque pallidæ, medio cingulo lato nigro-piceo, ſtructura ut in præcedentibus. Thorax brevis transverſus, antice poſticeque ſinuatus, angulis parum prominulis, ſupra valde convexus, tenuiſſime punctulatus, pubeſcens, nigro-fuſcus, parum æneo-nitens. Scutellum breviſſimum triangulare læve. Elytra elongata, valde convexa, fornicata, apice oblique truncata, anum tegentia, ſupra ſubtiliſſime vage punctata, pubeſcentia, nigro-fuſca ſub-nitida, margine laterali pallido. Corpus totum ſubtus flavo-teſtaceum, abdomine ſæpius piceo; ſegmentum ani anguſtum conicum, apice penicillatum. Pedes toti pallidi.

Familia 6:ta Dermeſtideæ.

Antennæ breves, articulis 3, raro 4 ultimis majoribus, clavam oblongam perfoliatam conſtituentibus. Corpus oblongum, convexum, plerumque pubeſcens.

DERMESTES.

Palpi 4 breves filiformes craſſiuſculi.

Maxilla brevis, apice membranacea integra, intus ungue corneo arcuato armata.

Labium corneum obtuſum integrum.

Antennæ thorace breviores, clava magna elongata ſæpe ſerrata, difformi.

 Cor-

Corpus oblongo-ovatum, convexum, pubescens. Caput parvum retractum. Thorax postice sinuatus.

1. D. lardarius: oblongus niger, elytris antice facia lata cinereo-pubescente, punctis tribus nigris.

Linn. syst. nat. 2. 561. 1. fn. sv. 408. Fabr. syst. eleut. 1. 312. 1. Herbst. col. 4. 115. 1. Tab. 40. f. 1. A. De Géer. Ins. 4. 192. 1. Tab. 7. f. 1-17. Payk. fn. 1. 276. 1.

Habitat in cadaveribus, lardo, quisquiliis ubique; repositoriis culinariis & Museis infestus.

Descr. E. majoribus Generis, niger, pubescens. Caput parvum retractum convexum nigrum, crebre punctulatum; os rufo-ciliatum. Antennæ breves ferrugineo-piceæ, clava dilutiori; Articulus primus magnus ovatus; 7 insequentes minores breves; clava magna tri-articulata compressa, intus dilatata, articulo ultimo minore sub-orbiculato. Thorax antice truncatus, angustior, postice sinuatus, pallido ciliatus, lateribus rotundatus, marginatus, supra convexus, creberrime punctulatus, niger, pubescens, fasciculis sparsis e pilis cinereis irroratus. Scutellum triangulare nigrum punctatum. Elytra valde elongata, convexa, linearia, apice rotundata, subtilissime & creberrime punctulata, interjectis rudimentis striarum obsoletissimis; a medio ad apicem nigra pubescentia, antice vero pube densa cinerea depressa vestita, punctis tribus denudatis brunneis transversim positis; margo posticus plagæ cinereæ undato-flexuosus. Pube detrita color elytri antice rufo-ferrugineus. Corpus nigro-piceum, pectore densius, abdomine parcius pube cinerea nitente obsitis. Pedes nigro-picei. Der-

Dermestes. Carnivorus Thunb. Inf. Svec. 6. p. 78, forte specimen detritum hujus speciei.

2. D. vulpinus: Oblongus niger, cinereo-subpubescens, subtus niveus, thoracis lateribus densius cinereo-villosis.

Faber syst. eleut. 1. *314. 12.* *Oliv. Ins.* *2. 9. 8. 4.* *Tab.* 1. *f. 6. a, b, c.* *Illig. col. bor.* 1. *313. 3.* *Herbst. col. 4. 124. 5.* *Tab. 40. f. 5. c.*
Dermestes maculatus. De Géer Ins. 4. *223.* 2.
Derm. murinus. Panz. fn. 40. f. 10.

Habitat in quisquiliis urbium, mari vicinarum, forte cum pellibus & victualiis per navigia ab exteris allatus; vivus lectus Gothoburgi, alibique.

Descr. Statura & magnitudo fere præcedentis, paullo minus convexus tamen videtur. Caput parvum retractum, punctatum, nigro-piceum, griseo pubescens, ore rufo-ciliato. Antennæ rufo-piceæ, structura ut in præcedente; Thoracis forma etjam ut in illo omnino, sed latera late. margo anticus angustius, pilis densis cinereo-albidis decumbentibus vestita, disco nigriori, pilis paucis griseis adspersa. Scutellum triangulare cinereo-pubescens. Elytra elongata fusco-picea, antice nonnihil latiora, postice rotundata, apice ipso acuminato, supra parum convexa, creberrime & subtilissime punctata, pilis depressis cinereis obsita. Pectus & abdomen pilis rigidis niveis tecta, maculis marginalibus denudatis atris. Pedes picei, femoribus cingulo piloso albido.

3. D. murinus: oblongus niger, supra cinereo-marmoratus, scutello fulvescente, subtus niveus, antennis nigris.

Linn. syst. nat. 2. 563. 18. fn. sv. 426. Fabr. syst. eleut. 1. 315. 15. Illig. col. bor. 1. 312. 2. Payk. fn. 1. 277. 2.

Dermestes Catta Herbst. col. 4. 123. 4. Tab. 40. f. 4. Panz. fn. 40. f. 11.

Dermestes nebulosus De Géer Inf. 4. 197. 2.

Habitat in cadaveribus, quisquiliis, sat frequens.

Descr. Derm. lardario vix longior, sed multo latior, & magis fornicatus. Caput parvum valde inflexum, fronte convexa punctata nigro-pubescente, pilis griseis intermixtis. Antennæ totæ nigræ, structura omnino ut in D. lardario. Thorax antice truncatus, postice sinuatus, lateribus dilatato-rotundatus, valde convexus, præsertim antice, supra subtilissime punctatus, ater, lituris crebris transversis undulatis e pilis cœrulescenti-cinereis marmoratus, maculisque duabus marginis antici approximatis, duabusque pone medium remotis fulvescentibus. Scutellum obtusum flavo-fulvescente ciliatum. Elytra magna elongata, lateribus sub-sinuata, antice convexa, posterius deplanata, apice rotundata, obtusa, supra creberrime subtilissime punctulata, striisque obsoletis, præsertim antice notata, atra, pubescentia, cœrulescenti-cinereo-marmorata uti thorax. Pectus & & abdomen pilis densis depressis rigidis niveis nitidis, sæpius rufotinctis, vestita, relictis maculis marginalibus nigris denudatis subquadratis. Pedes nigri, femoribus annulo niveo.

Utrum var. major, a Cl. Linnæo in Fn. Sv. loc. cit. memorata, ad hanc an præcedentem speciem pertineat, dijudicatu difficile.

4. D. affinis: brevior niger pubescens, parum cinereo-irroratus, subtus niveus, qua-

quadrifariam nigro-punctatus, antennis parvis ferrugineis.

Dermestes murinus Herbst. col. 4. 120. 2. Tab. 40. f. 2. B. dito var. Payk. fn. 1. 278. not.

Habitat in quisquiliis apud nos rarius.

Descr. Derm. murino brevior, convexior, &, ut mihi videtur, vere distinctus. Caput parvum inflexum, fronte convexa, punctata nigra, pube fusco-cinerea ante oculos utrinque vestita. Antennae fusco ferrugineae clava parva coarctata obtusa. Thorax magnus, valde convexus, praesertim antice, lateribus rotundatus, postice sinuatus, supra creberrime punctulatus, nigro-pubescens, maculis duabus marginis antici, & nonnullis in medio transversim collocatis cinereo-pilosis. Scutellum albido-ciliatum. Elytra oblonga, valde convexa, apice rotundata, obtusa, creberrime & subtilissime punctata, dense nigro-pubescentia, immixtis pilis paucis sparsis cinereis ad basin & marginem. Pectus & abdomen pilis densis rigidis albis vestita, abdomine quadrifariam nigro-punctato, lateralibus majoribus. Pedes nigri, femoribus absque cingulo albido.

5. D. laniarius: brevior convexus ater glaber, subtus albido-sericeus, antennis parvis rufo-piceis.

Illig. Mag. 1. 85. 2-3. b.

Dermestes Ater. Oliv. Inf. 2. 9. 9. 6. Tab. 2. f. 12. a. b.?

Dermestes macellarius Herbst. col. 4. 126. 7. Tab. 40. f. 7. e. E.

Habitat in Blekingiae ligno putrido. *D. Billberg.*

Defcr. Statura brevior, convexa, magnitudo & fumma affinitas præcedentis, fed fupra totus ater glaber, absque ulla pubefcentia. Caput parvum inflexum, punctatum atrum. Antennæ fufco-ferrugineæ, clava parva coarctata obtufa. Thorax magnus convexus ater, creberrime punctulatus. Scutellum triangulare atrum. Elytra oblonga convexa, fubtiliffime & creberrime punctulata, atra immaculata. Pectus & abdomen pilis albidis fericeo-nitentibus veftita, abdomine maculis tantum lateralibus denudatis nigris. Pedes nigri immaculati.

6. D. teffellatus: oblongo-ovatus niger pubefcens, capite thoraceque ferrugineo-variis, fubtus niveus nigro-punctatus, antennis brunneis.

Fabr. fyft. eleut. 1. 315. 16? *Illig. Mag.* 1. 84. 2-3. *a.*

Dermeftes murinus Oliv. Inf. 2. 9. 8. 5. *Tab.* 1. *f.* 3. *a, b.?*

Habitat ad littora maris in Bahufia, Hallandia, fub fucis exficcatis, & quisquiliis e mari rejectis, non infrequens.

Defcr. Statura fere præcedentium, fed dimidio minor & ultra, minusque convexus. Caput deflexum, nigrum, fronte convexa, crebre punctata, pilis fulvo-ferrugineis variegata. Antennæ fufco-ferrugineæ, clava majore elongata. Thorax antice truncatus, poftice finuatus, modice convexus, creberrime punctulatus, niger pubefcens, maculis faciisque abruptis variis ferrugineo fulvefcentibus. Scutellum triangulare pallido-ciliatum. Elytra oblonga, minus convexa, creberrime punctulata, nigro-pubefcentia, pilis fparfis cinereis intermixtis. Pectus & abdomen pilis depreffis

preffis rigidis niveis veftita, abdomine maculis lateralibus majoribus denudatis atris, aliisque difci minoribus, obfoletioribus, plerumque trifariis. Pedes nigri, femoribus fubtus fafcia albida.

Synonyma allata minus certa, quum defcriptiones auctorum nimis breves, infufficientes.

7. D. pellio: ovatus niger pubefcens, antennarum bafi rufefcente, elytris puncto medio albo.

Linn. fyft. nat. 2. 262. 4. *fn. fv.* 411. *Fabr. fyft. eleut.* 1. 313. 6. *Illig col. bor.* 1. 316. 6. *Payk. fn.* 1. 279. 4. *Herbft. col.* 4. 128. 11. *Tab.* 40. *f.* 8. *F.*

Megatoma atra Herbft. col. 4. 95. 2. *Tab.* 39. *f.* 2. *b. mas.*

Dermeftes bipunctatus De Géer Inf. 4. 197. 3.

Var. *b.* Elytris fufco-ferrugineis. *Illig. l. c. var. c.*

Habitat in domibus, præfertim cibariis, pellibus, frequens; fæpe etjam in floribus occurrit.

Defcr. Magnitudo variat; mas fere duplo minor fœmina. Caput parvum nigrum pubefcens punctatum, anterius anguftatum. Antennæ thorace breviores, articulo primo magno ovato nigro pilofo, fecundo breviori fubglobofo, pallido, 3--8 parvis coarctatis, pallidis, exterioribus fenfim craffioribus; clava magna triarticulata nigra, articulo ultimo in mare longiffimo, fubcylindrico, reliquis omnibus fimul fumtis fere æquali; in fœmina vero articulus ultimus ovatus, duobus tantum præcedentibus æquat. Thorax brevis convexus, antice anguftior, emarginatus, poftice

fere duplo latior, finuatus, fupra crebre punctatus pubefcens ater, maculis tribus bafeos albo-pubefcentibus, una intra angulum bafeos utrinque, & tertia in medio ante fcutellum. Elytra magna oblonga, modice convexa, apice rotundata, creberrime punctulata, pubefcentia, nigro-picea, puncto niveo pubefcente in medio dorfo juxta futuram; fæpe etjam lineola alba lateralis pone humerum. Corpus nigro-piceum pubefcens, Pedes rufo-picei, tarfis dilutioribus.

Var. b. colore elytrorum teftaceo aut caftaneo tantum differt.

8. D. Schæfferi: Ovatus niger fub-pubefcens, antennarum clava longiffima enfiformi, pedibus ferrugineis.

Illig col. bor. 1. *319.* 7. *Payk. fn.* 1. 281. *6.*
Megatoma Schæfferi Herbft. col. 4. *93.* 1. *Tab.* *39. f.* 1. *a, b.*
Dermeftes megatoma: Fabr. fyft. eleut. 1. *313. 5.*
Habitat in Finlandia rarius. *Dom. Pfeiff.*

Defcr. Marem tantum vidi, qui eidem fexui præcedentis æqualis fere, & affinis, paullo tamen brevior videtur; Corpus totum nigrum, pube breviffima holofericea inductum, absque punctis albis. Caput ut in præcedente; antennæ bafi ferrugineæ, clava nigra, articulis duobus primis brevibus obliquis, ultimo longiffimo arcuato, compreffo, enfiformi, apicem verfus attenuato. Thorax niger, valde convexus, antice anguftatus, emarginatus, poftice duplo latior, finuatus, & intra bafin utrinque impreffus, fupra fubtiliffime punctulatus. Scutellum minutum triangulare nigrum. Elytra oblonga, convexa, crebre punctulata, nigra. Pectus & abdomen nigra, cinereo-pubefcntia. Pedes ferruginei.

Dermeftes macellarius Fabr. Syft. Elevt. 1. 313. 4. hujus fœmina erit, tefte D. Illig. Mag. 5. 226, 4, 5; fed illum non vidi, qvare differentiam indicare non valeo.

9. D. emarginatus: oblongus nigro-piceus, fub-pubefcens thorace pulvinato poftice marginato, pedibus antennisque ferrugineis.

Payk. fn. 1. 280. 5.

Habitat in pratis fylvaticis rarius.

Defcr. Statura D. pellionis, fed paulo minor, totus nigro-piceus, tenue pubefcens. Caput parvum deflexum punctatum nigrum. Antennæ totæ ferrugineæ, thorace paullo breviores, articulis duobus bafeos craffis globofis, fex infequentibus minutis coarctatis, clava maxima compreffa triarticulata, inferioribus duobus brevibus latis obliquis, ultimo extus attenuato, triplo longiori. Thorax brevis, antice truncatus, lateribus rotundatus, poftice paullo latior, finuatus, fupra creberrime & fatis profunde punctatus, valde convexus, pulvinatus, feu undique declivis, præfertim poftice, ubi intra marginem profunde impreffus, margine iterum adfcendente reflexo. Scutellum triangulare punctatum. Elytra elongata, convexa, nigro-picea, crebre at tenue punctulata, humeris gibbis, fæpius puncto ferrugineo notatis. Corpus nigro-piceum, grifeo-pubefcens. Pedes ferruginei, femoribus obfcurioribus.

Fœmina fimillima, fed paullo major, antennis brevioribus, clava oblongo-ovata compreffa, articulis fere æqualibus.

10. D. Serra: oblongo-ovatus niger pubefcens, antennis flavis, clava magna compreffa, interne bis profunde incifa.

Fabr. fyft. eleut. 1. 319. 39. *Illig. col. bor.* 1. 319. 8. *Payk. fn.* 283. 8. *Marfh. ent. br.* 1. 63. 7. *Thunb. Inf. Svec.* 6. 81.

Anthrenus Wiennensis Herbst. col. 7. 336. 14. Tab. 115. f. 10. k.?

Habitat in ligno antiquo passim.

Descr. Derm. pellione plerumque paullo minor, brevior, totus niger vel nigro-piceus, nitidus, pube brevissima nigricante undique oblitus. Caput parvum deflexum, nigrum punctatum, ad os angustatum; oculi magni globosi. Antennae longitudine thoracis, totae flavo-testaceae, basi parum obscuriores; articuli 1 & 2 baseos crassi subglobosi; sex insequentes brevissimi coarctati; clava magna tri-articulata compressa, articulo primo magno obconico, apice truncato, intus dilatato, acuminato; secundo brevi triangulari, intus acuto; tertio iterum elongato, interius dilatato, apicem versus angustiori, obtuso. Thorax antice truncatus, angustatus, postice sinuatus, trilobus, supra convexus, sub-punctatus, ad basin utrinque impressus, niger nitidus, lateribus ferrugineo-piceis. Scutellum minutum nigrum. Elytra oblonga, minus convexa, crebre rugoso-punctata, nigro-picea, humeris elevatis. Corpus nigro-piceum punctatum pubescens. Pedes rufescentes, femoribus nigro-piceis.

Obs. Antennae in utroque sexu semper similiter constructae, quare Synonymon Herbstii minus certum judico, etsi a Dom. Illiger in Mag. 1. 385. 39. huc relatum.

11. D. Undatus: elongatus niger pubescens, thoracis angulis, elytrorumpue fasciis duabus remotis undulatis albis.

Linn. syst. nat. 2. 562. 3. fn. sv. 1. 410. Fabr. syst. eleut. 1. 313. 7. Illig. col. bor. 1. 315. 4. Payk. fn. 1. 278. 3. Panz. fn. 75. f. 13. De Geer Ins. 4. 299. 5. Herbst. col. 4. 131. 12. Tab. 40. f. 9. G.

Mega-

Megatoma undulata Herbst. col. 4. 96. 4. Tab. 39. f. 4. a, b. mas.

Habitat in ligno antiquo, domibus, frequens.

Descr. Magnitudo valde variat; D. pellione plerumque minor, angustior, sed magis elongatus. Caput parvum deflexum, crebre punctulatum, atrum. Antennæ nigræ, articulis duobus baseos crassis nodosis, sex insequentibus parvis coarctatis; clava triarticulata nigro-fusca, pubescens, articulo ultimo in mare præcedentibus duplo longiori cylindrico, extus attenuato; in fœmina vero vix elongato, sub-conico. Thorax brevis convexus, postice latior, sinuatus, creberrime punctatus ater, macula alba pubescente intra angulum posticum utrinque, & sæpe alia minor ante scutellum. Elytra elongata, sub-linearia, parum convexa, crebre punctulata, nigra, fasciis duabus albo-pubescentibus undulatis, priore ante medium, altera intra apicem. Corpus & pedes nigri, tarsis piceis.

12. D. sub-fasciatus: ovatus fusco-testaceus, pubescens, elytris griseo subfasciatis, antennis ferrugineis, clava lanceolata 4-articulata.

Habitat in floribus rarius, in Westmannia *D. Crug;* in Finlandia *D. Sahlberg.*

Descr. Parvus, Anthreno musæorum vix major, sed oblongior, statura fere D. Serræ. Caput parvum deflexum punctatum nigro-piceum, cinereo-pubescens. Antennæ breves ferrugineæ, articulis duobus baseos majoribus nodosis, sequentibus 5 parvis, exterioribus sensim crassioribus, clava oblonga, compressa, coarctata, quadri-articulata, ultimo paullo longiori sub-conico. Thorax brevis, antice emarginatus, postice duplo latior, sinuatus, sub-trilobus, supra

ſupra convexus, punctatus, fuſco-teſtaceus, pilis longioribus griſeis depreſſis adſperſus, ad baſin utrinque impreſſus. Scutellum triangulare minutum. Elytra ovata, parum convexa, crebre punctata, fuſco-teſtacea, faſciis nonnullis obſoletis undulatis cinereo-pubeſcentibus, præſertim antice conſpicuis. Corpus fuſco-piceum. Pedes tenues pallide teſtacei.

Obſ. Anthrenus verſicolor Creutz. ent. verſ. 1. 117. 9. Tab. 2. f. 21. a. Dermeſtes verſicolor Illig. Mag. 1. 86. 8-9. huic proximus; ſed noſter triplo minor & alius; Ambo ad Dermeſtides potius quam ad Anthrenos pertinent, & Derm. trifaſciato Fabr. affines.

13. D. **trifaſciatus:** ovatus fuſco-piceus pubeſcens, elytris faſciis tribus undatis, punctoque apicis cinereo-albidis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 313. 8. Oliv. Inſ. 2. 9. 13. 13. Tab. 1. f. 7. a, b. Thunb. Inſ. Svec. 6. p. 78.

Habitat in Svecia *Dom. Pfeiff.*

Deſcr. Statura ovata D. Serra, ſed paulo minor. Caput parvum inflexum, fronte plana, punctata, piloſa. Antennæ breves nigræ, baſi ſub-teſtaceæ, clava oblonga lanceolata, articulo ultimo longiori ſubacuminato. Thorace brevis, antice emarginatus, poſtice duplo latior, ſinuatus, trilobus, ſupra convexus, punctulatus, nigro-piceus, pube cinereo-albida, poſtice denſiori tectus. Scutellum parvum acuminatum. Elytra ovata, modice convexa humeris gibbis, crebre punctulata, nigro-picea, faſciis tribus flexuoſo-undatis, punctoque apicis e pilis griſeo-albidis depreſſis. Corpus piceum. Pedes fuſco-teſtacei.

Auctoritate Cl. D. Thunberg & Pfeiff, ut Sveciæ incolam afferre debui; mihi nunquam obvius.

14. D. tomentosus: oblongus convexus fusco-piceus, griseo-pubescens, thoracis lateribus depressis, antennis pedibusque flavo-testaceis.

Fabr. syst. eleut. 1. *316. 22. Oliv. Ins.* 2. *9. 14. 15. Tab. 3. f.* 17. *Herbst. col. 4. 133.* 14. *Tab. 40. f.* 11. *i. I. Illig. col. bor.* 1. *321. 9. Payk. fn.* 1. *282. 7. De Geer Ins. 4. 199. 4. Tab. 7. f. 18, 19. Panz. fn. 97. f. 4. Marsh. ent. br.* 1. *64. 9.*

Trixagus tomentosus Kugell. in Illneid. Mag. 5. 534. 2.

Var. *b.* testaceus immaculatus, pube flavescente tectus, oculis nigris.. *Oliv. Illig. Payk. loc. cit. var. b.*

Dermestes fumatus Fabr. syst. eleut. 1. *316. 21. Herbst. col. 4. 135. 15. Tab.* 41. *f. 1. a. A. Panz. fn. 97. f. 3. Thunb. Ins. Svec. 6. p. 80.*

Dermestes flavescens Marsh. ent. br. 1. *64. 8.*

Silpha testacea Linn. syst. nat. 2. 574. 31. forte.

Habitat in floribus. præsertim rubi idæi & fruticosi, vulgaris; var. *b.* in floribus padi, sorbi, passim copiose; vix mixti occurrunt.

Descr. Statura oblonga & fere magnitudo D. undati, sed magis convexus, totus pube densa griseo-albida depressa tectus. Caput anterius angustatum, ore testaceo, fronte plana punctata; oculi magni globosi nigri. Antennæ totæ pallidæ, articulo primo crasso longiori, secundo æque crasso, ovato, 3, 4, 5 ob-

obconicis, 6, 7, 8 brevioribus perfoliatis, magis coarctatis fensim craffioribus; clava triarticulata, articulo ultimo majore fub-acuminato. Thorax antice truncatus, poftice fub-finuatus, parum latior, lateribus rotundatus, medio dilatatus, angulo poftico iterum producto, longius pilofo; fupra punctatus, difco convexus, lateribus, præfertim poftice, depreffis. Scutellum parvum rotundatum obtufum. Elytra oblonga, convexa, pofterius attenuata, fupra crebre punctata, denfe pubefcentia. Corpus fufco-piceum pubefcens, ano dilutius teftaceo. Pedes toti pallide teftacei; tarfuum articulus primus parvus, oblique fectus; 2 & 3 bilobi, fubtus producti, pilofi, quartus minutus, anguftus, intra lobos præcedentis occultatus; ungvicularis longus arcuatus.

Obf. Minus apte huic generi adnumeratur; ftructura antennarum, & adhuc magis tarfuum a reliquis diverfa, Nitidulis & nonnullis Cryptophagi fpeciebus affinis, ut antea obfervavit Dom. Müller in Illig. Mag. 4. p. 203. Inftrumenta Cibaria parum a Genere Dermeftidum difcrepant.

TRIXAGUS.

Palpi quatuor capitati. Maxilla apice membranacea integra. Antennæ capitulo elongato triarticulato, interne bis profunde incifo.

Corpus ovatum. Thoracis anguli poftici in fpinam producti. Pectus fubtus poftice acumine inftructum, e fovea abdominis refiliente ut in Elateribus.

1. T. adftrictor: oblongo-ovatus fub-depreffus fufco-piceus pubefcens, elytris punctato-ftriatis.

Kungel-

Kugellann in Schneid *Mag. 5. 535. 4.*

Dermestes adstrictor. Fabr. syst. eleut. 1. 316. 24. *Illig. col. bor.* 1. *322.* 10. *Herbst. col. 4. 140. 20. Tab. 41. f. 4. d. D. Payk. fn.* 1. *284. 9. Panz. fn. 75. f. 15. Ent. heft. 2. p.* 113.

Elater Dermestoides Linn. syst. nat. 2. *656. 38.*

Elater clavicornis Oliv. Inf. 2. *31. 54. 78. Tab. 8. f. 85. a, b.*

Habitat in quercetis umbrofis paſſim; metamorphofin intra quercus lignum fubit. *D. Hellwig.*

Defcr. Parvus, Derm. tomentofo triplo minor, totus fufco-piceus, tenue pubefcens. Caput retractum, obtufum, fronte convexa punctata lineis duabus elevatis. Antennæ longitudine thoracis, fufco-ferrugineæ, clava magna oblonga, lanceolata, compreffa, triarticulata, altero latere bis profunde incifa, articulo medio breviori, obtufo. Thorax antice emarginatus, anguftior, poftice trilobus, angulis valde productis acutis; ante-fcutellum fub-carinatus, difco convexus, punctatus. Scutellum oblongum fubacuminatum. Elytra oblonga, obtufa, parum convexa, punctato-ftriata. Corpus fubtus dilutius rufopiceum, uti etjam pedes.

Tactus antennas pedesque arcte retrahit, fed dorfo impofitus faltare poteft uti Elateres.

Genus quoad Inftrumenta Cibaria a Dermeftide omnino diftinctum, Elateris magis affine, fed & ab illis diverfum, mandibula integra, palpis non truncatis, & antennarum ftructura alia.

Labrum coriaceum exfertum rotundatum ciliatum integrum. Mandibula cornea arcuata elongata acutiffima inermis. Maxilla brevis, articulo bafeos cor-

nea

neo recto breviſſimo, dorſo palpigero; apicis longiori ſub-reflexo membranaceo ciliato integerrimo. Labium breve corneum anguſtum integrum. Ligula brevis membranacea integra. Palpi 4 capitati: Anteriores paullo longiores, artic. 1. parvo, tenui, 2 brevi obconico, 3 brevi craſſiuſculo, 4 magno craſſo ovato obtuſo, minime vero truncato. Poſteriores triarticulati, ſub apice labii inſerti, artic. 1 & 2 parvis, tertio maximo orbiculato compreſſo lentiformi.

Genus Throſcus Dom. Latreille hoc idem.

ANTHRENUS.

Palpi 4. filiformes. Maxilla ſub-membranacea anguſta bifida, intus ciliata. Labium coriaceo-rotundatum. Antennæ breviſſimæ, in fovea ſub margine thoracis recondendæ, capitulo triarticulato coarctato, artic. ultimo maximo obtuſo.

Corpus parvum ovatum, plerumque ſquamoſum. Caput parvum retractum. Thorax poſtice trilobus. Pedes breves compreſſi, in ſtatu quieto corpori arcte applicati.

1. A. Pimpinellæ: ſupra niger, rufo alboque varius, elytris faſcia antica lata, punctoque apicis albiſſimis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *106. 1. Oliv. Inſ. 2. 14.* 7. 1. *Tab.* 1. *f.* 4. *a, b. Illig. col. bor.* 1. *398.* 2. *Payk. fn.* 2. 1. 1. *Panz. fn. 100. f. 1. Herbſt. col.* 7. *330. 4. Tab. 115. f.* 4. *D.*

Byrrhus Pimpinellæ Marſh. ent. br. 1. 101. 2.

Habitat in floribus umbellatis rarius.

Deſcr.

Descr. Parvus, Anthr. museorum vix longior, sed paullo latior. Caput deflexum nigrum, squamis rufis albisque variegatum. Antennæ fusco-ferrugineæ. Thorax brevis latus, antice truncatus, angustatus, postice dilatatus trilobus, supra parum convexus, squamis rufo-ferrugineis albisque varie maculatus. Elytra lata ovata parum convexa nigra, tenue punctata, dense nigro-squamosa, fascia antica lata angulata, in medio nigro-maculata, punctoque intra apicem albissimis; basis, apex & sutura posterius squamis rufo-ferrugineis, albisque immixtis marmorata. Corpus subtus squamis albissimis tectum, abdominis margine nigro maculato. Femora nigra albo-squamosa; tibiæ & tarsi rufescentes.

2. A. Scrophulariæ: supra niger, thoracis lateribus elytrorumque fasciis squamoso-albidis, sutura rubra.

Fabr. syst. eleut. 1. 107. 4. *Oliv. Ins.* 2. 14. 9. 4. *Tab.* 1. *f.* 5. *a, b.* *Illig. col. bor.* 1. 398. 1. *Herbst. col.* 7. 326. 1. *Tab.* 115. *f.* 1. *A. Payk. fn.* 2. 2. 2. *Panz. fn.* 3. *f.* 11.

Byrrhus Scrophulariæ Linn. syst. nat. 2. 568. 1.

Dermestes Scrophulariæ Linn. fn. sv. 429. *De Géer Ins.* 4. 200. 6. *Tab.* 7. *f.* 20-22.

Var. *b.* futura elytrorum lutescente aut albido-squamosa. *Illig. Payk. loc. cit. var. b.*

Anthrenus histrio Fabr. syst. eleut. 1. 106. 2.

Anthr. Verbasci. Herbst. col. 7. 328. 2. *Tab.* 115. *f.* 2. *B.*

Habitat in floribus Pomonæ, umbellatisque passim; Larva in quisquiliis, pellibus.

Descr. Major reliquis nostratum huius generis. Caput nigrum, puncto frontali albo squamoso. Thoracis structura omnino ut in præcedente; supra in medio niger, linea dorsali, lateribusque late albido-squamosis, puncto nigro. Scutellum triangulare minutum. Elytra lata, ovata, parum convexa, humeris gibbis, nigra squamosa, fasciis tribus albidis, sæpe interne detritis vel interruptis, sutura tota dense rubro-squamosa, interdum ramos ejusdem coloris versus fascias emittente. Corpus subtus dense albido-squamosum, abdominis margine nigro-maculato. Femora nigra; tibiæ & tarsi rufescentes.

Var. b. Simillima, differt tantum colore squamularum suturam tegentium.

3. A. museorum: nigro-fuscus ferrugineo-irroratus, thoracis lateribus elytrorumque fasciis squamoso-griseis, tibiis ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 1. 107. 5. *Oliv. Ins.* 2. 14. 8. 3. *Tab.* 1. *f.* 1. *a, b, c.* *Herbst. col.* 7. 329. 3. *Tab.* 115. *f.* 3. *C.* *Payk. fn.* 2. 3. 3.

Byrrhus museorum Linn. syst. nat. 2. 568. 2.

Dermestes museorum. Linn. fn. sv. 430. *De Géer Ins.* 4. 203. 7. *Tab.* 8. *f.* 1-14.

Anthrenus varius Illig. col. bor. 1. 399. 3. *var. b, c, d, e.*

Anthr. verbasci. Panz. fn. 100. *f.* 2. *var.*

Byrrhus verbasci. Marsh. ent. br. 1. 101. 1.

Habitat in floribus ubique vulgaris; Larva in quisquiliis animalium & vegetabilium; museis etjam noxia.

Descr. Magnitudo valde variat, præcedente semper minor, ejusdemque structuræ omnino. Caput nigrum,

grum, ſquamis griſeis aut fulveſcentibus adſperſum. Antennæ ferrugineæ clava obſcuriori. Thoracis diſcus plerumque nigro-fuſcus, ſquamis griſeis aut teſtaceis parcius irroratus, latera vero, præſertim poſtice denſe albido-ſquamoſa. Elytra nigro-fuſca, ſutura concolore, faſciis ſub-tribus e ſquamis cinereo-albidis & ferrugineo-luteis mixtis, quarum baſeos ſub-annularis, maculam ovatam nigram includens; ſecunda in medio, flexuoſo-undata; tertia intra apicem obliqua, ſæpe cum media ad ſuturam confluens; Faſciæ vero iſtæ ſæpiſſime detritæ & obſoletæ, reſiduis tantum hinc illinc lituris vagis irregularibus, unde deſcriptiones auctorum diſcrepantes. Corpus ſubtus ſquamis cinereis tectum, abdomine maculis marginalibus denudatis nigris. Femora nigra, griſeo-ſquamoſa; tibiæ & tarſi rufeſcentes.

4. A. Verbaſci: nigro-fuſcus, ſupra ſquamis luteis fere tectus, elytris faſciis tribus albis, tibiis nigricantibus.

Oliv. Inſ. 2. 14. 7. 2. *Tab.* 1. *f.* 2. *a-d. Payk. fn.* 2. 4. 4. *Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 107. 7?

Byrrhus verbaſci. Linn. ſyſt. nat. 2. 568. 3.

Anthrenus varius. Panz. fn. 100. *f.* 3. *Illig. col. bor.* 1. 399. 3. *a.*

Anthr. tricolor. Herbſt. col. 7. 333. 9. *Tab.* 115. *f.* 8. *H.*

Habitat in Sveciæ Auſtralis floribus rarius.

Deſcr. Magnitudo, ſtatura & ſumma affinitas præcedentis; differre tamen videtur. Caput parvum, fronte ſquamis luteo-teſtaceis tecta. Antennæ totæ nigræ. Thoracis ſuperficies tota ſquamis veſtita, in diſco luteis, lineola media antica, punctoque ante ſcutellum albis, ad latera præſertim poſtice late albo-

ſquamoſus. Elytra ſquamis luteo-teſtaceis fere undique tecta, faſciis tribus albis, prima a ſcutello verſus marginem ducta obliqua, interrupta, macularis; ſecunda in medio flexuoſa, tertia intra apicem abbreviata, lunulata; interſtitia lutea hinc inde nigro-irrorata. Corpus ſubtus ſquamis cinereo albidis veſtitum, abdominis margine nigro-punctato. Pedes toti nigricantes, tarſis parum dilutioribus.

5. A. hirtus: niger nitidus, ſupra denſe hirtus, antennis pedibusque luteis.

Fabr. ſyſt. eleut. I. *108* II. *Herbſt. col.* 7. *331.* *6. Tab. 115. f. 6. F. Illig. col. bor.* I. *402.* 4. *Panz. fn.* II. *f. 16. Fallén. Obſ. ent. 1. p.* 7.

Var. *b.* Griſeo-teſtaceus totus. *Illig. loc. cit. var. c.*

Anthrenus pubeſcens Fabr. ſyſt. eleut. I. *108. 10.*

Habitat in Scania; in ſeptis ligneis hortorum Lundæ & Malmogiæ menſe Majo & Junio frequens. *D. Fallén.*

Deſcr. Minutus, A. muſeorum duplo aut triplo minor, totus ſupra pilis longis & denſis fuſcis veſtitus, corpore tamen translucente nitido. Caput obtuſum, deflexum, punctatum nigrum; antennæ longitudine thoracis, totæ pallide luteæ. Thorax brevis antice truncatus anguſtatus, poſtice duplo latior, trilobus, diſco antico convexus, intra baſin & latera impreſſus. Scutellum mediocre triangulare nigrum. Elytra magna, ovata, modice convexa, humeris gibbis, tenue punctata, nigro-picea nitida piloſa. Corpus rufo-piceum, tenue pubeſcens. Pedes luteo-teſtacei.

Var. b. Colore pallidiori tantum differt.

Obſ.

Obſ. A. præcedentibus differt: Antennis longioribus; fovea nulla in margine thoracis pro receptione antennarum, & corpore non ſquamis, ſed longa hirſutie erecta tecto; forte proprii Generis.

CRYPTOPHAGUS.

Palpi 4 filiformes. Maxilla externe membranacea bifida elongata ciliata. Labium coriaceum breviſſimum transverſum integrum. Antennæ porrectæ longitudine thoracis, craſſiuſculæ, articulis tribus ultimis majoribus remotis.

Corpus parvum ovatum convexum. Thorax transverſus, poſtice truncatus. Scutellum latum, transverſum, breviſſimum, truncatum.

Sectio 1. Thoracis margine dentato vel crenato.

1. C. Populi: oblongo-ovatus fuſco-ferrugineus pubeſcens, elytrorum diſco nigricante, thoracis lateribus obtuſe bidentatis.

Payk. fn. 3. 355. 4.

Habitat in ligno putreſcente Populi rariſſime, in Weſtrogothia aliquoties lectus.

Deſcr. Statura omnino, & ſumma affinitas proxime ſequentium, ſed duplo major. Caput triangulare, porrectum, fuſco-ferrugineum, pubeſcens, crebre & profunde punctatum; Oculi globoſi nigri. Antennæ prope os inſertæ, longitudine fere thoracis, craſſiuſculæ, nigro-fuſcæ, clava ſub-ferruginea.

Thorax fufco-ferrugineus, antice pofticeque truncatus, difco convexus, crebre & profunde punctatus, pubefcens, lateribus & poftice marginatus, antice paulo latior, angulo quafi reflexo, in dentem oblique fectum exeunte; in medio marginis dens alius minutus, & angulus pofticus etjam acutus. Scutellum breviffimum transverfum ferrugineum. Elytra ovata, modice convexa, crebre punctata, pubefcentia, nigro-fufca, margine omni dilutiori ferrugineo. Corpus & pedes ferruginea, tarfis omnibus regulariter 5-articulatis.

2. C. Lycoperdi: oblongo-ovatus fufco-ferrugineus, profunde punctatus, pubefcentia longiori tectus, thoracis lateribus acute bidentatis.

Herbft col. 4. *176.* 5. *Tab.* 42. *f.* 13. *n.* *N.* *Payk. fn.* 3. *355.* 5.

Dermeftes Lycoperdi *Fabr. fyft. eleut.* 1. *315.* *17.* *Payk. fn.* 1. *289.* 16.

Dermeftes Fungorum. *Panz fn.* *39.* *f.* 14.

Corticaria rufa. *Marfh. ent. br.* 1. 111. *16.*

Habitat in fungis, præfertim Lycoperdine bovifta, minus frequens.

Defcr. Statura omnino præcedentis, fed plus duplo minor, & ratione magnitudinis profundius punctatus, pilis longioribus adfperfus. Caput triangulare obfcure ferrugineum, profunde punctatum; oculi globofi nigri. Antennæ craffæ fufcefcentes, clava dilutiori. Thorax obfcure ferrugineus, crebre & profunde punctatus, longius pubefcens, marginibus nigro-fufcis, longitudine paullo latior, undique marginatus, præfertim poftice & ad latera, difco convexus,

vexus, angulo antico oblique acuminato, & præterea dens parvus acutus in medio marginis lateralis. Scutellum breviſſimum transverſum. Elytra ovata, modice convexa, ruſo-ferruginea, ſutura obſcuriori, crebre punctata, punctis minus profundis quam in thorace, præſertim poſtice, & in dorſo fere in lineas digeſtis; ſuperficies tota pilis longioribus pallidis adſperſa. Corpus ſubtus dilutius ferrugineum nitidum punctatum, parum pubeſcens. Pedes pallide teſtacei.

3. C. fumatus: oblongo-ovatus teſtaceus, tenue punctatus pubeſcens, thorace ſubquadrato, lateribus obtuſe bidentato.

Corticaria fumata. Marſh. ent. br. 1. 110. 12.

Habitat in quisquiliis ad domos, ſat frequens.

Deſcr. Magnitudo, ſtatura & ſumma affinitas præcedentis, ſed differt præcipue ſuperficie tenuius punctata, pubeſcentia breviori depreſſa, & colore pallidiori. Caput & antennæ præterea ut in præcedente conſtructæ. Thorax fere quadratus, vel longitudine parum latior, lateribus ſub-rectis, ſupra modice convexus, crebre at tenue punctatus, ſubtiliter pubeſcens, dente anguli antici obliquo obtuſo, ut & medio minuto, parum prominulo. Scutellum ut in prioribus. Elytra ovata, parum convexa, creberrime at ſubtiliſſime punctulata, tenue pallido-pubeſcentia. Corpus ſubtus teſtaceum nitidum, parum pubeſcens. Pedes pallidiores.

Obſ. Cum varietate pallida ſequentis forte ab auctoribus confuſus, ſed differt præcipue Thorace longiori ſubquadrato, lateribus vix crenulato, minusque convexo, ut & corpore dimidio majore.

Inſtrumenta cibaria hujus Speciei extricare tentavi: Labrum coriaceum exſertum rotundatum ciliatum. Mandibula cornea arcuata acuta, integra. Maxilla palpis bre-

vior, articulo baſeos corneo recto, apice interiori dentem elongatum membranaceum ciliatum emittente; articulus ſecundus membranaceus ciliatus obtuſus. Labium breviſſimum corneum latum transverſum integrum. Ligula coriacea triangularis, apice ſub marginata. Palpi 4 breves inæquales; anteriores paulo longiores. Artic. 1, tenui arcuato; 2, obconico, baſi tenui; 3, brevi craſſo perfoliato; 4, longiori conico, ſub-acuminato. Poſteriores tri-articulati, 1 & 2 brevibus, 3 majore ovato obtuſo. Antennæ craſſiuſculæ, ante oculos prope os inſertæ, articulis 11; 1 craſſiori ſubgloboſo; 2 etjam globoſo, ſed minore; 3 longiori obconico; 4-8 brevibus nodoſis perfoliatis; 9, 10 majoribus ſed brevibus truncatis perfoliatis; 11, reliquis majore ovato, apice ſubacuminato.

Singularis valde & inexſpectata eſt obſervatio a Dom. Müller in Illig. Mag. 4. p. 214. allata, quod tarſi poſtici in altero Sexu plurium Specierum hujus Generis tantum 4-articulati ſint; hoc tamen verum eſſe, in hac ſpecie & nonnullis inſequentibus obſervavi; rarius vero occurrunt hujusmodi ſpecimina, forte mares; tarſi quatuor anteriores in his ipſis ut & omnes in plerisque, ſemper perſpicue, 5-articulati, quare Genus in hac Sectione retinendum judico.

4. C. cellaris: oblongo-ovatus fuſco-ferrugineus pubeſcens, elytris nigro-fuſcis, thorace brevi, lateribus bidentatis, poſtice crenatis.

Payk fn. 3. 356. 6.

Dermeſtes cellaris Fabr. ſyſt. eleut. 1. *319. 40.* *Payk. fn.* 1. *290.* 17.

Var. *b.* Elytris baſi ferrugineis.

Der-

Dermestes Scanicus Linn. syst. nat. 2. *564. 26. fn. sv. 437. Fabr. syst. eleut.* 1. *318. 35?*

Corticaria denticulata. Marsh. ent. br. I. III. *18.*

Var. *c.* Totus pallide testaceus. *Payk. l. c. var. b.*

Cryptophagus crenatus Herbst. col. 4. 177. 6. Tab. 42. f. 14. o. O.

Dermestes cellaris Herbst. Archiv. 4. 22. 12. *Tab. 20. f. 5. Scop. Carn. 14. 62.*

Ips cellaris Oliv. Ins. 2. 18. 10. 13. Tab. I. *f. 3. a, b.*

Habitat in quisquiliis ad domos, & sub arborum cortice, ubique frequens.

Descr. Statura exacte præcedentis, sed duplo minor, & thorax brevior, convexior. Caput triangulare, tenue punctatum pubescens, obscure ferrugineum, oculis globosis nigris. Antennæ fusco-ferrugineæ clava pallidiori. Thorax brevis, longitudine fere dimidio latior, lateribus & postice marginatus, supra convexus, crebre & tenue punctatus, pubescens, fusco-ferrugineus, marginibus, præsertim postico nigricantibus; angulus anticus productus, oblique acuminatus, & dens in medio marginis protuberans acutus, unde spatium interjacens emarginatum evadit; margo a dente medio ad angulum baseos introrsum obliquus subtilissime crenulatus. Scutellum breve transversum nigrum. Elytra ovata, parum convexa, subtilissime & crebre punctulata, pallido-pubescentia, aut fusco-nigra tota, aut basi obscure ferruginea, ut in var. b. Corpus subtus piceo-ferrugineum, ano pallidiori. Pedes pallide testacei.

Var. c. Colore totius corporis rufo-testaceo præcipue differt, vix specie distincta; promiscue tamen

non copulantur, & in utraque inveniuntur ſpecimina tarſis poſticis 4- articulatis.

5. C. Abietis: oblongior ferrugineus pubeſcens, thorace poſtice anguſtiori, margine ſerrato antice unidentato.

Payk. fn. 3. 356. 7.

Dermeſtes Abietis Payk. fn. 1. *291. 18.*

Dermeſtes vini. Panz. fn. 40. *f. 14?*

Corticaria obcordata. Marſh. ent. br. 1. *112. 19.*

Habitat in frondibus Pini Abietis, a primo vere ad autumnum usque, ſat frequens.

Deſcr. Præcedentis var. c, quidem valde ſimilis, ſed paullo minor, longior, magis convexus, & vere diſtinctus; totus ſaturate rufo-ferrugineus, crebre punctatus, pubeſcens. Caput & oculi ut in prioribus. Antennæ ferrugineæ apice pallidiores, capite thoraceque fere longiores, articulis nempe 2, 3, 4, magis elongatis, tenuioribus. Thorax ſub-quadratus, antice paulo latior longitudine, poſtice anguſtior, ſupra convexus, creberrime punctulatus, tenue pubeſcens, lateribus & poſtice marginatus; angulus anticus ſubreflexus, in dentem obliquum obtuſum productus, ut in prioribus; ab hoc angulo margo totus tenue ſerratus vel crenatus, usque ad angulum baſeos. Scutellum breve transverſum. Elytra elongata convexa, creberrime punctulata, tenue pubeſcentia. Corpus rufo-teſtaceum punctatum. Pedes pallidi.

Figura Panzeri bene quidem hanc ſpeciem exprimit, ſed thoracis latera ſerrata non obſervavit, & elytra minus elongata; forte potius ad var. c. præcedentis hoc Synonymon pertinet, ut Dom. Panzer in Crit. Rev. 1. p. 65. ipſe dicit.

6. C. crenatus: oblongo-ovatus sub-depressus, pallide testaceus pubescens, thorace subquadrato, margine laterali tenue crenato.

Fabr. syst. eleut. 1. 319. 41?

Habitat in quisquiliis apud nos rarius.

Descr. Minutus, C. cellari plus duplo minor, totus pallide testaceus pubescens. Caput triangulare subtiliter punctulatum, oculis globosis nigris. Antennae testaceae clava pallidiori, structura ut in prioribus omnino. Thorax fere quadratus, longitudine tamen paullo latior, lateribus parum rotundatus, dorso subdepressus, subtilissime & creberrime punctulatus, lateribus & postice marginatus, margine laterali toto subtilissime crenato, angulo antico deflexo, ad basin utrinque foveola parva impressa. Scutellum minutum brevissimum transversum. Elytra oblonga, dorso depressa, subtilissime & creberrime punctulata, pubescentia. Corpus subtus rufo-testaceum nitidum, parum pubescens. Pedes pallidi.

7. C. serratus: oblongo-ovatus nigro-piceus pubescens, thorace transverso quadrangulo lateribus serrato, antennis pedibusque ferrugineis.

Var. *b.* Piceo-testaceus dilutior.

Habitat in floribus foemineis Salicum, lectus ad Kinnakulle Westrogothiae, rarius.

Descr. Statura & fere magnitudo C. cellario. Caput triangulare pubescens nigrum, profunde punctatum, ore rufo-piceo. Antennae crassae pilosae ferrugineae, longitudine thoracis, structura ut in prioribus. Thorax quadrangulus, transversus, longitudine dimidio latior, lateribus parum rotundatis, argute serratis:

tis; niger nitidus convexus, profunde punctatus, pubescens, lateribus & postice marginatus. Scutellum breve transversum nigrum. Elytra oblonga, modice convexa, crebre punctata, longius pubescentia, nigro-picea, apice plerumque dilutiora. Corpus subtus piceum, ano dilutiori. Pedes ruso-ferruginei.

Var. b, tantum colore pallidiori differt; an hæc potius Derm. crenatus Fabr.?

8. C. bimaculatus: oblongo-ovatus ferrugineus pubescens, thorace transverso quadrangulo lateribus serrato, elytris macula laterali nigra.

Dermestes bimaculatus. *Panz. fn.* 57 *f.* 7.

Habitat sub fucis exsiccatis & quisquiliis e mari rejectis, ad littora Banusiensia passim.

Descr. Statura omnino præcedentis, sed paullo minor. Caput triangulare, crebre punctatum ferrugineum pubescens, oculis globosis atris. Antennæ ferrugineæ longitudine thoracis, structura ut in prioribus. Thorax quadrangulus, longitudine latior, lateribus & postice marginatus, margine laterali tenue serrato; supra convexus, crebre punctulatus, pubescens, obscure ferrugineus. Scutellum breve transversum fusco-ferrugineum. Elytra oblonga, convexa, crebre punctulata, pube pallida longiori undique adspersa, ferruginea, macula magna nigro-fusca, a medio marginis oblique versus suturam extensa, suturam tamen non attingente. Pectus & abdominis basis nigro-picea punctata, ano dilutiori. Pedes ruso-ferruginei.

9. C. Fungorum: oblongo-ovatus niger pubescens, thoracis lateribus sinuatis, antennis, elytris pedibusque ruso-ferrugineis.

Ha-

Habitat in Fungis arboreis, præſertim Populi, in Weſtrogothia rarius.

Deſcr. C. cellari plus duplo minor. Caput triangulare pubeſcens punctatum nigrum, ore rufo-piceo; oculi atri prominuli. Antennæ ferrugineæ, longitudine thoracis, ſtructura ut in prioribus. Thorax modice convexus niger, crebre punctulatus pubeſcens, lateribus & poſtice marginatus, longitudine paulo latior, præſertim antice; margine laterali ſub-ſinuato, vix crenato. Scutellum parvum transverſum fuſcum. Elytra oblonga, thorace latiora, parum convexa, crebre punctulata, pubeſcentia, rufo-ferruginea immaculata. Corpus ſubtus nigro-piceum nitidum, ano dilutiori. Pedes pallide rufo-ferruginei.

10. C. Shönherrii: oblongus ſubdepreſſus niger, pubeſcens, thorace, lateribus ſub-crenato, poſtice acutangulo, antennis tibiisque ferrugineis.

Habitat in quisquiliis prope Holmiam, *D. Schönherr*, Fabricæ Sericinæ poſſeſſor Holmienſis. Synonymiæ Inſectorum auctor eximius, amicus mihi exoptatiſſimus.

Deſcr. Parvus, C. fungorum anguſtior. Caput triangulare nigrum ſub-nitidum, punctulatum, pubeſcens, oculis globoſis atris. Antennæ longitudine thoracis, obſcure ferrugineæ, articulo primo nigro. Thorax niger ſub-nitidus, parum convexus, crebre punctulatus, cinereo-pubeſcens, lateribus & poſtice marginatus, antice longitudine latior, margine laterali rotundato, ſubtiliſſime crenulato, poſterius introrſum ſinuato, angulo poſtico iterum producto acuto. Scutellum breviſſimum transverſum. Elytra oblonga, ſubdepreſſa, crebre punctulata, cinereo-pubeſcentia, nigra, ſub-nitida. Corpus nigrum nitidum pun-

punctatum. Femora nigra sub-clavata, basi ferruginea; tibiæ ferrugineæ, apice obscuriores; tarsi pallidi subtus spongiosi.

11. C. brunneus: elongatus fusco-castaneus glaber, thorace quadrato lateribus crenulato, elytris punctato-striatis.

Habitat in Bothnia Orientali rarissime. *D. Falander.* Specimen hoc unicum vidi.

Descr. Facies ab hoc genere aliena; magnitudo & fere statura Lycti contracti Fabr. sed structura antennarum, tarsuum & scutelli, omnino cum Cryptophagis conveniunt. Caput crassum porrectum fusco-castaneum, antice rotundatum, supra profunde punctatum, fronte foveolis duabus inter antennas; oculi globosi atri; mandibulæ latæ, conniventes. Antennæ fusco-castaneæ, incrassatæ, vix thoracis longitudine, structura omnino hujus generis. Thorax fere quadratus, angulis omnibus rectis, supra convexus, crebre & profunde reticulato-punctatus, glaber, linea dorsali longitudinali lævi; lateribus & postice tenue marginatus, margine laterali sub-crenulato. Scutellum latum brevissimum transversum. Elytra thorace paulo latiora, valde elongata, sub-linearia, convexa, regulariter punctato-striata, fusco-castanea glabra. Corpus subtus dilutius rufo-castaneum, crebre punctulatum. Pedes breves validi rufo-testacei, tarsis omnibus 5-articulatis.

12. C. Typhæ: oblongus niger, dense cinereo-pubescens, thoracis margine subtilissime crenulato, antennis pedibusque rufescentibus.

Fallén Obs. ent. 1. 16.

Ips Caricis. Oliv. Inf. 2. 18. 15. 23. Tab. 3. f. 23. a, b.

Habitat in floribus plantarum aquaticarum, Typhæ, Sparganii, Caricum, in Scania & Westrogothia, passim copiose.

Descr. C. cellari vix latior, sed dimidio longior, convexus niger, supra pube densa depressa cinereo-virescente tectus. Caput triangulare nigrum, crebre punctulatum, pubescens, oculis globosis nigris. Antennæ vix thoracis longitudine, rufescentes, clava sæpe obscuriori. Thorax niger pubescens, crebre punctulatus, valde convexus, antice posticeque truncatus, longitudine vix latior, lateribus rotundatis medio dilatatis, angulo postico acuto; ad latera & postice tenue marginatus, margine laterali subtilissime crenulato. Scutellum breve transversum ovatum. Elytra elongata convexa nigra pubescentia, crebre punctulata. Corpus subtus nigrum punctatum, ano rufescente. Pedes crassiusculi rufescentes, tarsis fuscis; Structura tarsuum nonnihil a reliquis diversa; articuli nempe 2 & 3 bilobi, subtus pilosi; quarto minuto, intra lobos antecendentis fere occultato; convenit itaque in his, & quodammodo in habitu aliisque notis, cum Dermestide tomentoso antea descripto.

Sectio 2. Thoracis margine integro.

13. C. Silaceus: oblongo-ovatus sub-pubescens, flavo-testaceus, elytris abdomineque saturatioribus, thorace transverso rectangulo.

Tenebrio pallens Payk. fn. 1. 90. 5. Schönh. synon. 1. 151. 29.

Ips

Ips Silacea Herbst. col 4. 169. 6. Tab. 42. f. 7. g, G.

Silpha castanea. Marsh. ent. br. I. 122. 20.

Var. *b.* Antennis brevioribus nigris, basi apiceque pallidis; tibiis basi nigris, tarsis posticis 4-articulatis; forte mas.

Mycetophagus nigricornis. Fabr. syst. eleut. 2. *369. 24.*

Dermestes nigricornis. Thunb. Ins svec. 6. p. 80.

Tenebrio pallens var. b. Schönh. synon. loc. cit.

Habitat in frutetis & floribus rarius; etjam ad domos lectus.

Descr. Major reliquis hujus generis, Derm. Serra paulo longior, minus convexus. Caput porrectum antice rotundatum, supra subtilissime punctulatum & pubescens, ochraceo-flavum, oculis atris, parum prominulis. Antennæ vix thoracis longitudine, pallidæ, articulis mediis basi fuscis, structura omnino ut in reliquis. Thorax transversus, longitudine dimidio latior, omnino rectangulus, integerrimus, undique tenue marginatus, parum convexus, subtilissime punctulatus & pubescens, supra & subtus pallide ochraceus, in vivo fere albidus. Scutellum brevissimum transversum ferrugineum. Elytra ovata, thorace paulo latiora, ante medium dilatata, parum convexa, sub oculo acute armato subtilissime punctulata & pubescentia, saturatius testacea; Striæ obsoletissimæ obscuriores in dorso quasi e pagina inferiori translucentes observantur in certo animalculi versus lucem situ, sed in superficie non exsistunt, nisi unica abbreviata prope suturam. Pectus & abdomen ferruginea nitida punctata. Pedes flavo-pallidi, tibiis basi angustatis obscurioribus; Tarsi omnes evidenter 5-articulati.

Var.

Var. b. ſeu alter Sexus, differt antennis brevioribus craſſioribus, articulis ſeptem minoribus, intermediis nigro-brunneis, tibiarum baſi ſaturatius nigra, & tarſis poſticis 4-articulatis.

Obſ. Dom. Prof. Illiger in Mag. 4. 165. 24. affert, hanc ſpeciem a Dom. Prof. Knoch ad peculiare genus, Antherophagus dictum, relatam eſſe; ſed ut mihi videtur, non inepte Cryptophagis aſſociari queat; cum illis enim, quod ad ſtructuram antennarum, ſcutelli & tarſuum ſingularem variationem, ſecundum ſexum, omnino conveniens eſt; Inſtr. Cib. etjam parum differunt.

14. C. Pallens: oblongo-ovatus ferrugineus ſub-pubeſcens, thorace transverſo rectangulo convexiore, capiteque profundius punctatis.

Tenebrio pallens Linn. ſyſt. nat. 2. 675. 10. fn. ſv. 820? Herbſt. col. 8. 9. Tab. 117. 10 Tom. 7. 257. 24. Oliv. Inſ. 3. 57. 19. 26. Tab. 2. f. 25.

Var. *b.* Antennis brevioribus nigris, baſi apiceque pallidioribus, tibiis baſi nigris, tarſis poſticis 4-articulatis; forte Mas.

Tenebrio pallens Fabr. ſyſt. eleut. 1. 149. 24. id. var. b. Payk. fn. 1. 91.

Habitat in frutetis & floribus paſſim.

Deſcr. Statura & ſumma affinitas præcedentis, differre tamen videtur, plus duplo minor. Caput ſaturate ferrugineum, ſub-pubeſcens, punctis crebris impreſſis, multo evidentioribus quam in priori; Antennæ ut in illo. Thorax transverſus rectangulus ferrugineus nitidus, magis convexus & profundius punctatus quam in præcedente. Scutellum & elytra ut in illo, ſed elytra huic thorace pallidiora. Corpus

 totum

totum subtus saturate ferrugineum. Pedes pallidius testacei, tibiarum basi fusca.

Var. b, seu alter sexus simili modo a consocio differt ut in præcedenti; vero simile itaque videtur, species esse distinctas, quamvis parum discrepant, nisi magnitudine & colore.

15. C. glaber: oblongo-ovatus rufo-testaceus glaber, sub-depressus, thorace transverso, antice emarginato.

Habitat in quisquiliis rarius; sub nido Bombi muscorum semel plures legi.

Descr. C. cellari paullo latior, non vero longior. Caput triangulare porrectum, apice rotundatum, rufo-ferrugineum læve, oculis globosis nigris. Antennæ longitudine thoracis, crassæ, fusco-ferrugineæ, clava pallidiori. Thorax transversus, antice late emarginatus, postice truncatus, lateribus sinuato-rotundatus, angulo antico antrorsum producto, extus oblique truncato; undique tenue marginatus, disco convexus, rufo-ferrugineus nitidus lævis. Scutellum brevissimum transversum ferrugineum. Elytra ovata, modice convexa, vix visibiliter punctulata, rufo-ferruginea. Corpus & pedes saturate rufo-testacea, tarsis omnibus 5-articulatis.

16. C. semi-niger: oblongo-ovatus niger glaber, capite thorace antennis pedibusque rufis, thorace postice utrinque impresso.

Habitat in quisquiliis rarissime.

Descr. Statura C. cellaris, sed paullo major. Caput sub-triangulare rufum nitidum, vix punctatum, oculis globosis nigris. Antennæ longitudine thoracis crassæ ferrugineæ, pubescentes, articulo ultimo reliquis majore. Thorax rufus nitidus lævis transversus, antice

antice ſub-emarginatus, poſtice truncatus, angulis acutis elevatis, & intra angulum utrinque impreſſus, lateribus & poſtice marginatus. Scutellum breviſſimum transverſe ovatum, fuſco-ferrugineum. Elytra ovata, parum convexa humeris gibbis, nigra nitida glabra, tenue punctata, apice-rufo picea. Pectus & abdomen nigra nitida, ano rufeſcente. Pedes rufo-ferruginei, tarſis ſubtus pubeſcentibus.

17. C. nigripennis: ovatus convexus rufo-teſtaceus nitidus glaber, elytris punctatis nigris, abdomine rufo-piceo.

Dermeſtes nigripennis Payk fn. I. *292. 20.*
Latridius ater, var. b, nigripennis, Kugellann in Schneid. Mag. 5. 578.

Cryptophagus ruficollis Panz. fn. 99. f. 13.

Habitat in quisquiliis ad domos rarius.

Deſcr. Minutus, C. Abietis fere duplo minor, brevis convexus. Caput triangulare convexum, ſubtiliſſime punctatum, rufum, oculis nigris. Antennæ thorace fere longiores, craſſæ, porrectæ, baſi valde approximatæ, prope os inſertæ, totæ rufo-ferrugineæ. Thorax transverſus, antice paullo anguſtior, deflexus, lateribus rotundatus, poſtice transverſim profunde & late impreſſus, marginatus, diſco elevato, pulvinato; ſubtiliter punctatus, ſupra & ſubtus rufo-teſtaceus nitidus. Scutellum breviſſimum transverſe ovatum ferrugineum. Elytra magna, thorace latiora, valde convexa, apice obtuſa, nigra nitida, punctis ſparſis impreſſa, Abdomen rufo-piceum. Pedes ferruginei.

18. C. ater: ovatus convexus niger pubeſcens, elytrorum apice antennis pedibusque rufo-ferrugineis, thorace poſtice latiore,

Cateretes ater Herbst. col. 5. 15. 5. Tab. 45. f. 5. e. E.

Dermestes ater Panz. fn. 23. f. 9.

Latridius ater Kugellann in Schneid. Mag. 5. 577. 10.

Dermestes fimetarii Payk. fn. 1. 293. 21.

Silpha nitidula Marsh. ent. br. 1. 123. 24.

Var. *b.* brunneus, elytrorum apice, antennis pedibusque pallidis.

Var. *c.* Pallide testaceus totus Kugellan. l. c. var. c.

Habitat in quisquiliis ad domos sat freqnens.

Descr. Statura omnino præcedentis, sed plerumque paullo minor. Caput parvum retractum triangulare nigrum punctatum, ore rufescente. Antennæ thorace fere longiores crassiusculæ, totæ rufo-ferrugineæ, articulo primo magno elongato. Thorax transversus niger pubescens, crebre punctatus, angulis anticis valde deflexis & capiti applicatis, postice paullo latior, angulis acuminatis, lateribus & postice marginatus, disco valde convexo, pulvinato. Scutellum brevissimum transversum nigrum. Elytra magna, ovata, thorace latiora, in medio dilatata, valde convexa, crebre punctata, pubescentia, nigra, versus apicem sensim dilutius testacea. Corpus nigro-piceum, ano dilutiori. Pedes toti pallide rufo-ferruginei.

Var. b & c tantum colore differunt.

19. C. mesomelus: ovatus convexus niger pubescens, elytris testaceis, basi determinate nigris, antennarum basi pedibusque rufo-testaceis.

Der-

Dermestes mesomelus. Payk. fn. 3. add. 448. 20-21. Herbst. col. 4. 143. 24. Tab. 41. f. 7. G

Latridius mesomelus Kugell. Schn. Mag. 5. 574. 4.

Silpha Phæorrhœa Marsh. ent. br. 1. 124. 28.

Habitat in quisquiliis & sub cortice arborum rarius; sub fucis rejectis exsiccatis ad littora maris in Bahusia pluries legi.

Descr. Præcedente paullo minor; Statura fere eadem, eique valde affinis, attamen vere diversus. Caput & antennæ ut in præcedenti, sed antennarum clava fusca, longius pubescens. Thorax transversus niger, margine antico sæpe rufescente, lateribus rotundatus, ante medium dilatatus, postice angustior, truncatus, ad latera & basin marginatus, disco convexus, pulvinatus, pubescens, punctatus. Scutellum ut in priori. Elytra thorace paullo latiora, modice convexa, crebre punctata, pubescentia, rufo-testacea, interdum pallida, basi determinate nigra, qui color versus marginem ulterius descendit; apex etjam sæpe fuscus. Corpus nigro-piceum, ano dilutiori. Pedes toti pallide rufo-testacei.

20. C. fimetarii: oblongo-ovatus niger sub-pubescens, thoracis angulis rotundatis, antennarum apice, elytris pedibusque ferrugineis.

Dermestes fimetarius Fabr. syst. eleut. 1. 316. 20.

Cateretes fimetarii Herbst. col. 5. 14. 4. Tab. 45. f. 4. d, D.

Dermestes fenestralis. Linn. syst. nat. 2. 563. 15. Fn. sv. 423. forte.

Var. *b.* Saturate ferrugineus, antennis pedibusque dilutioribus.

Dermestes minutus. *Payk. fn.* 1. 294. 22.

Var. *c.* Nigricans, antennis pedibusque dilute ferrugineis. Derm. minutus var. *b. Payk. l. c.*

Habitat in fungis & quisquiliis passim.

Descr. Magnitudo variat; majores Cr. Abietis fere æquales, plerique vero duplo minores & ultra; statura magis oblonga, quam proxime præcedentium. Caput retractum triangulare nigrum punctatum, ore ferrugineo; oculi magni atri, parum prominuli. Antennæ longitudine thoracis, crassæ, pilosæ, ferrugineæ, basi plerumque obscuriores. Thorax longitudine vix latior, valde convexus, pulvinatus, niger pubescens punctatus, anterius paullo angustior, lateribus & postice tenue marginatus, angulis posticis rotundatis; in medio laterali leviter impressus, ut superne inspectus sub-emarginatus appareat. Scutellum breve transverse ovatum nigrum. Elytra thorace plus duplo longiora, convexa, fusco-ferruginea, crebre & sat profunde punctata, pubescentia. Corpus nigrum pubescens. Pedes ferruginei.

Obs. Var. major certe Derm. fimetarius Cl. Fabricii, secundum specimina in Musæo Dom. T. Lund Hafniæ visa; var. b. & c. colore & magnitudine differunt; Dermestes minutus Cl. Fabricii ad Latridium gibbosum Herbstii pertinet, secundum Musæum jam memoratum.

21. C. fuscipes: oblongo-ovatus niger pubescens, antennis pedibusque concoloribus, thorace postice latius marginato.

Ha-

Habitat in quisquiliis, præcipue ſub fucis exſiccatis ad littora Bahuſienſia.

Deſcr. Cr. atro affinis, ſed plerumque paullo minor, & magis oblongus. Caput retractum triangulare nigrum, ſubtiliſſime punctulatum. Antennæ craſſæ, piloſæ, longitudine thoracis, totæ nigræ. Thorax longitudine paulo latior, valde convexus, pulvinatus, niger, pubeſcens, lateribus rotundatus, ibique anguſte, poſtice vero latius marginatus, angulis omnibus obtuſis. Scutellum breve ovatum transverſum. Elytra thorace plus duplo longiora, convexa nigra, crebre punctulata, pubeſcentia, in medio dilatata. Corpus & pedes nigra pubeſcentia.

22. C. puſillus: oblongo-ovatus ferrugineus pubeſcens, pectore elytrisque obſcurioribus, thorace brevi transverſo lateribus rotundato.

Var. *b.* pallide teſtaceus totus.

Dermeſtes puſillus. *Payk. fn.* I. 295. 23.

Habitat in fungis & quisquiliis paſſim.

Deſcr. Minutus, præcedente adhuc fere duplo minor. Caput retractum triangulare ferrugineum, oculis nigris. Antennæ craſſæ piloſæ ferrugineæ, thorace fere longiores. Thorax brevis latus ferrugineus punctulatus pubeſcens, lateribus valde rotundatus, ibique & poſtice tenue marginatus, diſco convexus, pulvinatus. Scutellum breve transverſe ovatum ferrugineum. Elytra thorace fere triplo longiora, modice convexa, crebre & ſat profunde punctulata, fuſco-ferruginea, pubeſcentia. Corpus ferrugineum, pectore ſub-piceo. Pedes pallidiores.

Var. c, tantum colore totius corporis pallidiori differt.

23. C. **hirtus**: oblongo-ovatus ferrugineus hirtus, thorace pulvinato bi-marginato, elytris profunde punctato-sub-striatis.

Silpha hirta. Marsh. ent. br. 1. 124. *29.*

Habitat in domibus, præsertim stabulis pecudum, locis suffocatis.

Descr. Magnitudo & fere statura Cr. Atri, totus saturate ferrugineus, longius pilosus, præsertim in elytris. Caput triangulare ferrugineum, tenue punctulatum, oculis nigris. Antennæ arcuatæ ferrugineæ, longitudine thoracis, articulo ultimo lenticulari, antecedentibus duobus majore. Thorax brevis transversus ferrugineus punctatus pilosus, disco convexus pulvinatus, lateribus & postice marginatus, & præterea intra marginem lateralem utrinque linea alia elevata, margini fere paralela, unde bimarginatus apparet. Scutellum brevissimum transversum ferrugineum. Elytra ovata, valde convexa, anterius thorace latiora, posterius attenuata, ferruginea, profunde punctato-substriata, pilis longis sub-erectis hirta. Corpus subtus ferrugineum pubescens. Pedes pallidi glabriusculi.

24. C. **globulus**: globoso-ovatus niger glaber, thorace postice sinuato, elytris apice rufescentibus, antennis pedibusque pallidis.

Dermestes globulus. Payk. fn. 1. *295.* 24.

Habitat in quisquiliis ad domos passim.

Descr. Minutus, præcedente brevior, subglobosus, niger nitidus, glaber, lævis. Caput retractum triangulare nigrum, ore rufescente. Antennæ arcuatæ, thorace fere longiores, totæ ferrugineæ, stipite, tenuiori, clava magna tri-articulata pubescente. Thorax brevis transversus niger nitidus convexus, anterius

rius anguſtior, poſtice ſub-ſinuatus, in medio ante ſcutellum productus, lateribus marginatus, non vero poſtice, nec ibi declivus, ſed elytris adæquatus. Scutellum minutum punctiforme nigrum. Elytra ovata, valde convexa, in medio dilatata, glabra lævia nigra nitida, apice indeterminate ruſeſcentia pellucida. Corpus ſubtus convexum nigrum nitidum. Pedes pallide teſtacei.

25. C. brunnipes: globoſo-ovatus niger glaber, thorace poſtice ſinuato, antennarum baſi pedibusque fuſco-brunneis.

Habitat in fungis & ligno putrido rarius.

Deſcr. Statura & affinitas præcedentis, ſed adhuc fere duplo minor, inter minima inſecta hujus claſſis. Caput parvum retractum triangulare nigrum nitidum læve. Antennæ arcuatæ, baſi obſcure teſtaceæ, clava magna nigricante tri-articulata, articulo ultimo majore lenticulari. Thorax brevis transverſus niger nitidus lævis, antice anguſtior, poſtice ſub-ſinuatus, ante ſcutellum productus, ibique immarginatus, æqualis, nec declivus. Scutellum minutum punctiforme. Elytra ovata convexa nigra nitida lævia, apice obtuſa, vix pallidiora. Corpus ſubtus nigrum nitidum convexum. Pedes brunnei vel fuſco-teſtacei.

26. C. atomus: globoſo-ovatus piceo-teſtaceus glaber nitidus, thorace poſtice ſinuato, antennis pedibusque pallidis.

Habitat in ligno putrido, & ſub cortice arborum emortuarum paſſim.

Deſcr. Statura proxime præcedentium, ſed adhuc minor, adeoque minimus. Caput parvum retractum triangulare piceum, oculis nigris. Antennæ thorace paullo longiores, arcuatæ, totæ pallide teſtaceæ, ar-

 ticu-

ticulis tribus ultimis magnis perfoliatis. Thorax brevis transverſus ferrugineo-piceus nitidus lævis, antice anguſtior & plerumque obſcurior, poſtice ſub-ſinuatus, immarginatus uti in præcedentibus. Scutellum minutiſſimum punctiforme. Elytra ovata lævia glabra nitida piceo-teſtacea, apice dilutiora, obtuſa. Corpus ſubtus convexum piceo-ferrugineum. Pedes pallide teſtacei.

Obſ. Ultimæ tres ſpecies a prioribus hujus generis differunt, thorace poſtice ſub-ſinuato, ſupra æquali, nec pulvinato; ſcutello minuto puncti-formi, & antennis paullo longioribus ſtipite tenuiori; ſed non adeſt aliud Genus, cui aptius inſeri queant; ſcaphidiis tamen aliquatenus appropinquant.

SCAPHIDIUM.

Palpi 4 filiformes. Maxilla bifida. Labium corneum rotundatum integrum. Antennæ thorace longiores tenues, articulis extimis 3, 4 ſ. 5 majoribus remotis.

Corpus parvum ovatum, undique convexum, præcipue ſubtus; anus acuminatus. Elytra plerumque truncata, maculis quatuor rufis.

1. S. 4-maculatum: ovatum nigrum nitidum glabrum, elytris truncatis, maculis quatuor rufis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 575. 1. Oliv. Inſ. 2. 20. 4. 1. Tab. 1. f. 1. a, b, c. Herbſt. col. 5. 132. 1. Tab. 49. f. 4. Panz. fn. 2. f. 1. Payk. fn. 3. 338. 1.

Habitat in fungis & ligno putrido ſylvarum Releciæ auſtralis, præſertim in Hallandiæ faginetis.

Deſcr.

Defcr. Major reliquis noftris hujus generis, Byrrho vario fere æqualis. Caput nigrum nitidum, ante oculos anguftatum, fronte punctulata. Oculi magni globofi, atri. Antennæ thorace fere longiores, articulis 6 bafeos rufo-piceis elongatis tenuibus, clava 5-articulata nigra, articulis diftantibus. Thorax oblongus niger nitidus, anterius anguftior, poftice dilatatus, bi-finuatus, angulis acutis; fupra convexus, crebre punctatus: ante bafin ftriga finuata e punctis majoribus impreffis. Scutellum parvum nigrum, apice obtufum. Elytra ovata nigra nitida marginata, medio dilatata, apice truncata, abdomine breviora, difco vage punctata, ftria unica futurali, antice juxta bafin arcuatim continuata, verfus humerum usque; in utroque maculæ duæ magnæ rubræ, altera prope humerum arcuata, altera intra apicem transverfa, ambæ inæquales undulatæ, futuram non attingentes. Corpus fubtus valde convexum nigrum nitidum, fubtiliter punctulatum, ano acuminato. Pedes elongati nigri nitidi, tarfis rufo-piceis.

2. S. agaricinum: ovatum nigrum nitidum, antennis pedibusque rufo-teftaceis, elytris truncatis, margine apicis rufefcente.

Fabr. fyft. eleut. 2. *576.* 4. *Oliv. Inf.* 2. *20.* 5. 4. *Tab.* 1. *f.* 4. *a, b.* *Herbft. col.* 5. 134. 2. *Tab.* 49. *f.* 5. *e.* *Panz. fn.* 2. *f.* 2. *Payk. fn.* 3. *339.* 2.

Silpha agaricina *Linn. fyft. nat.* 2. *570.* 9. *Fn. fv.* 448.

Sphæridium pulicarium Borf. fn. etr. Mant. 21. 46.

Var. *b.* Rufo-piceum totum.

Scaphidium boleti Panz. fn. 12. *f.* 16. *Crit. Rev.* 1. 137.

Habitat

Habitat in fungis & truncis putridis non infrequens.

Defcr. Parvum, gibbum, Nitidulæ virefcenti minus. Caput nigrum nitidum, læve, anterius anguftatum, ore palpisque rufis. Antennæ longitudine thoracis, tenues rufefcentes, articulis 2 bafeos craffioribus, ultimis 5 valde elongatis majoribus remotis pilofis. Thorax convexus niger nitidiffimus, non nifi fub oculo acute armato, fubtiliffime punctulatus, antice anguftior, poftice dilatatus, bi-finuatus, feu ante fcutellum productus. Scutellum minutiffimum fere occultatum. Elytra thoraci adæquata, magna, convexa, vage at non crebre tenuiter punctulata, nigra nitida, apice truncata, margine apicis rufefcente; ftria futuralis unica parum profunda, antice nonnihil producta. Corpus fubtus valde convexum nigrum nitidum punctulatum, ano acuminato rufo-piceo. Pedes elongati, tenues rufefcentes.

Var, b. colore pallidiori tantum differt.

3. S. atomarium: ovale nigro-fufcum pubefcens punctulatum, antennis pedibusque pallidis, fcutello magno, pectore laminato, alis fafciculato-pilofis.

Dermeftes atomarius De Géer *Inf.* 4. 218. 10. *Tab.* 8. *f.* 16-20.

Latridius fafcicularis Herbft. *col.* 5. 8. 7. *Tab.* 44. *f.* 7. *g.* G.

Dermeftes Armadillo Payk. *fn.* 1. 296. 25.

Silpha minutiffima Marfh. *ent. br.* 1. 125. 30.

Habitat in quisquiliis, arena, foliis arborum paffim.

Defcr.

Defcr. Inter minima Infecta coleoptrata, Cryptophago atomo æqualis, totus nigro-fufcus, tenuiffime pubefcens. Caput convexum, bafi latum, verfus os fub-acuminatum, triangulare, nigrum fubtiliffime punctulatum. Antennæ dimidio corpore longiores, pallide teftaceæ, articulis 1 & 2 magnis incraffatis cylindricis, fequentibus filiformibus tenuibus, ultimis tribus craffioribus elongatis nodiformibus, longius pilofis. Thorax magnus latus convexus, fubtiliffime creberrime punctulatus, nigro-fufcus, pubefcens, lateribus rotundatus, angulis pofticis productis. Scutellum magnum triangulare nigrum, punctulatum. Elytra lata, parum convexa, apice obtufa, fere oblique truncata, creberrime fubtiliffime punctulata, pubefcentia, nigro-fufca, apice fæpe pallidiora. Alæ fingulares fafciculato-pilofæ. Corpus nigro-piceum, pectore utrinque lamina quadrata, punctulata, femora poftica obtegente; anus rotundatus, fæpe extra elytra productus. Pedes tenues pallefcentes.

4. S. pufillum: ovatum nigrum nitidum læve glabrum, antennis pedibusque pallidis, elytris integris fub-acuminatis.

Habitat in quisquiliis & ligno putrido rarius.

Defcr. Magnitudo & affinitas præcedentis, præfertim quod ad Antennarum figuram. Caput magnum nigrum nitidum convexum, antice rotundatum, palpis pallidis. Antennæ dimidii corporis longitudine, totæ pallidæ, pilofæ, articulis 1 & 2 magnis incraffatis, 3-8 parvis tenuibus, 9 majore perfoliato, ultimis duobus adhuc craffioribus ovatis, longius pilofis. Thorax latus transverfus niger nitidus, lateribus rotundatus. Scutellum mediocre triangulare nigrum. Elytra ovata, in medio dilatata, apicem verfus attenuata, fupra convexa, nigra nitida lævia, apice fub-teftacea. Alæ breves fufcæ fub-coriaceæ. Cor-

Corpus nigro-piceum nitidum. Pedes breves compressi, pallide testacei.

5. S. armadillo: gibboso-ovatum nigrum nitidum lævissimum, thoracis marginibus, antennis pedibusque pallidis, pectore laminato.

Dermestes armadillus. De Geer Inf. 4. 220. 11. Tab. 8. f. 21-23.

Dermestes convexus. Marsh. ent. br. 1. 73. 38.

Habitat in quisquiliis ad domos rarius.

Descr. Statura proxime præcedentis, sed paullo major. Caput magnum convexum inflexum nigrum nitidum, antice rotundatum, lateribus postice angulatis. Antennæ longitudine thoracis, pilosæ pallidæ, articulis duobus ultimis majoribus oblongis. Thorax brevis latus transversus, supra pulvinatus, niger nitidus, lateribus rotundatus, margine pallidiori pellucido. Scutellum parvum triangulare nigrum. Elytra antice valde convexa, fere gibba, latitudine thoracis, posterius attenuata declivia, longitudine abdominis; supra nigra nitida lævia, pilis paucis depressis, sparsis, apice interdum pallidiora. Corpus nigro-piceum nitidum, pectore utrinque lamina lata quadrata lævi, sub qua femora postica reconduntur. Abdomen subtus planum, ano acuminato. Pedes tenues pallidi.

Obs. Tactus se in globulum contrahit, uti Anisotomæ plures species, capite sub thorace inflexo & thorace iterum abdomini applicato, semen pusillum mentiens; dum vero in plano ambulat, caput, thorax & elytra ab invicem valde remota, & singula convexa, unde insolita facies.

Species tres proxime præcedentes forte proprii generis, sed ob exiguitatem, notas characteristicas eruere non valui.

6. S. longicorne: ovatum nigrum pubescens punctulatum, antennis pedibusque ferrugineis, elytris truncatis dimidiatis.

Payk. fn. 3. 340. 3.

Var. *b.* Minor, antennis pedibusque piceis.

Habitat in fungis & ligno putrescente rarius.

Descr. Minutum, præcedentibus vix majus. Caput triangulare nigrum pubescens punctatum, ore acuminato ferrugineo. Antennæ dimidio corpore fere longiores, crassiusculæ, ferrugineæ pubescentes, articulis 1 & 2 majoribus incrassatis, 3-8 brevibus perfoliatis, ultimo adhuc majore, longiori, acuminato. Thorax brevis, latus, valde convexus, fere pulvinatus, pubescens niger punctulatus, lateribus & postice rotundatus, margine laterali pallido. Scutellum minutissimum punctiforme. Elytra convexa nigra pubescentia, crebre punctulata, apice truncata, abdomine dimidio breviora. Corpus nigrum pubescens, ano acuminato ferrugineo. Pedes tenues testacei, tarsis pilosis.

Var. b. Colore antennarum pedumque obscuriori tantum differt, & quod paullo minor.

BYRRHUS.

Palpi æquales sub-clavati. Maxilla bifida. Labium bifidum. Antennæ compressæ, perfoliatæ, extrorsum crassiores.

Corpus globoso-ovatum, supra valde convexum. Femora & tibiæ compressa, dilatata, canaliculata, corpori arcte applicanda.

1. B.

1. B. pilula: oblongo-ovatus tomentofus fufcus, elytris villis interruptis holofericeo-atris.

Linn. fyft. nat 2. 568. 4. *Fabr. fyft. eleut.* 1. 103. 2. *Oliv. Inf.* 2. 13. 5. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *a, b. Illig. col. bor.* 1. 90. 1. *Panz. fn.* 4. *f.* 3. *Payk. fn.* 1. 73. 1. *Schönh. fynon.* 1. 110. 2.

Ciftela pilula. Scriba Journ. 1. 158. 90. *Marfh. ent. br.* 1. 102. 1.

Var. *b.* Nigricans, thorace cinereo-variegato elytris in medio ftriga duplici flexuofa e punctis albidis vel flavefcenti-aureis.

Schönh. loc. cit. var. d. Payk. loc. cit. var. f. & g.

Byrrhus albo-punctatus Fabr. fyft. eleut. 1. 103. 3.

Ciftela undulata. Marfh. ent. br. 1. 103. 2.

Var. *c.* Totus niger, plerumque detritus, villis elytrorum atris interdum remanentibus.

Schönh. loc. cit. var. e.

Byrrhus ater. Illig. col. bor. 1. 91. 2. *Panz. fn.* 32. *f.* 2. *Thunb. Inf. fvec* 5. 67.

Ciftela ftriata Marfh. ent. br. 1. 103. 3.

Var. *d.* paullo minor, fupra fufco-ferrugineus, elytrorum villis interruptis ferrugineo-aureis.

Ciftela ferruginea Marfh. ent. br. 1. 104. 4.

Ha-

Habitat in aridis, ſub lapidibus & foliis delapſis, præſertim tempore vernali; varietatem d, e Lapponia obtinui.

Deſcr. Reliquis noſtris plerumque major, præſertim longior. Caput valde retractum, fronte convexa, creberrime & ſubtiliſſime punctulata, fuſco-tomentoſa. Antennæ longitudine thoracis, compreſſæ nigræ, artic. 1. magno cylindrico, 2. brevi craſſiuſculo, 3. longiori obconico, baſi tenui; ſequentibus perfoliatis extrorſum ſenſim craſſioribus, ultimo acuminato. Thorax brevis transverſus, valde convexus, lateribus deflexis, margine laterali emarginato, unde anguli omnes producti, acuminati: ſuperficies ſubtiliſſime punctulata, nigro-fuſca, pube cinereo-rufeſcente variegata. Scutellum parvum holoſericeo-atrum. Elytra ovata, valde convexa, undique declivia, ante medium marginis dilatata, ſupra creberrime ſubtiliſſime punctulata, ſtriisque tenuiſſimis exarata, pube fuſco-cinerea tecta, interſtitiis alternis vittis atro-holoſericeis interruptis condecorata. Corpus ſubtus atrum nitidum, creberrime & profundius punctulatum. In pectore & abdominis baſi foveolæ impreſſæ pro receptione pedum. Pedes breves, valde compreſſi, plicatiles, atri, granulato-punctati, tibiis extus crenulatis.

Var b. differt colore nigriori, thoracis dorſo magis cinereo-variegato, & elytrorum dorſo punctis aut argenteo-albidis, aut aureo-flaveſcentibus, duplici ſerie transverſa arcuata abbreviata collocatis notata.

Var. c. tota nigra, pube plerumque detrita; relictis hinc illinc vittis elytrorum atrioribus.

Var. d. differt magnitudine minori, vittis elytrorum ferrugineo-aureis, nec atris, & pubeſcentia magis nitida; vix tamen ſpecie diſtincta.

2. B. fasciatus: brevior ovatus niger tomentoso-squamosus, elytris vittis atris interruptis, fasciaque media arcuata abbreviata rufo-ferruginea.

Fabr. syst. eleut. I. *103. 5.* *Oliv. Inf.* 2. *13. 6. 2. Tab. 1. f. 2.* *Thunb. Inf. sv. 5. 68.* *Schönh. synon.* I. III. 4.

Byrrhus pilula var. d. Payk. fn. I. *75.* I.

Var. *b.* paullo major, fascia elytrorum albida.

Schönh. loc. cit. var. b.

Byrrhus cinctus Illig. col. bor. I. *91. 3. Kugellann. Schneid. Mag. 5. 520.*

Byrrhus dorsalis. Schneid. Mag. 4. 354. 6.

Var. *c.* fuscus vel niger, elytris in medio arcu duplici communi abbreviato utrinque connato, e punctis albidis confluentibus.

Byrrhus Dianæ Fabr. syst. eleut. 1. 103. 4. Illig. col. bor. I. *92. 4. Kugell. Schneid. Mag. 5. 580. 12. Schönh. synon.* I. III. *3.*

Borrhus ornatus Panz. fn. 24. f. 1?

Byrrhus pilula var. c. Payk. fn. I. *74.* I.

Var. *d.* cinereo-fuscus nigro-variegatus, elytris fascia media flexuosa nigra abbreviata.

Byrrhus pilula var. b. Payk. fn. 1. 74. 1. Schönh. synon. I. *110. 2.*

Byrrhus cinctus, Thunb. Inf. sv. 5. 68.

Var.

Var. *e.* fusco-cinereus aut niger, punctis albidis elytrorum minoribus, sæpe obsoletis.

Var. *f.* supra totus ater immaculatus, pube atra depressa vestitus, subtus sæpe ferrugineo-piceus.

Habitat, uti præcedens, in aridis, sub lapidibus, tempore vernali passim; var. *a* & *b*, rarius occurrunt; var. *f*, in Lapponia præsertim legitur.

Descr. Præcedente paullo brevior, sed non angustior, unde magis convexus apparet; ceterum illi valde affinis; formatio partium singularium omnino eadem; magnitudo nonnihil variat, plerumque præcedenti æqualis, imo, interdum major respectu latitudinis; pubescentia magis nitida, e squamis splendentibus immixtis, præsertim versus latera & apicem elytrorum. Signaturæ thoracis, e pubescentia fusco-ferruginea ortæ, plerumque nitidiores, quam in B. pilula. Vittæ elytrorum atræ in plerisque varietatibus exstant. Fascia communis dorsalis varietatum a & b, quodammodo repræsentat figuram Coronæ, anterius trifidam; pone illam observatur in plerisque fascia abbreviata atra, extus attenuata, e maculis vittarum holosericearum conflata; Lineæ & puncta albida dorsalia in var. c & e, eandem circumscribunt figuram uti fascia in var. a & b, sed area inclusa in his non colorata; var. f. tota atra immaculata apparet; attamen vestigia vittarum holosericearum & fasciæ posticæ in plerisque adsunt. Specimina nuper exclusa subtus, una cum pedibus, picea vel ferrugineo-testacea, & hoc in omni varietate. Structura corporis brevior, magis coarctata, præcipue & fere unice Speciem a B. pilula distinguere videtur; sed varietates recensitas ut plures species considerare, prohibet defectus notarum essentialium.

3. B. dorſalis: brevior ovalis ater, thorace, lituris, elytris macula communi media ferrugineis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 104. 7. *Oliv. ent.* 2. 13. 7. 4. *Tab.* 1. *f.* 5. *a, b. Thunb. Inſ. ſv.* 5. 69. *Schönh. ſynon.* 1. 111. 7.

Byrrhus faſciatus. Illig. col. bor. 1. 92. 5. *Panz. fn.* 32. *f.* 1.

Byrrhus pilula var. ε. Payk. fn. 1. 75. 1.

Ciſtela dorſalis Marſh. ent. br. 1. 104. 6.

Var. *b.* Totus ater, elytrorum dorſo punctis albidis ſerie duplici transverſa notatis, ſæpe obſoletis.

Byrrhus ater. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 104. 6. *Oliv. ent.* 2. 13. 6. 3. *Tab.* 1. *f.* 4. *a, b. Schönh. ſynon.* 1. 111. 5.

Byrrhus morio. Illig. col. bor. 1. 93. 6. *Panz. fn.* 37. *f.* 15.

Byrrhus albo-punctatus. Thunb. Inſ. ſv. 5. 69.

Ciſtela bicolor. Marſh. ent. br. 1. 105. 8.

Habitat cum præcedentibus non infreqvens.

Deſcr. Statura brevior convexa omnino B. faſciati, cui valde affinis, ſed ſemper duplo minor & ultra. Corpus totum ſupra vellere atro depreſſo tectum, intermixtis ſquamulis argenteo-ſplendentibus. In dorſo thoracis macula magna inæqualis e pilis fuſco-ferrugineis depreſſis. Scutellum rotundatum holoſericeo-atrum. Elytra atra, tenue punctulata, regulariter ſtriata, interſtitiis alternis vittis holoſericeo-atris ut in præcedentibus; in medio dorſi macula communis ferruginea brevis transverſa inæqualis, quæ undique

que cingitur linea flexuoſo-undulata pallidiori. Corpus ſubtus profundius punctatum nigrum, in junioribus rufo-piceum.

Var. b. magnitudine & colore omnino ſimillima, ſed deſunt in thorace ſignaturæ ferrugineæ, & in elytris macula media ejusdem coloris; in plerisque tamen obſervantur puncta albida duplici ſerie transverſa, eodem ordine diſpoſita; ac linea iſta pallida, quæ maculam centralem in var. a. cingit.

4. B. varius: ovatus niger ſupra æneus, elytris ſtriatis viridibus, interſtitiis alternis nitidioribus nigro-teſſellatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *105. 10. Oliv. ent.* 2. 13. 7. 5. *Tab.* 1. *f. 6. a-d. Illig. col. bor.* 1. 93. 7. *Payk. fn.* 1. 76. 2. *Panz. fn. 32. f. 3. Thunb. Inſ. ſv. 5. 67. Schönh. ſynon.* 1. 112. 11.

Ciſtela ſericea Marſh. ent. br. 1. 104. 5.

Dermeſtes pilula De Géer Inſ. 4. *213. 8. Tab.* 7. *f. 23-26.*

Var. *b.* Elytris obſcuris, maculis obſcurioribus. *Illig. Schönh. loc. cit. var. b.*

Ciſtela fuſca Marſh. ent. br. 1. *105.* 7.

Var. *c.* Abdomine femorumque baſi rufis. *Illig. Schönh. loc. cit. var. c.*

Byrrhus ſtoicus Kugell. Schneid. Mag. 4. *484. 5.*

Habitat in aridis arenoſis, & ad littora ſabuloſa lacuum frequens, var. *c.* rarius occurrit.

Deſcr. Statura præcedentium, ſed B. dorſali adhuc duplo minor. Caput & thorax obſcure ænea, tho-

thoracis dorſo pube fuſco-ferruginea variegato. Scutellum triangulare æneum canaliculatum. Elytra ovata, valde convexa, regulariter ſtriata, ſquamis minutiſſimis tecta, viridi-ænea, interſtitiis alternis magis viridi-nitentibus, maculis quadratis nigris teſſellatis. Corpus & pedes nigra punctulata.

Var. b. obſcurior, elytris fuſco-æneis, interſtitiis alternis maculis quadratis nigris & æneo-virentibus teſſellatis; ceterum omnino ſimilis.

Var. c. ſupra omnino ut var. b, ſed corpus ſubtus, & baſis femorum rufo-ferruginea; forte nuper e Nympha declaratus.

Obſ. Pube omni detrita, totus niger evadit.

5. B. murinus: ovalis fuſcus, ſubtus, niger, elytris vittis atris interruptis, ſtrigisque duabus mediis cinereo-punctatis.

Fabr. ſyſt. eleut. I. *104. 8. Payk. fn. 1. 77. 3. Panz. fn. 25. f. 1. Illig. col. bor.* I. *95. 9. Schönh. ſynon.* I. *112. 8.*

Var. *b.* Pube & pulvere denſa fuſco-ferruginea tectus. *Payk. loc. cit. var. b.*

Byrrhus undulatus. Panz. fn. 37. f. 14. Illig. col. bor. I. *94. 8.*

Byrrhus pulverulentus, Thunb. Inſ. ſvec. 5. 68.

Habitat in aridis ſub lapidibus rarius.

Deſcr. Statura præcedentis, ſed plerumque adhuc duplo minor. Caput fuſco-nigrum, pilis griſeis rigidis adſperſum. Thorax fuſcus, ſignaturis variis griſeis. Scutellum atrum. Elytra fuſco-ferruginea punctata, tenue ſtriata, vittis in ſingulo tribus holoſericeo-atris abbreviatis, e duplici ſerie transverſa undulata punctorum alborum in medio dorſi bis interruptis. Corpus & pedes nigro-fuſca punctulata, pilis cinereis rigidis adſperſa.

In

In var. b. tota pagina fuperior pube & pulvere fufco-ferrugineo adeo obtecta, ut ægre difcerni queant vittæ & puncta elytrorum; detrita pubefcentia totus niger evadit.

6. B. fetiger: brevis ovatus nigricans, fetis rigidis erectis adfperfus, elytris fafciis tribus obfoletis grifeis.

Illig. col. bor. 1. *95. 10. Schönh. fynon. 1. 113. 15.*

Habitat in arenofis Scaniæ, a Dom. *Fryckner* prope Malmogiam lectus, & a Dom. *Fallén* benigne communicatus.

Defcr. Statura omnino præcedentis, fed triplo minor, vix lineam longus. Corpus totum nigro-fufcum, fupra in capite, thorace & elytris denfe adfperfum fetis validis rigidis erectis grifeis, apice incraffatis, & in elytris fere in ftrias digeftis; præterea thoracis fuperficies fere tota & in elytris fafciæ tres flexuofo-undulatæ grifeo-albidæ e fquamis minutis fub-nitidis; elytra fubtiliter ftriata. Corpus & pedes fufco-ferruginea; femora & tibiæ extus fetis rigidis ciliata; ejusmodi fetæ fparfæ etjam in pectore & abdomine obfervantur.

7. B. femiftriatus: oblongo-ovatus niger pubefcens, antennis pedibusque pallidis, elytris bafi tenue ftriatis.

Fabr. fyft. eleut. 1. 104. *9. Illig. col. bor.* 1. *97. 13. Payk. fn.* 1. *78. 5. Panz. fn. 25. f. 2. Schönh. fynon.* 1. 112. *10.*

Ciftela picipes Marfh. ent. br. 1. *105. 9.*

Var. *b.* Piceo-teftacea, antennis pedibusque pallidis.

Cistela picea Marsh. ent. br. 1. 106. 11.

Habitat in graminosis aridis, sub lapidibus, tempore vernali rarius.

Descr. Parvus, B. æneo triplo minor. Caput nigrum nitidum, fronte convexa punctata. Antennæ thorace longiores, pallide rufescentes. Thorax brevis convexus nigro-subæneus nitidus, crebre punctulatus, cinereo-pubescens. Scutellum parvum angustum. Elytra oblongo-ovata, apicem versus attenuata, antice convexa, nigro-subænea nitida, crebre punctulata, pube cinerea hinc inde adspersa, basi striata, striis ante medium desinentibus, excepta suturali integra. Corpus nigrum punctulatum pubescens. Pedes pallide rufescentes.

Var. b. tantum colore pallidiori differt forte nuper exclusa.

8. B. picipes: oblongus nigro-sub-æneus nitidus, pedibus rufis, elytris profundius continue striatis.

Oliv. ent. 2. 13. 9. 9. Tab. 2. f. 9. a, b.

Habitat in Lapponiæ graminosis. Dom. *Grape.*

Descr. Præcedenti quidem affinis, sed vere diversus videtur, corpore fere dimidio longiori, sed non latiori, elytrorumque striis profundioribus ad apicem usque productis. Caput nigro-æneum, fronte valde convexa punctata; Antennæ thorace vix longiores nigræ, medio ferrugineæ. Thorax brevis, valde convexus, nigro-æneus nitidus, crebre punctulatus, pilis griseis adspersus. Scutellum breve obtusum nigrum. Elytra elongata, thorace fere quadruplo longiora, convexa, nigro-ænea, griseo-pubescentia, apice acuminata, regulariter striata, striis in singulo decem sat profundis, fere ad apicem productis, vix pun-

punctatis, interstitiis subtilissime punctulatis Corpus nigro-piceum pubescens. Pedes compressi rufo-testacei, tibiis parum dilatatis.

9. B. aeneus: oblongo-ovatus supra aeneus, griseo-pubescens, scutello albido, elytris vage punctatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 105. 11. *Illig. col. bor.* 1. 96. 11. *Payk. fn.* 1. 78. 4. *Panz. fn.* 91. f. 3. *Schönh. synon.* 1. 113. 12.

Habitat in arenosis aridis sat freqvens.

Descr. Longitudo fere B. varii, sed multo angustior. Caput aeneum nitidum, fronte convexa punctulata cinereo-pubescente. Antennae nigrae longitudine thoracis. Thorax brevis valde convexus, creberrime subtilissime punctulatus, aeneus nitens, cinereo-pubescens. Scutellum rotundatum albido-villosum. Elytra thorace fere quadruplo longiora, valde convexa, aenea nitida cinereo-pubescentia, creberrime vage punctulata, absque striarum rudimento. Corpus & pedes nigra punctatissima, pube densa depressa cinereo-albida tecta. Variat colore obscuriori & virescenti-aeneo.

Familia 7. Nitidulariae.

Antennae plerumque moniliformes, vix thorace longiores, articulis 3, rarius 4 ultimis majoribus, clavam ovatam perfoliatam formantibus. Corpus ovatum, marginatum, in plerisque minus convexum.

ENGIS.

Palpi 4 inæquales, articulo ultimo obtuse subulato. Maxilla cornea subrecta bifida. Ligula rotundata integra. Antennarum clava triarticulata perfoliata, coarctata obtusa.

Corpus oblongo-ovatum glabrum nitidum convexum.

1. E. Sanguinicollis: nigra nitida, thorace, elytrorum maculis quatuor, antennarum apice pedibusque rufis.

Fabr. syst. eleut. 2. 584. 5. *Payk. fn.* 3. 351. 2.

Ips Sangvinicollis Thunb. Ins. Svec. 6. 77.

Dermestes 4-pustulatus. Panz. fn. 6. *f.* 6.

Silpha glabra Schall. Act. Hall. 1. 255.

Habitat in arenosis aridis Westrogothiæ Hallandiæ, tempore vernali rarius.

Descr. Statura omnino E. humeralis, sed duplo major & ultra. Caput parvum retractum triangulare nigrum nitidum punctulatum, ore palpisque rufescentibus. Antennæ crassæ moniliformes rufo-piceæ, clava dilutiori, pubescente. Thorax convexus subquadratus, antice paullo angustior, lateribus & postice marginatus, supra punctatus, undique rufus nitidus, margine antico & postico nigricante. Scutellum breve transversum nigrum. Elytra oblongo-ovata, antice thoraci adæquata, apicem versus nonnihil attenuata, convexa nigra nitida, subtilissime punctato-striata, maculis duabus rufis, altera in ipso humero, oblongo-quadrata, altera versus apicem prope suturam ovata. Pectus & abdomen nigra nitida punctata. Pedes breves validi rufo-ferruginei, femori-

moribus basi obscurioribus. Tarsi 5-articulati, artic. quarto reliquis minori.

2. E. humeralis: nigra nitida, capite, thorace, elytrorum puncto humerali, antennis pedibusque rufis.

Fabr. syst. eleut. 2. *583.* 2. *Payk. fn.* 3. *349.* 1.

Ips humeralis Herbst. col. 4. *167.* 4. *Tab.* 42. *f.* 4. *d. D.*

Dermestes Scanicus Panz. fn. 4. *f.* 9.

Dermestes bipustulatus Thunb. Act. Ups. 4. 4. 6.

Var. *b.* tota pallide testacea immaculata.

Silpha flava Marsh. ent. br. 1. 122. 19.

Habitat sub cortice arborum emortuarum, & in fungis arboreis, sat frequens.

Descr. Parva, oblonga, nitida. Caput triangulare rufum, crebre punctatum, oculis nigris. Antennæ breves crassæ rufæ, clava magna obtusa compressa. Thorax brevis transversus, valde convexus, crebre punctatus, rufus nitidus, lateribus latius, postice tenue marginatus, basi subsinuatus. Scutellum breve transversum nigrum. Elytra oblongo-ovata convexa, tenue marginata, crebre subtiliter punctato-striata, nigra nitida, macula humerali parva ovata rubra. Corpus nigrum nitidum punctatum, ano rufescente. Pedes breves validi rufescentes.

Var. b. tantum colore pallido differt; interdum elytra plus minusque fusca, macula humerali pallidiori, forte nuper exclusa.

3. E. bipustulata: nigra nitida, macula magna humerali elytrorum, antennis pedibusque rufis.

Ips

Ips bipustulata Fabr. syst. eleut. 2. 578. 8 Herbst. col. 4. 168. 5. Tab. 42. f. 5. e. Panz. fn. 94. t. 8.

Engis humeralis var. Illig. Mag. 4. 166. 8.

Habitat sub cortice arborum & in fungis arboreis, apud nos rarissime.

Descr. Magnitudo, statura & summa affinitas praecedentis, sed differt capite thoraceque totis nigris nitidis, & macula humerali elytrorum rufa longe majore; caetera ut in praecedenti omnia; num itaque tantummodo ejus varietas, ubi copiosius occurrit, investiganda erit?

4. E. rufifrons: nigro-picea nitida, capite, antennis, pedibus, macula humerali elytrorum, apiceque rufis.

Fabr. syst. eleut. 2. 583. 4.

Ips rufifrons. Panz. fn. 36. f. 19.

Nitidula rufifrons Marsh. ent. br. 1. 136. 24.

Engis humeralis var. b. Payk. fn. 3. 350. 1.

Habitat sub cortice arborum emortuarum Scaniae. Dom. *Fallén.*

Descr. Statura & fere magnitudo proxime praecedentium, quibus affinis, attamen distincta mihi videtur. Caput triangulare, crebre punctulatum, obscure rufum, ore fusco. Antennae breves crassae obscure ferrugineae, clava obtusa pallidiori. Thorax brevis transversus nigro-piceus punctatus, lateribus marginatus, postice sub-sinuatus. Scutellum breve transversum rotundatum nigrum. Elytra oblongo-ovata convexa, tenue punctato-striata, nigro-picea nitida, macula humerali ovata, apiceque late indeterminate rufo

rufo ferrugineis. Corpus nigro-piceum punctatum, ano ferrugineo. Pedes breves validi rufo-testacei.

TRIPLAX.

Palpi inæquales securiformes. Ligula trifida. Antennæ clava perfoliata, triarticulata, obtusa.

Corpus ut in Genere præcedente.

1. T. Russica: oblongo-ovata rufo-ferruginea nitida, antennis, elytris, pectore scutelloque nigris.

Herbst. col. 5. 147. 1. Tab. 49. f. 12. m.
Silpha Russica Linn. syst. nat. 2. 570. id. fn. sv. 449. Marsh. ent. br. 1. 121. 17.
Triplax nigripennis. Fabr. syst. eleut. 2. 581. 1. Payk. fn. 3. 346. 1.
Ips nigripennis. Panz. fn. 50. f. 7.

Habitat in fungis arboreis non infrequens.

Descr. Major in hoc Genere. Caput triangulare rufum nitidum punctatum, oculis nigris. Antennæ breves crassæ nigræ. Thorax transversus convexus punctatus, lateribus & postice marginatus, undique rufus nitidus. Scutellum ovatum transversum nigrum. Elytra oblongo-ovata, modice convexa, nigra nitida, tenue punctato-striata, interstitiis lævibus. Pectus nigro-cœrulescens nitidum punctatum. Abdomen rufo-ferrugineum nitidum. Pedes rufo-ferruginei, femoribus præsertim posticis, basi nigricantibus; Tarsuum articulus tertius bilobus; quartus minutus, inter lobos tertii occultatus.

2. T. bicolor: oblongo-ovata rufo-ferruginea nitida, elytris nigris, antennis fusco-piceis, basi ferrugineis. *Silpha*

Silpha bicolor. Marsh. ent. br. 1. 122. 18.

Habitat in fungis arboreis rarius.

Descr. Statura præcedentis omnino, sed duplo fere minor, & vere diversa. Caput triangulare rufum nitidum punctatum, oculis nigris. Palpi antici maximi. Antennæ breves crassæ, medio nigro-piceæ, basi rufescentes, articulo ultimo lentiformi fusco-testaceo. Thorax transversus, convexus, punctatus, lateribus sed non postice marginatus, undique rufus nitidus. Scutellum ovatum transversum rufum. Elytra oblongo-ovata nigra nitida, profundius punctato striata, interstitiis vage punctatis. Corpus subtus rufo-ferrugineum punctatum, pectore interdum paullo obscuriori. Pedes breves validi rufo-ferruginei.

3. T. ænea: oblongo-ovata rufo-ferruginea nitida, antennis nigris, elytris coeruleo-virescentibus, thorace postice marginato.

Fabr. syst. eleut. 2. 582. 3. Payk. fn. 3. 348. 3.

Cryptophagus æneus Herbst. col. 4. 173. 1. Tab. 42. f. 9. i.

Silpha ænea. Schall. Act. Hall. 1. 254.

Habitat in fungis arboreis non infrequens.

Descr. Statura omnino præcedentium, sed T. bicolori adhuc duplo minor, & vere distincta, thorace postice marginato, colore alio. Caput triangulare rufum nitidum punctatum, oculis nigris. Antennæ breves crassæ, totæ nigræ, Thorax transversus convexus punctatus, lateribus & postice evidenter marginatus, undique rufus nitidus. Scutellum transversum ovatum rufum. Elytra oblongo-ovata convexa, cœruleo-virescentia nitidissima, punctato-striata, interstitiis

terstitiis subtilissime punctulatis. Corpus rufo-ferrugineum nitidum punctulatum. Pedes breves validi rufescentes.

4. T. rufipes: ovata atra nitida, capite, thorace pedibusque pallide rufis, antennarum clava fusca.

Fabr. syst. eleut. 2. 582. *Payk. fn.* 3. 347. 2.

Ips rufipes Panz. fn. 13. *f.* 17. *Kugell. Schneid. Mag.* 5. 552. 2.

Silpha collaris Schall. Act. Hall. I. 256.

Habitat in Boletis arboreis rarius.

Descr. Statura brevior, magis ovata quam praecedentium, latitudine T. bicolori aequalis. Caput rufum nitidum punctatum, antice magis rotundatum. Palpi antici maximi securiformes. Antennae breves rufae, clava plerumque obscuriori, stipite tenuiori quam in prioribus. Thorax brevis transversus convexus punctatus, undique pallide rufus nitidus, lateribus marginatus, postice subsinuatus, linea impressa obsoleta tenuissima notatus. Scutellum breve rotundatum nigrum. Elytra ovata convexa, apicem versus attenuata, atra nitida, obsoletius punctato-striata, interstitiis crebre punctulatis. Corpus nigrum nitidum. Pedes breves validi pallide rufi.

TRITOMA.

Palpi anteriores securiformes, posteriores subclavati. Ligula brevis sub-emarginata. Antennae clava perfoliata.

Corpus ovatum glabrum nitidum convexum.

1. T.

1. T. bipuſtulata: ovata atra nitida, elytris macula laterali baſeos angulata coccinea, pedibus nigris.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 571. 3. Herbſt. col. 4. 193. 1. Tab. 43. f. 11. Payk. fn. 3. 335. 1. Roſſ. fn. Etr. Mant. 22. 48.

Dermeſtes humeralis. Marſh. ent. br. 1. 67. 18.

Habitat in fungis arboreis, præſertim Fagi, in Svecia Auſtrali paſſim.

Deſcr. Statura & affinitas Tripl. rufipedis; majores etjam magnitudinem illius attingunt; alii duplo minores. Caput ſub-triangulare nigrum nitidum, profunde punctatum, ore piceo. Antennæ breves, ſtipite minus craſſo, ferrugineo, clava magna compreſſa tri-articulata, plerumque nigro-fuſca. Thorax brevis transverſus, antice anguſtior, totus ater nitidus, ſupra convexus, punctatus, lateribus marginatus, poſtice biſinuatus, elytris ad-æquatus, ſcutellum breve ovatum, apice acuminatum, nigrum nitidum. Elytra ovata, apicem verſus attenuata, antice valde convexa, atra nitida, tenue punctato-ſtriata, interſtitiis punctulatis; in utroque humero ſeu baſi exteriori macula magna coccineo-rubra ſinuata, interne anguſtior, punctum humerale fuſcum plerumque includens. Corpus nigrum nitidum punctatum. Pedes breves validi nigri, tarſis ferrugineis; tibiæ apicem verſus dilatatæ.

2. T. glabra: ovata nigra nitida glabra, elytris ſtriatis, antennis pedibusque piceis.

Payk. fn. 3. 335. 2. Fabr. ſyſt. eleut, 2. 572. 7?

Habitat in Uplandia, ſub arborum corticibus rariſſime. *Dom. de Paykull.*

Deſcr.

Defcr. Infectum non nifi in Mufæo Dom. de Paykull, oculo fugitivo vifum, quare defcriptionem Illuftriffimi viri afferre licet: „Præcedente fere dimidio major. Caput nigrum, vix punctulatum; os rufefcens, palpis filiformibus. Antennæ piceæ longitudine thoracis, artic. 1 craffo elongato, 2 moniliformi, 3 elongato obconico. 4-7 moniliformibus æqualibus, 8-10 fenfim craffioribus brevibus perfoliatis, ultimo conico acuminato, duas præcedentes longitudine æquante. Thorax niger, in medio longitudine plus duplo latior, poftice vero, & præfertim antice magis anguftatus, angulis rotundatis; convexus, tenuiter marginatus, oculo armato punctis paucioribus adfperfus. Scutellum læve triangulare minutum nigrum. Elytra nigra, latitudine dimidio longiora, abdomen obtegentia, convexa, profunde ftriata, punctis minutis in ftriis impreffis. Alæ albo-hyalinæ. Pectus & abdomen nigra. Pedes elongati picei, tarfis omnibus 5-articulatis." Forte proprii Generis. Payk. loc. cit.

Obf. In Mufæo ditiffimo Ill. Dom. de Sebeftedt & Lund Hafniæ, a Celeb. Dom. Fabricio fere quotannis luftrato, fub nomine Tritomæ glabræ aliud vidi Infectum, nempe Strongylum atrum Herbft. Col. 4. 188. 8. Tab. 43. fig. 8. feu Sphæridium glabratum Payk. Fn. 1. 56. 3. unde dubium de citatione Fabriciana ortum.

Genera tria proxime præcedentia. & inter fe, & Cryptophagis affinia, forte aptius in familia priori collocanda.

I P S.

Palpi breves filiformes fub-æquales, articulo ultimo truncato. Maxilla membranacea, palpis longior, angufta, integerrima, apice reflexa. Ligula bifida. Antennæ clava perfoliata.

Corpus oblongo - ovatum, convexum, glabrum.

1. I. 4 - pustulata: lineari - elongata subdepressa nigra, elytris maculis duabus rubris, anteriori sinuata.

Fabr. syst. eleut. 2. 579. 11. *Herbst. col.* 4. 164. 1. *Tab.* 42. *f.* 1. *Payk. fn.* 3. 341. 1.

Silpha 4-pustulata. Linn. syst. nat. 2. 570. 5. *Fn. sv.* 446.

Nitidula 4-pustulata. Oliv. ent. 2. 12. 8. 9. *Tab.* 3. *f.* 22. *a, b. Marsh. ent. br.* 1. 130. 2. *Kugell.* Schneid. *Mag.* 4. 511. 7.

Silpha 4-punctata. De Géer Ins. 4. 185. 12. *Tab.* 6. *f.* 20, 21.

Habitat in truncis arborum, præsertim in succo Betulæ, sat frequens.

Descr. Magnitudo valde variat; majores Dermest. lardarium fere æquant, alii usque ad quadruplo minores. Caput magnum exsertum punctatum nigrum nitidum, parum convexum, mandibulis arcuatis bifidis. Antennæ thorace breviores nigræ, stipite tenui. Thorax transversus quadrangulus, dorso planus, niger nitidus punctatus, lateribus late, postice tenue marginatus. Scutellum rotundatum, obtusum, nigrum. Elytra lineari - elongata, subdepressa, crebre & vage punctata, nigra nitida, maculis in singulo duabus rubris, altera in medio baseos sinuata, triloba, altera paullo pone medium transversa ovata. Corpus & pedes nigra, tarsis piceis, evidenter 5 - articulatis.

Variat, forte Sexu, elytris apice rotundatis, aut ad suturam acuminatis.

2. I. 4-punctata: oblongo-ovata convexa nigra nitida, elytris maculis duabus rubris ovatis ſimplicibus remotioribus.

Herbſt. col. 4. 165. 2. Tab. 42. f. 2. b. Payk. fn. 3. 343. 2.

Nitidula 4-punctata Oliv. Inſ. 2. 12. 9. 10. Tab. 3. f. 19. a, b.

Habitat cum præcedente ſat frequens.

Deſcr. Affinis præcedenti, pari modo magnitudine varians, ſed vere diſtincta, corpore multo breviori, magis convexo. Caput & antennæ ut in priori. Thorax transverſus, rectangulus, ſupra convexus, niger nitidus, crebre punctatus, lateribus late, poſtice tenue marginatus. Scutellum breve rotundatum nigrum. Elytra ovata, convexa, crebre punctata, nigra nitida, apice rotundata; in ſingulo maculæ duæ rubræ, altera in medio baſeos, antice acuminata, altera pone medium transverſa ovata. Corpus nigrum nitidum punctatum. Pedes nigro-picei, tarſis dilutioribus.

3. I. 4-guttata: oblongo ovata convexa nigra nitida, pedibus piceis, elytris maculis duabus albidis compoſitis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 580. 16. Herbſt. col. 4. 166. 3. Tab. 42. f. 3. c. Panz. fn. 3. f. 18 Payk. fn. 3. 343. 3.

Nitidula 4-guttata. Oliv. ent. 2. 12. 10. 11. Tab. 3. f. 25. a, b.

Var. *b.* Maculis elytrorum in puncta quinque parva diſcretis.

Nitidula 10-guttata. Oliv. ent. 2. 12. 10. 12. Tab. 3. f. 24. a, b.

Habitat in ſucco truncorum Betulæ in Svecia auſtrali paſſim.

Deſcr. Statura omnino præcedentis, & minoribus ejus individuis æqualis. Caput nigrum nitidum punctatum. Antennæ ferrugineæ, clava obſcuriori. Thorax quadrangulus, latitudine brevior, convexus niger nitidus, lateribus & poſtice marginatus. Scutellum breve rotundatum nigrum. Elytra ovata convexa obtuſa, crebre vage punctata, nigra nitida, macula in medio baſeos triloba, & altera paullo pone medium duplicata transverſa, albis. Corpus nigrum, interdum rufo-piceum. Pedes picei.

In var. b. loco maculæ prioris elytrorum, puncta tria alba, in triangulum poſita, & loco poſterioris puncta duo paria.

4. I. ferruginea: lineari-elongata convevexa punctatiſſima ferruginea, capite obſcuriori, elytris abdomine brevioribus truncatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 580. 17. Payk. fn. 3. 344. 5.

Dermeſtes ferrugineus Linn. ſyſt. nat. 2. 564. 21. fn. ſv. 433.

Lyctus ferrugineus. Kugell. Schneid. Mag. 5. 564. 6.

Lyctus Dermeſtoides Panz. fn. 8. 5. 15.

Habitat ſub cortice arborum emortuarum, præſertim Abietis, minus frequens.

Deſcr. Longitudo fere I. 4-puſtulatæ, ſed anguſtior, convexior, ſub-cylindrica. Caput magnum, exſertum, convexum, profunde & creberrime punctatum,

ctatum, fusco-ferrugineum, oculis parvis nigris. Antennæ thorace breviores, ferrugineæ, clava coarctata obscuriori. Thorax quadratus, convexus, tenue marginatus, crebre & profunde punctatus, ferrugineus nitidus. Scutellum parvum breve rotundatum ferrugineum. Elytra lineari-elongata, convexa, cylindrica, pallidius ferruginea, crebre punctulata, apice truncata, abdomine breviora, stria suturali unica exarata. Corpus rufo-ferrugineum punctatum. Pedes breves validi ferruginei, tibiis apice dilatatis extus acuminatis.

5. I. 4-notata: oblongo-ovata sub-depressa nigra, elytris punctato-striatis, maculis duabus rufis.

Fabr. syst. eleut. 2. 479. 12. *Payk. fn.* 3. 344. 4.
Ips 4-*maculata Thunb. Inf. Ju.* 6. 77.
Silpha 4-*maculata Quens. Ignot. Inf. sp.* 12.

Habitat in truncis Abietinis rarius.

Descr. Statura depressa I. 4-pustulatæ, sed multo brevior. Caput parvum depressum, rugoso-punctatum, nigrum, ore rufo-piceo angustato; oculi nigri valde prominuli. Antennæ thorace breviores ferrugineæ, articulo primo magno globoso, clava ovata, coarctata, compressa. Thorax quadrangulus, longitudine latior, niger nitidus, dorso fere planus, lævissimus, lateribus punctatus, marginatus, Scutellum breve rotundatum nigrum. Elytra thoracis latitudine, ovata, apice obtusa, abdomen occultantia, versus latera carinata, dorso depressa, punctato-striata, nigra nitida, maculis duabus rufis, altera humerali subquadrata, altera paullo pone medium transversa, suturæ propinqua, & fere cum opposita connexa. Corpus nigro-piceum nitidum punctatum. Pedes breves validi picei, tarsis ferrugineis; tibiæ apicem versus dilatatæ, extus ciliato-serratæ,

Obſ. In hac Specie Palporum extimus articulus ſub - acuminatus, & maxilla membranacea reflexa palpis fere brevior, quare Nitidulis nimis affinis, & genera hæc quaſi conjungit.

NITIDULA.

Palpi qvatuor ſub - æquales breves filiformes, articulo ultimo ſub - acuminato. Maxilla membranacea reflexa obtuſa integerrima, palpis brevior. Antennæ breves, clava magna coarctata perfoliata.

Corpus ovatum, latum, obtuſum, depreſſiuſculum, marginatum.

Sect. 1. Thoracis lateribus depreſſis, explanatis.

1. N. punctatiſſima: ovata, ſub - convexa, obſcure ferruginea, creberrime punctulata, thorace inæquali elytriſque nigro-variegatis.

Illig. Schneid. Mag. 5. 598. 6. Panz. fn. 5. f. 7. Silpha maculata De Geer Inſ. 4. 184. 10.

Habitat in ſucco deſtillante arborum, Quercus, Betulæ, Alni, paſſim.

Deſcr. Maxima noſtratum hujus generis, N. varia duplo major, ſed ratione latitudinis brevior, magis convexa, & ut videtur diſtincta. Caput parvum depreſſum angulatum inæquale punctatiſſimum, obſcure ferrugineum, oculis valde prominulis nigris. Antennæ ferrugineæ, clava obſcuriori pubeſcente. Thorax brevis, antice late emarginatus, poſtice truncatus

tus latior, lateribus explanatis depressis, obscure ferrugineus, punctatissimus, disco convexiori inæquali foveolato, nigro obsolete variegato. Scutellum breve cordatum ferrugineum. Elytra lata, ovata, postice rotundata, lateribus late marginata, disco convexiori; obscure ferruginea punctatissima, lituris nigris confluentibus inordinatis obsoletis variegata; paullo pone medium fascia undulata, abbreviata pallidior plerumque conspicitur; Elytris a latere inspectis, detegitur pubescentia brevissima rigida fusca, e pilis erectis, apice deorsum arcuatis; rudimenta quædam obsoletissima striarum elevatarum etjam hinc illinc cernuntur. Corpus ferrugineum punctatum, pectore pallidiori. Pedes pallidius rufo-ferruginei, tarsis anticis in altero sexu apice dilatatis, elevatis.

2. N. varia: oblongo-ovata griseo ferruginea, thorace inæquali, elytrisque, nigro-lineatis maculatisque.

Fabr. syst. eleut. 1. *350. 15. Illig. col. bor. 1. 380.* 2. *Herbst. col. 5. 232. 5. Tab. 53. f. 4. d. Payk. fn.* 1. *347.* 1.

Nitidula variegata, Oliv. ent. 2. 12. 4. 2. *Tab.* 1. *f.* 1. *a-c.*

Silpha grisea Linn. syst. nat. 2. *574. 30. fn. sv.* *464.*

Nitidula grisea. Marsh. ent. br. 134. 15.

Habitat in truncis & succo Arborum sat frequens.

Descr. Statura paullo magis oblonga, minusque convexa quam præcedentis; magnitudo duplo minor & ultra; cæterum valde affines. Caput depressum ferrugineum punctulatum inæquale, oculis prominulis nigris. Antennæ ferrugineæ clava obscuriori. Thoracis

racis ſtructura ut in præcedente, etjam diſco elevato inæquali, foveola nempe antica longitudinali, duabusque transverſalibus obſoletioribus, griſeo-ferrugineus, ſignaturis nigris variis confluentibus. Scutellum parvum breve cordatum ferrugineum. Elytra oblongo-ovata, parum convexa, apice rotundata, griſeo-teſtacea, lineis nonnullis elevatis coſtata, & in his lineæ nigræ interruptæ, antice pauciores, non confluentes, pone medium ſuturæ in maculam majorem lobatam nigro-fuſcam concurrentes; in thorace & elytris pili parvi erecti arcuati griſeo-albidi nitentes ſparſi, in elytris fere ſeriatim diſpoſiti obſervantur. Corpus nigro-piceum, ano dilutiori. Pedes pallide ferruginei, tibiis anticis ſemper ſimplicibus.

3. N. marginata; ovata ferruginea, thorace non foveolato, elytrorum diſco convexo ſulcato fuſco, parce ferrugineo-maculato.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *348. 6. Oliv. ent. 2.* 12. 11. *13. Tab. 2. f. 15. a, b. Thunb. Inſ. ſve.* *5.* 71.

Nitidula biloba. Herbſt. col. 5. 238. 9. Tab. 53. f. 8. h. Panz. fn. 35. f. 10.

Habitat in truncis arborum apud nos rariſſime, lecta in Kinnakulle Weſtrogothiæ, a D. *Gedner.*

Deſcr. Magnitudo fere, & ſtatura ovata N. punctatiſſimæ. Caput parvum depreſſum obſcure ferrugineum, ſubtiliſſime punctulatum, oculis prominulis nigris. Antennæ fuſco-ferrugineæ, articulo primo maximo, lamina ampla quadrata aucto. Thorax brevis, antice late emarginatus, poſtice latior, truncatus, lateribus late explanatis ferrugineis, diſco valde con-

convexo, pulvinato, obſcure fuſco-ferrugineo, ſubtiliſſime confertiſſime punctulato, minime vero foveolato. Scutellum parvum breve rotundatum ferrugineum punctatum. Elytra ovata brevia, poſtice ſubacuminata, marginibus valde dilatatis reflexis ferrugineis, diſco convexo, creberrime punctulato, ſulcis quatuor exarato, obſcure fuſco-ferrugineo, fere nigro, maculis duabus baſeos minoribus, & majore lunata communi in medio ferrugineis. Corpus totum ſubtus, cum pedibus, ferrugineum punctatum.

4. N. ſordida: ovata depreſſa brunneo-ferruginea, thoracis diſco ſub-foveolato, utrinque ſulculo incluſo, elytris obſolete nigro-maculatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 351. 16. *Illig. col. bor.* 1. 379. 1. *Herbſt. col.* 5. 249. 25. *Tab.* 54. *f.* 9. *i. Thunb. Inſ. ſvec.* 5. 72. *Payk. fn.* 1. 348. 2. *Kugell. Schneid. Mag.* 5. 528. 11.

Nitidula varia. Oliv. ent. 2. 12. 12. 15. *Tab.* 2. *f.* 10. *a, b.*

Nitidula depreſſa. Marſh. ent. br. 1. 133. 14.

Silpha depreſſa. Linn. ſyſt. nat. 2. 573. 29. *fn. ſv.* 463.

Habitat in ſucco deſtillante arborum, quisquiliis, cadaveribus, paſſim.

Deſcr. Statura ovata, depreſſa, N. bipuſtulatæ, ſed plerumque paullo major. Caput brunneo-nigricans depreſſum, inæquale, creberrime punctulatum, ore ferrugineo. Antennæ ferrugineæ clava nigricante. Thorax antice late emarginatus, angulis acutis, lateribus valde dilatatis ferrugineis, ſulculo arcuato impreſſo a diſco diſtinctis; diſcus parvus ovalis eleva-

tior nigricans, poftice foveolis duabus obfoletis impreffus; fuperficies tota creberrime granulato-punctata. Scutellum breve rotundatum nigricans. Elytra lata, ovata, parum convexa, late marginata, obfcure ferruginea, lituris oblongis nigris obfoletis notata, fubtiliffime granulato-punctata, pube tenuiffima teftaceo-nitida, interdum feriatim digefta, adfperfa, paullo pone medium futuræ plerumque macula lunata pallidius ferruginea confpicitur. Corpus nigro-brunneum punctatum. Pedes dilutiores, ferruginei.

Synonyma Cl. Linnæi, huic & N. variæ adjecta, forte genuina, quum a D. Marsham, cui Mufæum Linnæanum ad manus eft, ufitata, ideoque nomina ejus fpecifica retinenda effent, dum vero defcriptiones ejus nimis fint breves, & infufficientes ad diftinguendas fpecies plures valde affines, melius cenfui nomina recentiorum adoptare.

5. N. colon: ovata depreffa nigro-fufca, thorace foveolis duabus impreffis, margine, elytrisque lituris apiceque ferrugineis.

Fabr. fyft. eleut. 1. *351. 20. Oliv. ent.* 2. 12. 13. 16. *Tab.* 1. *f. 4. a, b. Illig. col. bor.* 1. *380. 3. Marfh. ent. br.* 1. 132. *11.*

Silpha colon. Linn. fyft. nat. 2. *573. 27. fn. fv.* *462. De Géer Inf.* 4. *187.* 14. *Tab. 6. f.* 24.

Nitidula hæmorrhoidalis Payk. fn. 1. *352.* 7. *Herbft. col. 5. 235.* 7. *Tab. 53. t. 6. f.*

Var. *b.* duplo minor, pallidior. *Illig. loc. cit. var. b.*

Nitidula hæmorrhoidalis. Fabr. fyft. eleut. 1. *352. 22.*

Ha-

Habitat in quisquiliis, præſertim Piſcium, ad littora maris & lacuum paſſim.

Deſcr. Statura ovata proxime præcedentium, & N. ſordida duplo minor. Caput parvum depreſſum inæquale, profunde & crebre punctatum, nigrum, ore piceo. Antennæ ferrugineæ, clava magna nigra. Thorax brevis, antice late emarginatus, poſtice truncatus, lateribus rotundatus, angulis acutis; marginibus explanatis ferrugineis, diſco elevatiori nigricante, creberrime punctulato, foveolisque duabus rotundis, paribus, paullo pone medium impreſſo. Scutellum parvum breve rotundatum fuſcum. Elytra ovata, parum convexa, poſtice rotundata, creberrime punctulata, griſeo-pubeſcentia, nigro-picea, maculis minoribus baſeos, & plaga magna ovata apicis, juxta ſuturam altius adſcendente, pallide teſtaceis; in plaga apicis ſæpe litura undulata nigro-fuſca transverſa obſervatus; juxta ſuturam ſtria unica impreſſa antice abbreviata, & externe rudimenta obſoleta ſulcorum cernuntur. Corpus nigrum punctatum. Pedes obſcure ferruginei.

Var. b. tantum magnitudine minore, & interdum colore pallidiori differt.

6. N. diſcoidea: ovata depreſſa nigra, thorace foveolis duabus impreſſis, margine, elytrisque diſco pallide teſtaceis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *352.* 23. *Oliv. ent.* 2. 12. *15. 21. Tab. 2. f. 8. a, b. Herbſt. col. 5. 237. 8. Tab. 53. f. 7. g. Illig. col. bor.* 1. *381.* 4. *Panz. fn. 83. f. 5. Marſh. ent. br.* 1. *133. 12. Kugell. Schneid. Mag. 5. 529.* 16.

Nitidula hæmorrhoidalis var. Payk. fn. 1. *352.* 7. 6.

Hab.

Habitat sub cortice arborum apud nos rarius.

Descr. Statura omnino & magnitudo fere præcedentis, attamen diversa videtur, superficie minus profunde punctulata, & colore alio. Caput, antennæ, thorax, scutellum ut in præcedente. Elytra ovata, parum convexa, tenue punctulata, griseo-pubescentia, disco toto antico pallide testaceo, limbo nigro, sinuato, apice latiori, cum striga arcuata undata e maculis pallidis. Corpus nigrum punctatum. Pedes obscure ferruginei.

7. N. 10-guttata: oblongo-ovata sub-convexa fusco-ferruginea, thoracis margine, elytrorumque guttis decem pallidis.

Fabr. syst. eleut. 1. *350.* *14.* *Illig. col. bor.* 1. *382.* *5.* *Payk. fn.* 1. *354.* 10. *Thunb. Ins. svec.* *5.* *70.* *Marsh. ent. br.* 1. *135.* *20.*

Habitat in succo arborum, Quercus, Betulæ, passim.

Descr. Longitudo fere N. sordidæ, sed multo angustior, convexior. Caput angulatum depressum inæquale, profunde punctatum, fusco-ferrugineum, oculis nigris prominulis. Antennæ totæ ferrugineæ. Thorax brevis antice late emarginatus, postice truncatus, supra crebre & sat profunde punctatus, griseo-subpubescens, fusco-ferrugineus, marginibus explanatis, maculaque media baseos, in strigam anterius continuata, pallidioribus. Scutellum breve triangulare fusco-ferrugineum punctatum. Elytra oblongo-ovata, modice convexa, apice obtusa, fere oblique truncata, angulo suturali rotundato; crebre punctata, sub-pubescentia, fusco-ferruginea, maculis in singulo quinque pallidis, 1. parvo in ipso humero, 2. magno ovato juxta scutellum, 3. angulato, in medio margi-

marginis lateralis, 4. sub-cuneato, obliquo, juxta suturam paullo pone medium, 5. oblongo, prope marginem apicis, sæpe cum tertia connexa. Corpus fusco-ferrugineum punctatum. Pedes pallide testacei, femoribus posticis in altero sexu sub-dentatis.

8. N. **bipustulata**: ovata sub-depressa nigra, obscura, elytris puncto medio rubro, pedibus ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 1. 347. 2. *Oliv. ent.* 2. 12. 4. 1. *Tab.* 1. *f.* 2. *a, b. Illig. col. bor.* 1. 382. 6. *Herbst. col.* 5. 229. 1. *Tab.* 53. *f.* 1. *A. Panz. fn.* 3. *f.* 10. *Payk. fn.* 1. 349. 4. *Marsh. ent. br.* 1. 129. 1.

Silpha bipustulata, Linn. syst. nat. 2. 570. 4. *fn. sv.* 445. *De Geer Ins.* 4. 186. 13. *Tab.* 6. *f.* 22, 23.

Habitat in cadaveribus, fungis, quisquiliis, succo arborum, frequens.

Descr. Media, sed magnitudine valde variat; statura ovata præcedentium, tota nigra opaca, creberrime punctulata. Antennarum clava magna. Thorax antice minus emarginatus, quam in præcedentibus, disco convexus. Elytra parum convexa, apice valde obtusa, fere truncata, crebre punctata; paullo pone medium, prope suturam, macula parva rotundata rubra in singulo. Anus acuminatus, extra elytra porrectus. Pedes ruso-ferruginei.

9. N. **obscura**: ovata sub-depressa nigra obscura, vix punctulata, antennarum basi, ore, pedibusque ruso-ferrugineis.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 1. 348. 4. *Oliv. ent.* 2. 12. 5. 3. *Tab.* 1. *f.* 3. *a, b.* *Herbst. col.* 5. 230. 2. *Tab.* 53. *f.* 2. *b.* *Illig. col. bor.* 1. 383. 7. *Payk. fn.* 1. 349. 3. *Thunb. Ins. Svec.* 5. 70. *Marsh. ent. br.* 1. 130. 3.

Silpha rufipes Linn. syst. nat. 2. 573. 24.

Habitat cum præcedente passim.

Descr. Statura & summa affinitas præcedentis, sed paullo minor & distincta. Caput depressum angulatum, crebre punctatum, nigrum obscurum, ore rufopiceo. Antennæ rufo-ferrugineæ, clava magna nigra. Thorax brevis transversus, antice parum emarginatus, postice truncatus, lateribus rotundatus, disco subconvexus, niger obscurus, vix punctulatus, nisi sub oculo acute armato; margo lateralis sæpe rufescens. Scutellum breve rotundatum. Elytra lata, parum convexa, nigra obscura, vix punctulata, sed pube brevissima fusca adspersa, apice sub-truncata. Corpus nigrum punctatum. Pedes breves validi rufo-ferruginei.

Obs. Silpha rufipes Cl. Linnæi potius huc pertinere videtur, quam ad Nitidulam rufipedem Fabricii.

10. N. limbata: ovata sub-convexa ferruginea, corpore subtus, thoracis elytrorumque disco postico fuscis, elytris apice rotundatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 352. 21. *Oliv. ent.* 2. 12. 20. 31. *Tab.* 3. *f.* 18. *a, b.* *Illig. col. bor.* 1. 383. 8. *Herbst. col.* 5. 239. 10. *Tab.* 53. *f.* 9. 1. *Thunb. Ins. svec.* 5. 71.

Habitat sub cortice arborum, apud nos rarius.

Descr. Parva, brevis, ovata, N. discoidea dimidio minor. Caput convexum, angulatum, crebre punctatum, fusco-ferrugineum, oculis nigris prominulis. Antennæ ferrugineæ, clava magna fusca. Thorax brevis, latus, creberrime punctulatus, antice late emarginatus, postice truncatus, lateribus rotundatus, marginibus valde explanatis rufo-ferrugineis, disco nigricante convexo, fere pulvinato, postice transversim impresso. Scutellum breve, sub-triangulare ferrugineum punctatum. Elytra lata ovata, apice rotundata, late marginata, margine reflexo; disco convexo, creberrime subtilissime punctulato, nigro-fusco, limbo omni, antico latius, rufo-ferrugineo. Corpus nigro-piceum, ano rufescente. Pedes rufo-ferruginei.

Variat thoracis elytrorumque disco minus obscuro.

11. N. obsoleta ovata depressa sub-pubescens ferruginea, thorace profunde emarginato lateribus rotundato, elytris apice trunctis.

Var. *a.* Corpore subtus, thoracis elytrorumque disco obscure fusco-brunneis, elytris puncto postico subrotundo pallidiore.

Illig col. bor. 1. *384. 9. a. Payk. fn.* 1. 351. *6. mas.*

Var. *b.* Pallidior, elytrorum disco obscuriore, puncto postico rotundato, lineaque anteriore intra-marginali pallidioribus.

Illig. loc. cit. var. b. Marsh. ent. br. 1. 135. *19.*

Silpha biguttata Thunb. Act. Ups. 4. *9.* 13.

Var. *c.* Pallide testacea tota, oculis nigris.

Illig loc. cit. var. c. Fabr. syst. eleut. 1. *349. 9.*
Payk. fn. 1. 351. *6. femina.*

Ni-

Nitidula unicolor. Oliv. ent. 2. 12. 17. 24. Tab. 2. f. 9. a, b.

Nitidula æstiva. Marsh. ent. br. 1. 135. 18.

Var. *d.* Ferruginea, corpore subtus, thoracis disco, elytroque singulo plaga postica, anterius angustata, obscure fuscis.

Var. *e.* Eadem, corpore subtus ferrugineo.

Habitat sub cortice & in succo arborum, præsertim Betulæ, frequens, var. d, & e, parcius occurrunt.

Descr. Magnitudine variat, N. discoidea plerumque minor, ferrugineo-testacea, ovata, depressa, obtusa, tenue pubescens. Caput angulatum, oculis prominulis nigris. Antennarum clava oblonga, subacuminata, compressa, plerumque obscurior. Thorax brevis transversus, antice late & profunde emarginatus, lateribus valde rotundatus, etjam versus angulum posticum; supra parum convexus, versus marginem sensim declivus, lateribus minus explanatus, præsertim antice. Scutellum breve triangulum acuminatum. Elytra lata, marginata, parum convexa, ante medium dorsi impressa, apice truncata, angulis tamen rotundatis. Corpus subtus convexum, tenue punctatum. Pedes breves validi, semper pallide testacei.

Varietates tantum colore differunt: var. a, obscure fusca, capite, antennarum stipite, thoracis lateribus, elytrorum margine pedibusque ferrugineo-testaceis; in elytris etjam macula rotundata postica pallidior, insecto vivo magis evidens. Var. b, minus infuscata, elytris præter punctum posticum, lineola anteriori notatis. Var. c, tota pallide testacea, oculis tantum nigris; interdum tamen clava antennarum & apex abdominis obscuriora. In var. d, corpus subtus, anten-

tennarum clava, thoracis difcus, & in elytris plaga magna, ab apice intra marginem lateralem ducta, anterius attenuata, nigro-fufcis. Var. e, uti var. d, fed thoracis difcus minus infufcatus, & corpus fubtus fere totum teftaceum.

12. N. variegata: convexior, ovata, rufo-ferruginea, thorace emarginato; lateribus explanato, elytris truncatis, puncto medio nigro.

Herbft. col. 5. 245. 19. Tab. 54. f. 3. c.?
Nitidula obfoleta var. Illig. col. bor. 1. 384. 9. not.

Habitat fub cortice arborum, præfertim Abietis, rarius.

Defcr. Præcedenti quidem valde affinis, attamen diftincta mihi videtur, paullo minor, thoracis elytrorumque difco magis convexo, pubefcentia breviori rigida, nitida, & fignaturis longe aliis. Caput angulatum depreffum, crebre punctatum, rufo-ferrugineum, oculis nigris. Antennæ ferrugineæ clava obfcuriori. Thorax brevis tranfverfus, antice late & profunde emarginatus, lateribus rotundatus, marginibus late explanatis, reflexis, rufo-ferrugineis, difco convexiori, faturatiori, punctatiffimo. Scutellum breve triangulare rufo-ferrugineum. Elytra ovata, late marginata, difco fatis convexa, creberrime punctata, pilis brevibus rigidis pallidis nitidis adfperfa, rufo-ferruginea, puncto rotundo nigro in finguli medio, & fæpe præterea litura majore transverfa fufca intra apicem. Corpus rufo-piceum nitidum punctatum. Pedes dilutius rufefcentes.

13. N. pygmæa: ovata fub-depreffa, rufo-brunnea, punctatiffima, marginibus tefta-

 ceis,

ceis, thorace late emarginato, elytris apice rotundatis.

Habitat cum præcedentibus paſſim

Deſcr. Statura & ſumma affinitas N. obſoletæ, ſed plerumque duplo minor, paullo convexior, crebrius punctulata. Caput angulatum inæquale, creberrime punctulatum, rufo-brunneum, oculis globoſis atris. Antennæ ferrugineæ, clava obſcuriori. Thorax transverſus, antice late emarginatus, lateribus ſub-rectis, vel parum rotundatis, marginibus late explanatis, teſtaceis, diſco ſub-convexo, creberrime punctulato, rufo-brunneo. Scutellum breve triangulare rufo-brunneum punctatiſſimum. Elytra lata, ovata, convexa, creberrime punctulata, tenue pubeſcentia, obſcure brunnea, margine anguſto dilutiori teſtaceo, apice obtuſa, rotundata. Corpus nigro-brunneum punctatiſſimum. Pedes rufo-teſtacei. Variat colore paullo pallidiori.

14. N. oblonga: oblongo-ovata depreſſa fuſco-teſtacea, creberrime punctulata, antennarum clava atra, thorace emarginato, elytris truncatis.

Herbſt col. 5. 245. 20. Tab. 54. f. 4. d.

Var. *b.* Pallidius teſtacea, thoracis vitta media, elytrorumque ſutura fuſcis.

Habitat in truncis abietinis ſub cortice rarius; var. *b.* ſemel tantum lecta.

Deſcr. Affinis certe præcedentibus, ſed multo longior, & valde depreſſa, latitudine fere N. obſoletæ. Caput depreſſum, ſubtiliſſime punctulatum, fuſco-ferrugineum, oculis atris. Antennæ longitudine fere thoracis, ferrugineæ, clava magna atra, oblonga. Thorax transverſus, longitudine tamen vix dimidio latior,

latior, creberrime punctulatus, antice late emarginatus, fufco-teftaceus, lateribus rotundatis pallidius teftaceis. Scutellum breve triangulare fufcum punctatum. Elytra lineari-elongata depreffa, creberrime punctulata, apice truncata, fub-pubefcentia, fufco-teftacea, margine tenui paullo pallidiori, apice truncata. Corpus nigro-piceum, punctatiffimum, ano dilutiori. Pedes obfcure teftacei.

Var. b. differt tantum colore pallidius teftaceo, tænia longitudinali nigro-fufca per medium thoracis usque ad apicem futuræ ducta.

15. N. pufilla: oblongo-ovata depreffa ferruginea, thorace fub-quadrato emarginato, elytris apice rotundatis.

Illig. col. bor. 1. 386. 11.

Nitidula pubefcens kugell. Schneid. Mag. 4. 512. 10.

Habitat fub cortice & in fucco arborum paffim.

Defcr. Magnitudo & fere ftatura N. obfoletæ, paullo tamen longior & diftincta; variat etjam duplo minor. Caput angulatum depreffum, creberrime punctulatum, ferrugineum, oculis globofis atris. Antennæ pallide ferrugineæ, clava paullo obfcuriore. Thorax fub-quadratus, longitudine tamen paullo latior, lateribus fub-rectis, vel parum rotundatis; antice late emarginatus, fupra parum convexus, creberrime & fubtiliffime punctulatus & pubefcens, ferrugineus, marginibus explanatis reflexis. Scutellum breve triangulare ferrugineum. Elytra oblongo ovata, parum convexa, creberrime & fubtiliffime punctulata, pubefcentia, lateribus angufte marginata, apice rotundata, ad futuram fere dehifcentia, ferruginea immaculata. Corpus faturate ferrugineum punctatum. Pedes rufo-teftacei.

16. N. æſtiva: oblongo-ovata depreſſa flavo-teſtacea, thorace vix emarginato, elytris apice truncatis.

Oliv. Ent. 2. 12. 16. 23. Tab. 3. f. 23. a, b.
Illig. col. bor. 1. 385. 10.
Silpha æſtiva. Linn. ſyſt. nat. 2. 574. 32. fn. ſv. 465.

Habitat in floribus, ut et in ſucco arborum, paſſim.

Deſcr. Parva, N. obſoleta plerumque duplo minor. magis oblonga. Caput angulatum depreſſum, ſubtiliſſime punctulatum, pallide teſtaceum, oculis globoſis nigris. Antennæ pallidæ, clava paullo obſcuriori. Thorax transverſus, anterius anguſtior, antice perparum emarginatus, angulis fere rectis, lateribus tenue marginatus, ſupra parum convexus, ſubtiliſſime punctulatus, flavo-teſtaceus, ſub-pubeſcens. Scutellum breve triangulare concolor. Elytra oblongo-ovata, depreſſa, tenue marginata, ſubtiliſſime punctulata, flavo-teſtacea, apice truncata, angulo exteriore rotundato. Corpus flavo-teſtaceum, pedibus adhuc dilutioribus.

Obſ. Cl. a Linné, ut et alii autores, forte plures ex his valde affinibus, ut varietates inſpexerunt; incertum ideo num hæc vel inſequens vera N. æſtiva dicenda; nec deſcriptiones ſufficientes exſtant, quare nomenclaturam Cl. Illigeri ſecutus ſum.

17. N. depreſſa: ovata, convexa, dilute teſtacea, punctatiſſima, thorace late emarginato, elytris apice ſub-truncatis.

Illig. col. bor. 1. 386. 12.
Nitidula æſtiva. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 348. 7.
Panz. fn. 84. f. 7. Payk. fn. 1. 350. 5.

Ha-

Habitat in floribus non infrequens.

Defcr. N. obfoleta var. c. fimilis, fed diftincta, fere dimidio major, multo magis convexa, thoracis lateribus minus explanatis. Caput angulatum, inæquale, creberrime punctatum, ferrugineo teftaceum, oculis globofis atris. Antennæ pallide ferrugineæ, clava compreffa concolore. Thorax transverfus, anterius anguftior, antice late & profunde emarginatus, fupra convexus, punctatiffimus, tenue pubefcens, totus teftaceus, lateribus anguftius explanatus, margine reflexo. Scutellum breve triangulare, profunde punctatum. Elytra lata ovata convexa, anguste marginata, creberrime punctata, fub-pubefcentia, dilute teftacea, apice fere truncata, angulo tamen exteriori rotundato. Corpus ferrugineo-teftaceum punctatum. Pedes pallide teftacei.

18. N. Silacea: oblongo-ovata, fub-depreffa, faturate ferruginea, punctatiffima, thorace emarginato, lateribus late explanato, elytris truncatis.

Herbft. col. 5. 232. 4. Tab. 53. f. 3. c.

Habitat in floribus apud nos rarius.

Defcr. Statura N. obfoletæ, fed plus duplo major, N. coloni æqualis. Caput angulatum, creberrime punctatum, faturate ferrugineum, oculis globofis atris. Antennæ ferrugineæ, clava oblonga acuminata. Thorax brevis transverfus, anterius anguftior, antice late emarginatus, lateribus rotundatus, difco parum convexus, inæqualis, creberrime & fat profunde punctatus, rufo-ferrugineus, marginibus late explanatis. Scutellum breve triangulare punctatum concolor. Elytra lata ovata, difco modice convexa, anguste marginata, rufo-ferruginea, creberrime punctata, fub-pubefcentia. Corpus

rufo-ferrugineum punctatum. Pedes pallidius testacei.

Sect. 2. Thoracis lateribus non depressis; corpore convexiore.

Phal 1. Elytris vage punctatis.

19. N. strigata: brevis ovata convexa nigro-fusca, marginibus corporeque rufo-piceis, elytris fasciis duabus lobatis pallidis.

Fabr. syst. eleut. 1. *350.* 12. *Oliv. ent.* 2. *12.* 13. *17. Tab.* 2. *f.* *12. a, b. Illig. col. bor. 1. 390. 17. Panz. fn. 83. f.* 4. *Payk. fn.* 1. *356.* 13. *Ross. f. etr. Mant.* 24. 55.

Marsh. ent. br. 1. *134.* 16.

Nitidula undata.

Nitidula verbasci. Thunb. Ins. Svec. 5. 71.

Strongylus strigatus. Herbst. col. 4. *187.* 7. *Tab.* 43. *f.* 7. *g.*

Habitat in succo arborum, præsertim Quercus, passim.

Descr. N. bipustulata paullo minor, sed multo convexior. Caput rotundatum, antice sub-emarginatum, fronte plana, creberrime punctata, versus os ferruginea, vertice nigro-fusco; oculi nigri parum prominuli. Antennæ breves tenues ferrugineæ, clava compressa obscuriore. Thorax brevis transversus, anterius angustior, late emarginatus, angulis porrectis; disco nigro-fuscus nitidus punctatissimus, lateribus, & sæpe postice fulvo-ferrugineus, margine laterali tenuissimo sub-reflexo. Scutellum parvum breve obtusum nigro-fuscum, vix punctatum. Elytra

Elytra latitudine thoracis, valde convexa, apice subacuminata, abdomen occultantia, tenue & creberrime punctulata, nigro-fusca, margine laterali fulvo-ferrugineo; in medio baseos litura fere tricuspis pallida, & paullo pone medium fascia arcuata, sinuata, suturam non attingens, ejusdem coloris; juxta suturam stria unica impressa, antice abbreviata. Corpus subtus rufo-piceum punctatum. Pedes rufo-testacei.

20. N. Imperialis: ovata convexa nigro-fusca, ferrugineo-marginata, elytrorum dorso plaga magna communi lobata albida, nigro-maculata.

Fabr. syst. eleut. 1. 350. 13. *Herbst. col.* 5. 248. 24. *Tab.* 54. *f.* 8. *h.* *Payk. fn.* 1. 355. 12.

Nitidula undata. Oliv. ent. 2. 12. 14. 18. *Tab.* 3. *f.* 17. *a*, *b. secundum specimen nuper exclusum.*

Nitidula nebulosa. Marsh. ent. br. 1. 134. *17.*

Habitat cum præcedente passim.

Descr. Statura & summa affinitas præcedentis, sed minus convexa, & plerumque triplo minor, N. obsoletæ æqualis. Caput & antennæ omnino ut in præcedente; Thoracis structura etjam eadem, sed margines omnes, etjam anticus, ferruginei, disco solo nigro-piceo, punctatissimo. Scutellum ut in priore. Elytrorum forma etjam eadem, sed paullo minus convexa apparent, apice acuminata, fusco-picea, punctatissima, marginibus late testaceis; dorsum fere totum, a basi longe ultra medium, occupat plaga magna communis albida, prope basin & versus apicem utrinque ramum exserens; in quovis elytro in-

tra plagam albidam, maculæ duæ nigræ, una baseos, postice bifida, altera in medio, antrorsum bicuspis; tertia nigra macula obliqua, plagam postice terminat. Corpus fusco-piceum. Pedes testacei.

In nuper exclusis colores pallidiores, & signaturæ obsoletiores. An mas præcedentis speciei?

21. N. lutea: rotundato-ovata convexa, flavo-testacea, tomentosa, thorace fornicato dilatato, elytris apice rotundatis.

Oliv. ent. 2. 12. 16. 22. *Tab.* 3. *f.* 28. *a, b.* *Illig. col. bor.* 1. 390. 18.

Sphæridium luteum. Fabr. syst. eleut. 1. 95. 12. *Payk. fn.* 1. 58. 5.

Strongylus luteus. Herbst. col. 4. 183. 3. *Tab.* 43. *f.* 3. *c.*

Cychramus luteus. Kugell. Schneid. Mag. 5 544. 1.

Dermestes luteus. Marsh. ent. br. 1. 73. 36.

Habitat in floribus passim.

Descr. N. strigata major, magis rotundata, statura fere Coccinettæ bipunctata; variat etjam dimidio minor. Caput angulatum flavo-ferrugineum, fronte plana punctatissima, pallido-tomentosa, oculis globosis nigris. Antennæ testaceæ, articulo primo dilatato, lenticulari, clava magna compressa triarticulata fusca. Thorax brevis, latus, valde convexus, antice multo angustior, late & profunde emarginatus, angulis omnibus obtusis; lateribus rotundatus, tenue marginatus, supra creberrime punctulatus, flavo-testaceus, tomento pallido decumbente vestitus. Scutellum breve rotundatum concolor, crebre punctatum. Elytra lata, apicem versus angustiora, antice valde convexa, posterius declivia, apice rotundata, ob-

obtuſa, anum non occultantia, lateribus marginata, ſupra creberrime punctulata, tota flavo-teſtacea, pallido-tomentoſa. Corpus ſubtus ferrugineo-teſtaceum nitidum punctatum. Pedes flavo-teſtacei, tibiis ciliatis.

Variat colore ſaturatius ferrugineo, ut & thoracis diſco nonnihil infuſco, præſertim verſus finem æſtatis.

22. N. 4-punctata: rotundato-ovata convexa ferruginea, griſeo-tomentoſa, thorace punctis quatuor, elytrisque plaga laterali nigris.

Illig. col. bor. I. 391. 19.

Strongylus 4-punctatus. Herbſt. col. 4. 185. 5. *Tab.* 43. *f.* 5. *c.*

Sphæridium colon. Fabr. ſyſt. eleut. I. 94. 10. *Payk. fn.* I. 57. 4.

Cyckramus colon. Kugell. Schneid. Mag. 5. 545. 2

Dermeſtes colon. Linn. ſyſt. nat. 2. 564. 27. *fn. ſv.* 438?

Habitat in umbroſis, præſertim in foliis Quercus, coryli, paſſim.

Deſcr. Statura & partium formatio omnino ut in præcedente, cui valde affinis, ſed color & ſignaturæ aliæ; magnitudo plerumque duplo, imo triplo major, dantur tamen etjam minores, priori fere æquales. Caput fuſco-ferrugineum punctatum, griſeo-tomentoſum; in altero ſexu, forte maſculo ſupra ſingulum oculum, verticem verſus, foveola magna rotundata, profunde impreſſa, glabra, lævis. Thoracis latera late ferruginea, ſed diſcus nigro-fuſcus, griſeo-tomentoſus, in medio punctis quatuor denudatis nigris, in arcum collocatis, lateralibus anterioribus.

Elytra parcius griſeo-tomentoſa, ferruginea, macula humerali nigra, verſus marginem plerumque dilatata in plagam longitudinalem, poſterius dilutiorem. Corpus & pedes ferruginea, interdum brunnea, ano dilutiore.

Synonymon Cl. Linnæi forte huc pertinet, ſed deſcriptio ejus e ſpecimine detrito deſumpta videtur.

23. N. fervida: oblongo-ovata convexa, ſaturate ferruginea punctatiſſima, ſub-pubeſcens, antennarum clava coarctata, elytris apice fuſcis.

Oliv. ent. 2. 12. 15. 20. Tab. 4. f. 32. a, b.

Var. *b.* Elytris apice concoloribus.

Habitat in fungis, apud nos rariſſime; duo tantum ſpecimina vidi.

Deſcr. Statura ſectionis prioris, ſed thoracis latera non explanata; magnitudo fere N. bipuſtulatæ. Caput angulatum, ſupra os impreſſum, crebre & profunde punctatum, rufo-ferrugineum, oculis globoſis atris. Antennæ breves ferrugineæ, articulo primo dilatato lentiformi, clava magna coarctata, fere globoſa, fuſco-picea. Thorax brevis transverſus, antice anguſtior, late & profunde emarginatus, lateribus rotundatus, margine anguſtiſſimo reflexo; ſupra convexus; crebre & profunde punctatus, rufo ferrugineus, margine ſummo antico & poſtico nigricante. Scutellum breve triangulare punctatiſſimum rufo-ferrugineum. Elytra lata, poſterius nonnihil anguſtata, lateribus tenue marginata, ſupra convexa, crebre & profunde punctata, apice obtuſa, fere truncata; rufo-ferruginea, ſutura tenue, apice vero late nigricantibus. Corpus ſubtus ſaturate ferrugineum punctatum. Pedes validi, dilutius ferruginei, tibiis extus ciliatis.

Var.

Var. b. differt tantum elytrorum apice corpori concolore; futura tamen magis fufca.

24. N. **rufipes**: brevis ovata convexa obfcure nigra, fub-pubefcens, thorace pulvinato antice emarginato, pedibus rufo-teftaceis.

Marfh. ent. br. 1. *130. 4.*

Silpha rufipes Linn. fyft. nat. 2. *573. 24. De Géer Inf.* 4. *188. 15.*

Var. *b.* Pedibus fufco-piceis.

Habitat in floribus paffim, minus frequens.

Defcr. N. ænea plus duplo major, convexior, brevis obtufa, ftatura fere N. depreffæ, n:o 17, antea; tota obfcure nigra, creberrime punctulata, pube tenuiffima aureo-fplendente adfperfa. Caput angulatum nigrum punctulatiffimum, ore rufo-piceo. Antennæ ferrugineæ, clava magna ovata nigra. Thorax brevis, latus, antice anguftior, late fed non profunde emarginatus, lateribus rotundatus, margine tenui reflexo ferrugineo; fupra valde convexus, pulvinatus, feu undique declivis, creberrime punctulatus, pubefcens, niger obfcurus. Scutellum breve rotundatum punctulatum nigrum. Elytra lata ovata brevia convexa, obfcure nigra, creberrime fubtiliter punctulata, punctis omnibus diftinctis, tenue pubefcentia, lateribus marginata, apice obtufa, fere truncata. Corpus fubtus nigrum punctatum pubefcens. Pedes breves validi compreffi rufo-teftacei, tibiis externe ciliato-dentatis.

Var. b. differt tantum thoracis margine concolore, pedibusque obfcure piceis, tarfis tamen femper, tibiisque anticis plerumque pallidioribus.

25. N. Pedicularia: brevis ovata convexa nigra nitida, thorace pulvinato parum emarginato, tibiis compressis angulatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 352. 24. *Oliv. ent.* 2. 12. 19 28. *Tab.* 3. *f.* 21. *a, b.* *Payk. fn.* 1. 353. 8. *a.*

Silpha Pedicularia Linn. syst. nat. 2. 574. 34. *fn. sv.* 466?

Nitidula solida. Illig. col. bor. 1. 389. 16. *Kugell. Schneid. Mag.* 5. 530. 19.

Nitidula latipes. Marsh. ent. br. 1. 131. 6.

Habitat in floribus non infrequens.

Descr. Statura & summa affinitas praecedentis, sed triplo minor & ultra, N. aeneae fere aequalis, etsi brevior; color magis niger, nitidus, quam in priori, & thorax minus emarginatus. Caput angulatum nigrum fronte convexa punctulata. Antennae basi sub-ferrugineae, clava ovata compressa obtusa nigra. Thorax convexus, pulvinatus, niger nitidus, creberrime punctulatus, lateribus marginatus, antice fere truncatus, angulis tamen nonnihil productis. Scutellum & elytra ut in priori, sed color nigrior, nitidior. parum metallico resplendens. Corpus nigrum punctatum. Pedes aut picei, aut dilutiores testacei, breves validi compressi, tibiis apicem versus dilatatis, extus ciliato-denticulatis, posticis in medio obtuse angulatis.

26. N. subrugosa: brevis ovata convexa nigra punctatissima, elytris transversim subrugosis, antennorum clava oblonga.

Habitat in floribus passim.

Descr.

Defcr. Magnitudo, ftatura & fumma affinitas proxime præcedentis, differre tamen videtur. Caput ut in priori. Antennæ nigræ, clava oblonga anguftiore, fub-acuminata. Thorax antice parum emarginatus, fupra convexus, fed poftice vix declivis, ut pulvinatus non dici queat. Elytrorum forma ut in præcedenti, fed puncta creberrima, in ftrigas transverfales confluentia, unde fubrugofa apparent; fuperficies tota fubtiliffime grifeo-pubefcens. Corpus nigrum. Pedes breves validi nigro-picei.

27. N. erythropa: ovata convexa nigra punctatiffima, thorace vix emarginato, antennis pedibusque fufco-ferrugineis.
Marfh. ent. br. I. *132. 10.*

Habitat in floribus non infrequens.

Defcr. Proxime præcedentibus valde affinis, fed adhuc minor, adeoque minima noftratum hujus phalangis, minus convexa, & ut videtur diftincta, ftatura N. æneæ proxima. Caput angulatum nigrum, creberrime punctulatum, ore piceo. Antennæ fufco-ferrugineæ, clava compreffa obtufa. Thorax brevis latus, modice convexus, non vero pulvinatus, lateribus rotundatus, tenue marginatus, antice vix emarginatus, modo verfus angulos parum productus, creberrime punctulatus, niger, fub-pubefcens. Scutellum breve rotundatum, parce punctatum. Elytra lata, ovata, modice convexa, creberrime punctulata, nigra, parum æneo-nitentia, lateribus marginata, apice truncata. Corpus nigrum punctatum. Pedes ferruginei, jam dilutiores, jam magis obfcuri, tibiis ciliatis, minus dilatatis quam in N. Pedicularia.

28. N. ænea: oblongo-ovata minus convexa punctatiffima viridi-ænea nitida, antennarum clava magna obtufa.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 1. 353. 28. *Oliv. ent.* 2. 12. 17. 25. *Tab.* 3. *f.* 20. *a, b. Illig. col. bor.* 1. 388. 15. *a. Herbst. col.* 5. 241. 13. *Panz. fn.* 83. *f.* 6. *Marsh. ent. br.* 1. 131. 8. *Thunb. Ins. svec.* 5. 69.

Strongylus osyllius. Herbst. col. 4. 189. 9. *Tab.* 43. *f.* 9. *i.*

Dermestes Psyllius. Linn. syst. nat. 2. 564. 25. *fn. sv.* 436?

Nitidula pedicularia var. Payk. fn. 1. 353. 8. *b.*

Var. *b.* supra coerulea vel violacea, pedibus piceis.

Nitidula coerulea. Marsh. ent. br. 1. 132. 9.

Var. *c.* viridi-ænea, pedibus rufis. *Illig. loc. cit. var. b.*

Nitidula viridescens. Fabr. syst. eleut. 1. 353. 29. *Oliv. ent.* 2. 12. 18. 26. *Tab.* 4. *f.* 30. *Herbst. col.* 5. 240. 12. *Tab.* 54. *f.* 1. *a. Panz. fn.* 83. *f.* 7. *Thunb. Ins. svec.* 5. 70. *Marsh. ent. br.* 1. 131. 5.

Nitidula pedicularia var. Payk. fn. 1. 353. 8. *c.*

Var. *d.* nigro-coerulea, pedibus rufis.

Nitidula rufipes Fabr. syst. eleut. 1. 355. 38. *Oliv. ent.* 2. 12. 21. 33. *Tab.* 5. *f.* 33. *a, b.*

Habitat in floribus ubique, omnium frequentissima, per totam æstatem.

Descr. Parva, oblongo-ovata, minus convexa, supra viridi-ænea, subtus nigra. Caput angulatum, subtilissime creberrime punctulatum, viridi-æneum ni-

nitidum, oculis nigris. Antennæ nigro-fuscæ, clava magna rotundata compressa. Thorax transversus, antice vix emarginatus, lateribus sub-rotundatus, margine latiore reflexo; supra modice convexus, creberrime punctulatus, tenue griseo-pubescens, viridiæneus nitidus. Scutellum breve triangulare, parcius punctulatum, obscurius æneum. Elytra lata, ovata, minus convexa, lateribus marginata, apice truncata, vix vel parum angustiora, crebre & subtiliter punctulata, tenue pubescentia, viridi-ænea nitida. Corpus subtus nigrum punctulatum. Pedes breves validi, nigro-picei, tarsis dilutioribus.

Var. b, differt tantum colore supra nigro-cœruleo vel violaceo.

Var. c, omnino ut a, sed pedes rufo-testacei.

Var. d, colore supra similis var. b, sed pedes rufescentes.

Phal. 2. Elytris punctato-striatis.

29. N. ferruginea: ovata, fusco-ferruginea, dense pubescens, elytris rude punctato-striatis, pube seriata adspersis.

Fabr. syst. eleut. 1. *349. 10. Illig. Mag.* 1. *90. 20. Payk. fn.* 1. *356. 14.*

Nitidula fulva. Marsh. ent. br. 1. 13*6.* 21.

Strongylus æstivus. Herbst. col. 4. 186. 6. Tab. 43. f. 6. f.

Var. *b.* elytris apice nigro-fuscis. *Illig. loc. cit. var. b.*

Nitidula striata. Oliv. ent. 2. 12. *14. 19. Tab.* 1. *f.* 7. *a, b.*

Habitat in Lycoperdis, locis aridis, versus finem æstatis, passim. Descr.

Defcr. Magnitudo fere N. luteæ, fed paullo longior. Caput angulatum fufco-ferrugineum, fronte punctulata pubefcente; oculi nigri prominuli. Antennæ breves ferrugineæ, clava magna ovata compreffa fufca. Thorax brevis latus, antice late emarginatus, lateribus rotundatus, tenue marginatus, poftice fubfinuatus, fuprà modice convexus, rude & obfolete punctatus, denfe pubefcens, obfcure ferrugineus. Scutellum breve fub-triangulare, apice rotundatum, punctatum, concolor. Elytra ovata ferruginea, modice convexa, lateribus late marginata, apice obtufa, rotundata, rude punctato-ftriata, punctis fub-ocellatis, interftitiis pube longa depreffa, fere feriatim difpofita, obductis. Corpus ferrugineum punctatum. Pedes breves validi ferruginei, tibiis ciliatis.

Var. b. differt tantum elytrorum apice infufcato, ut et interdum thoracis difco, corporeque nigro-brunneis.

30. N. atra: rotundato-ovata glabra nigra nitida, fubtus picea, elytris punctato-ftriatis, apice rotundatis, abdomine brevioribus.

Strongylus ater. Herbft. col. 4. 188 8. Tab. 43. f. 8. h.

Sphæridium glabratum. Payk. fn. 1. 56. 3.

Volvoxis morio. Kugell. Schneid. Mag. 5. 537. 2.

Tritoma glabrum. Fabr. fyft. eleut. 2. 572. 7?

Habitat in fungis, præfertim fagi, in Svecia auftrali paffim.

Defcr. Præcedente plerumque paullo major, magis rotundata. Caput angulatum nigrum nitidum punctatum, ore rufo-piceo. Antennæ breves ferrugineæ, articulo primo magno dilatato, clava ovata com-

compressa fusca. Thorax brevis transversus, anterius multo angustior, late & profunde emarginatus, lateribus rotundatus, tenuissime marginatus, postice truncatus, supra valde convexus, crebre punctatus, glaber, niger nitidus, parum æneo vel violaceo resplendens. Scutellum breve triangulare punctatum concolor. Elytra lata ovata convexa marginata, apice rotundata, abdomine breviora, tenue punctato-striata, præsertim exterius, versus suturam vero puncta vaga, vix in strias digesta; nigra nitida glabra, parum virescenti-æneo nitentia. Corpus nigro-piceum punctatum. Pedes breves validi picei, tarsis dilutioribus.

Variat corpore toto ruso-piceo.

31. N. glabrata: rotundato-ovata, supra nigro-ænea nitida, glabra, elytris punctato-striatis, apice truncatis, pedibus elongatis nigro-piceis.

Hister glabratus. Fabr. syst. eleut. I. *85 9. Payk. fn.* I. *43. 10 Sturm. fn.* I. *267.* 14. *Tab. 20. fig. omn. Thunb. Ins. Svec. 5. 64. Schönh. synon.* I. *91. 16.*

Habitat in succo truncorum Betulæ, tempore vernali, rarius.

Descr. Inter majores hujus Generis, N. 4-punctata fere æqualis. Caput angulatum convexum, crebre punctatum, viridi-æneum nitidum, oculis globosis brunneis; mandibulæ porrectæ arcuatæ nigro-piceæ, intus dentatæ. Antennæ breves ferrugineo-piceæ, articulo primo magno arcuato, extus dilatato, clava ovata coarctata fusca, vix compressa. Thorax brevis transversus, antice paullo angustior, late emarginatus, postice sinuatus, lateribus latius marginatus, versus angulum anticum depressus, supra modice convexus, viridi-æneus nitidissimus, margi-

nes verſus ſubtiliter punctulatus, diſco vero læviſſimus, niſi oculo acute armato inſpicitur. Scutellum triangulare æneum, vix punctatum. Elytra thorace paullo latiora, medio dilatata, lateribus marginata, valde convexa, apice truncata, anum non occultantia, regulariter punctato ſtriata, vireſcenti-ænea nitida. Corpus nigrum vel nigro-piceum nitidum, profunde punctatum. Pedes nigro-picei, longiores quam in reliquis ſpeciebus, tibiis angulato-canaliculatis, ſpinoſo-ciliatis, tarſis elongatis, articulo quarto vix præcedentibus minore.

Variat colore magis nigricante, præſertim in adultioribus exſiccatis.

Obſ. Etſi in nonnullis ab hoc genere differre videtur hæc ſpecies, tamen in plurimis convenit, & N. atræ proxime affinis; Hiſteris minime aſſocianda.

32. N. orbiculata: ſub-orbiculata convexa nigra ſub-pubeſcens, pedibus ruſis, elytris anum occultantibus, antennarum clava elongata.

Habitat in frutetis rarius, lecta Upſaliæ a *Dom. Hedenſtröm*, & in Weſtrogothia mihi aliquoties obvia.

Deſcr. Minuta, Cryptophago globulo parum major. Caput magnum angulatum convexum, ſubtiliſſime punctulatum, nigrum nitidum, oculis parum prominulis. Antennæ thorace fere longiores, pallide ruſeſcentes, articulo primo magno arcuato extrorſum dilatato, clava triarticulata, valde elongata, cylindrica, nigro-fuſca. Thorax brevis, antice vix vel parum emarginatus, poſtice ſinuatus, ante ſcutellum productus, lateribus rotundatus, tenue marginatus, ſupra convexus, ſubtiliſſime punctulatus, niger nitidus, tenue pubeſcens. Scutellum parvum rotundatum punctatum nigrum. Elytra magna, thorace latiora, lateribus dilatata, tenue emarginata, apice

apice rotundata, anum tegentia, ſupra valde convexa, regulariter & ſat profunde punctato-ſtriata, nigra nitida, pube cineraſcente tenuiſſima adſperſa, Corpus nigro-piceum nitidum, pectore profunde punctato. Pedes tenues pallide ruſeſcentes, tarſis elongatis, articulis quatuor anterius ſub-æqualibus.

Obſ. Antennarum clava elongata, & corporis ſtructura ſub-orbiculata, ab hoc genere differt, ſed aliud, cui aptius inferatur, non inveni.

33. N. dubia: oblongo-ovata convexa nigra, antennis pedibusque rufis, thorace undique marginato, angulis omnibus rotundatis.

Habitat in Weſtmannia, Dom. *Crug;* in Uplandia Dom. *Hedenſtröm*; rariſſime tamen occurrit.

Deſcr. Longitudo fere N. æneæ, ſed anguſtior, magis convexa. Caput angulatum convexum, ſubtiliſſime punctulatum, verſus oculos fere ſtriatum, obſcure nigrum, ore-rufo-piceo; oculi magni prominuli atri. Antennæ longitudine thoracis, arcuatæ, totæ rufo-ferrugineæ, articulo primo antrorſum valde dilatato, ut in plurimis hujus generis Speciebus; clava magna pyriformis triarticulata, articulo primo breviſſimo perfoliato, ſecundo majore ſubcylindrico, tertio maximo ovato, ſub-acuminato. Thorax transverſim ovalis, antice minime emarginatus, lateribus & poſtice evidenter marginatus, angulis omnibus rotundatis, ſupra valde convexus, crebre punctatus, tenue pubeſcens, niger, non nitidus. Scutellum parvum triangulare punctatum nigrum. Elytra oblonga, convexa, fere ſub-cylindrica, integra, anum obtegentia, apice rotundata, lateribus marginata, rude at obſolete punctato-ſtriata, tenue pubeſcentia, nigro-picea, puncto humerali,

rali, ſuturaque dilutius ferrugineis. Corpus nigro-piceum punctatum. Pedes tenues rufo-ferruginei.

Obſ. Antennarum clava fere pyriformis, & ſtructura thoracis ovato-rotundata, affinitatem cum ſpeciebus plerisque generis inſequentis produnt; ab illis tamen abunde differt, elytris integris anum tegentibus, & antennarum articulo primo antrorſum dilatato, ut in Nitidulis, quare heic locavi Inſectum ambiguum.

Phal. 3. Elytris dimidiatis.

34. N. bimaculata: oblongo-ovata, ſupra nigro fuſca, pubeſcens, elytris macula humerali apiceque late flavis, pedibus ferrugineis.

Oliv. ent. 2. 12. *6.* 5. *Tab.* 2, *f.* 11. *a*, *b.*

Nitidula flexuoſa. Herbſt. col. 5. 246. 21. *Tab.* 54. *f.* 5. *c. Payk. fn.* 1. 354. *9.*

Habitat in frutetis & floribus apud nos rarius.

Deſcr. N. obſoleta vix major. Caput angulatum, creberrime punctatum, nigrum, ore ferrugineo. Antennæ thorace breviores, pallide ferrugineæ, articulo primo antrorſum valde dilatato, clava magna ovata compreſſa fuſca. Thorax transverſus, fere rectangulus, antice vix vel per-parum emarginatus, poſtice truncatus, lateribus & baſi tenue marginatus, ſupra modice convexus, creberrime punctatus, ſubpubeſcens, obſcure niger, margine ſæpius obſolete ferrugineo. Scutellum breve triangulare fuſco-ferrugineum punctatum. Elytra abdomine dimidio breviora, apice truncata, lateribus tenue marginata, ſupra parum convexa, crebre at obſolete punctata, tenue

nue pubefcentia, obfcure nigra, macula humerali, interdum majore finuata, interdum parva punctiformi, apiceque late finuatim flavis. Dorfum abdominis pone elytra nigrum punctatum. Corpus fubtus fufco-ferrugineum punctatum. Pedes breves validi rufefcentes.

Variat elytrorum maculis ita dilatatis, ut maxima illarum pars flava, fafcia tantum ante medium nigro-fufca flexuofa, verfus futuram dilatata.

Obf. Ob antennarum clavam ovatam, coarctatam, has fpecies, uti plures alias exoticas, quæ elytra dimidiata gerunt, potius huic generi, quam infequenti affociandas putavi.

CATHERETES.

Inftrumenta cibaria ut in Nitidulis, forte.

Antennarum clava elongata, obconica, feu pyriformis.

Elytra truncata, abdomine multo breviora.

1. C. pulicarius: oblongo-ovatus convexus ater punctatiffimus, thoracis angulis pofticis acutis, antennis pedibusque anticis rufis.

Dermeftes pulicarius Linn. fyft. nat. 2. 564. 24. *fn. fv.* 435.

Silpha pulicaria. Linn. fyft. nat. 2. 574. 33. *an eadem?*

Nitidula pulicaria Oliv. ent. 2. 12. 20. 30. *Tab.* 3. *f.* 27. *a, b.*

Sphæridium pulicarium Fabr. fyft. eleut. 1. 98. 31.

Catheretes gravidus. Illig. col. bor. 1. 395. 1.

Dermestes gravidus. Payk. fn. 3. add. 448. 9-10.

Brachypterus scutellatus. Kugell. Schneid. Mag. 5. 561. 3.

Scaphidium agaricinum. Herbst. col. 5. 134. 2. Tab. 49. f. 5. e.

Habitat in floribus, præsertim anemones nemorosæ, tempore vernali passim.

Descr. C. Urticæ duplo major, & ultra; atrior, creberrime at subtilissime punctulatus. Caput angulatum atrum punctatissimum, ore piceo; Oculi parum prominuli. Antennæ thorace breviores, obscure rufo-ferrugineæ, clava pyriformi, apice obtusa. Thorax transversus, anterius angustior, vix vel parum emarginatus, lateribus rotundatus tenue marginatus, postice sinuatus, angulis acutis; supra valde convexus, creberrime subtilissime punctulatus, totus ater, tenue pubescens. Scutellum magnum triangulare atrum punctatissimum. Elytra lata convexa, tenue marginata, creberrime punctulata, atra, apice truncata, abdomine multo breviora, pube subtilissima, aureo-fulgente adspersa. Abdomen pone elytra, ut et totum corpus subtus, atrum pubescens, punctatissimum. Pedes breves validi, anteriores quatuor obscure rufo-ferruginei, postici nigri.

Obs. Utrum Synonyma Cl. Linnæi huic vel sequenti Speciei tribuenda, vix certo dijudicandum; magnitudo tamen, in descriptione Faunæ Svecicæ indicata, huic aptius competit; Synonymon Herbstii etjam quoad magnitudinem & superficiem punctatam, hanc speciem exprimere videtur, ideoque apud Scaphidium agaricinum, antea descriptum, delendum est.

2. C.

2. C. Urticæ: oblongo-ovatus nigro-subæneus, profundius punctatus, thoracis angulis rotundatis, antennis pedibusque rufopallidis.

Illig. col. bor. 1. *395.* 2. *b.*

Dermestes urticæ. Fabr. syst. eleut. 1. *320. 44. Payk. fn.* 1. *286. 12.*

Scaphidium scutellatum. Panz. fn 4. *f.* 11.

Strongylus abbreviatus. Herbst. col. 4. *190. 10. Tab. 43. f. 10. k.*

Brachypterus urticæ. Kugell. Schneid. Mag. 5. *561. 2.*

Silpha pulicaria. Marsh. ent. br. 1. *128. 43.*

Var. *b.* corpore toto brunneo; vel obscure ferrugineo.

Var. *c.* Densius pubescens, antennis nigris, pedibus piceis. *Illig. loc. cit. var. a.*

Habitat in urticæ dioicæ floribus frequentissime; var. c. vero rarius occurrit.

Descr. Parvus, C. pediculario minor. Caput magnum angulatum nigrum, creberrime punctatum, oculis globosis prominulis. Antennæ vix longitudine thoracis, totæ pallide ferrugineæ, articulis duobus baseos majoribus sub-cylindricis, clava pyriformi obtusa. Thorax transversus, antice minime emarginatus, potius in medio paululum rotundatus, lateribus tenuissime marginatus, ibique ut & angulis posticis rotundatus, supra valde convexus, crebre punctatus, tenue pubescens, niger, parum æneo-nitens. Scutellum breve latum, apice rotundatum, nigro-æneum punctatum. Elytra lata, convexa, te-

nue marginata, creberrime & ſatis profunde punċtata, ſub-pubeſcentia, apice truncata, abdomine multo breviora, nigra, æneo ſub-nitida. Anus ſub-acuminatus, punċtatus, niger. Corpus nigrum punċtatum. Pedes breves validi, pallide rufeſcentes.

Var. b. differt tantum colore totius corporis pallidiori brunneo aut ferrugineo.

Var. c. magis differt, pube denſiori cinerea, antennis totis nigris, pedibusque nigro-piceis; ſed ſtruċtura partium omnino eadem, vix ſpecie diſtinċta.

3. C. bipuſtulatus: oblongo-ovatus niger, profunde punċtatus, elytris macula magna media, antennis pedibusque pallide rufis.

Dermeſter bipuſtulatus. Fabr. ſyſt. eleut. I. 320. 46. *Payk. fn.* I. 286. II.

Silpha Hiſteroides. Thunb. Act. Upſ. 4. 8. 12.

Var. *b.* Elytris ferrugineis, margine, angulo ſcutellari, apiceque nigris.

Silpha punċtulata. Marſh. ent. br. I. 126. 35.

Habitat in Sveciæ Borealis floribus rarius.

Deſcr. Magnitudo & ſtatura C. pedicularii. Caput angulatum, creberrime punċtulatum, nigro-piceum, ore rufeſcente; oculi magni prominuli atri. Antennæ arcuatæ, longitudine thoracis, pallide teſtaceæ, articulo primo magno craſſo cylindrico, ſecundo paullo minore, clava triarticulata pyriformi. Thorax transverſim ovatus, antice minime emarginatus, lateribus, angulisque omnibus rotundatus, tenue marginatus, ſupra modice convexus, crebre & profunde punċtatus, niger, vel nigro-piceus. Scutellum magnum, ſub-triangulare punċtatum nigrum. Elytra lata, parum convexa, lateribus marginata, apice

apice truncata, abdomine multo breviora, ſupra crebre & profunde punctata nigra, macula magna media angulata pallide rufa. Corpus nigrum punctulatum, ano ſub-acuminato, interdum piceo. Pedes pallide rufeſcentes.

Var. b. differt elytrorum diſco toto pallide rufo-ferrugineo, margine laterali tenue, apice & regione ſcutelli latius nigricantibus.

4. C. pedicularius: oblongo-ovatus ferrugineo-teſtaceus, profunde punctatus, oculis atris, pectore brunneo.

Herbſt. col. 5. 12. 1. Tab. 45. f. 1. a. Illig. col. bor. 1. 396. 3.

Dermeſtes pedicularius. Linn. ſyſt. nat. 2. 564. 23. fn. ſv. 434. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 319. 43. Payk. fn. 1. 285. 10. Panz. fn. 7. f. 5.

Brachypterus pedicularius. Kugell. Schneid. Mag. 5. 561. 1.

Silpha unicolor. Marſh. ent. br. 1. 127. 37. & Silpha ſimilis, ibid. n. 38.

Var. *b.* Scutello, ſutura baſeos elytrorum, pectore abdominisque baſi nigricantibus.

Illig. loc. cit. var. a.

Nitidula truncata Fabr. ſyſt. eleut. 1. 354. 27.

Habitat in floribus frequens, præſertim in floribus ſæpe copioſiſſimus.

Deſcr. C. urticæ plerumque paullo major. Caput baſi latum, anterius anguſtatum, ſub-triangulare, creberrime punctatum, ferrugineo-teſtaceum, oculis parvis globoſis atris. Antennæ thorace fere longiores, ferrugineæ, clava paullo obſcuriori; Articu-

lus primus baseos in mare maximus, elongatus, fere cylindricus; secundus brevior, compressus, apice valde dilatatus obcordatus; in femina hi articuli longe minores. Thorax brevis, transversim ovatus, antice fere truncatus, lateribus & postice rotundatus, tenue marginatus, supra modice convexus, crebre & sat profunde punctatus, ferrugineo-testaceus. Scutellum mediocre sub-triangulare punctatum concolor. Elytra lata, modice convexa, tenue marginata, apice truncata, abdomine breviora, crebre & profunde punctata, plerumque pallidius testacea, sub-pubescentia. Pectus & abdominis basis brunnea, ano dilutiori. Pedes breves validi pallide testacei, tibiis basi angustis, apice valde dilatatis, sub-triangularibus.

Var. b. tantum colore differt; scutellum plerumque nigrum, regio circum scutellum ut & sutura plus minusve infuscata; pectus & abdominis basis nigra nitida, ano brunneo; in utraque varietate ambi sexus occurrunt.

5. C. glaberrimus: oblongo-ovatus convexus ferrugineus nitidus glaberrimus, antennis pedibusque luteis.

Dermestes glaberrimus. Payk. fn. I. 287. 13.

Habitat in Alpibus Dalekarlicis passim. *Dom. de Paykull.*

Descr. Insectum non nisi in Musæo Dom. de Paykull a me visum, quare descriptionem loc. cit. datam afferre licet: Magnitudo vix C. urticæ. Caput ferrugineum punctulatum. Antennæ luteæ, thorace paullo longiores, structura ut in præcedentibus. Thorax ferrugineus punctulatus convexus, sub-marginatus, antice transversus, postice rotundatus, in medio dilatatus, ut longitudine ibi duplo latior sit. Scutellum magnum punctulatum ferrugineum, apice rotundatum, Elytra ferruginea punctulata convexa,

vix

vix thoracis latitudine, ſed dimidio fere longiora, abbreviata, abdomine multo breviora. Alæ albo-hyalinæ. Pectus & abdomen ferruginea. Pedes lutei.

Colore & corpore glaberrimo a præcedentibus differt.

6. C. brachypterus: oblongo-ovatus niger ſub-depreſſus, thorace transverſo breviſſimo lævi, antennarum baſi pedibusque teſtaceis.

Dermeſtes brachypterus. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 320. 45. *Payk. fn.* 1. 288. 14. *Panz. fn.* 4. *f.* 10.

Var. *b.* ferrugineus totus, antennis pedibusque pallidioribus.

Habitat in fungis arboreis paſſim.

Deſcr. Parvus, urticæ minor, & magis depreſſus. Caput magnum porrectum ſub-triangulare nigrum, vix punctatum; oculi globoſi brunnei. Antennæ thorace paullo longiores, articulo primo magno obconico ferrugineo; ſecundo etjam magno obconico, ſed nigro; 3-7 parvis globoſis ferrugineo-piceis, 8-10 ſenſim majoribus perfoliatis nigris piloſis, ultimo reliquis majore ovato, ſub-acuminato, nigro, piloſo. Thorax breviſſimus transverſus, niger, antice poſticeque truncatus, angulis anticis rotundatis, poſticis ſub-rectis ferrugineo-pellucidis; lateribus rotundatus, tenue marginatus, ſupra parum convexus, lævis, vel vix viſibiliter punctulatus, tenue pubeſcens. Scutellum parvum rotundatum nigrum, elytris adæquatum, ut ægre obſervetur. Elytra magna, thorace fere latiora, parum convexa, tenue marginata, apice truncata, abdomine dimidio fere breviora, ſubtiliſſime rugoſo-punctata, tenue pu-

pubescentia, nigra, margine postico obsolete ferrugineo. Abdomen nigrum nitidum acuminatum, marginibus elevatis. Corpus subtus nigrum nitidum. Pedes tenues rufo-testacei, tibiis linearibus.

Obs. structura thoracis & antennarum a reliquis hujus generis nonnihil diversa; victus etjam alius; Generi Omalio Dom. de Gravenhorst affinis, sed antennæ magis clavatæ.

P E L T I S.

Palpi quatuor inæquales, sub-clavati.

Ligula apice truncata, ciliata.

Antennæ articulo primo dilatato, ultimis tribus magnis perfoliatis remotis.

Corpus ovatum, late marginatum, subtus planum. Coleoptera integra, anum obtegentia.

1. P. grossa: nigro-picea glabra depressa, thorace brevissimo, elytris profunde punctatis, lineis tribus elevatis lævibus.

Fabr. syst. eleut. 1. 343. 1. *Illig. col. bor.* 1. 375. 1. *Kugell. Schneid. Mag.* 4. 509. 1.

Silpha grossa. Linn. syst. nat. 2. 572. 21. *fn. sv.* 459. *Herbst. col.* 5. 177. 6. *Tab.* 50. *f.* 10. *Payk. fn.* 1. 337. 13. *Panz. fn.* 75. *f.* 16.

Silpha lunata. Oliv. ent. 2. 11. 11. 8. *Tab.* 1. *f.* 2. *Fabr. syst. eleut.* 1. 340. 15.

Cassida rubro-nigra. Uddman diss. 8. 9.

Habitat sub cortice arborum emortuarum passim.

Descr.

Descr. Silpha thoracica saepe duplo major; variat tamen admodum magnitudine, ut et colore, aut nigro, aut piceo, aut brunneo. Caput parvum rotundatum depressum inaequale, crebre rugoso-punctatum nigro-piceum, oculis oblongis atris; clypeus oris fulvo-ciliatus. Antennae nigro-piceae; longitudine thoracis, articulo primo magno dilatato, crebre punctato. Thorax brevissimus transversus, antice multo angustior, laute angulatim emarginatus, & in emarginatura rufo-ciliatus, undique marginatus, lateribus explanatus, disco parum convexus, nigro-piceus, superficie tota creberrime rugoso-punctata. Scutellum parvum rotundatum punctatum nigro-piceum. Elytra magna, lata, parum convexa nigro-picea, lateribus late explanato-marginata, creberrime & profunde punctata, lineis tribus disci elevatis, laevibus, apicem non attingentibus. Corpus subtus planum nigro-piceum nitidum, tenue punctulatum. Pedes mediocres nigro-picei punctati, tibiis pubescentibus.

2. P. ferruginea: ferrugineo-brunnea glabra depressa, elytris lineis elevatis senis, interstitiis duplici ordine punctato-striatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 344. 2. *Illig. col. bor.* 1. *376. 2. Kugell. Schneid. Mag. 4. 509 2.*

Silpha ferruginea. Linn. syst. nat. 2. 579. 19. fn. sv. 458. Oliv. ent. 2. 11. 20. 20. *Tab.* 2. *f.* 13. *a, b. Herbst. col. 5. 195. 21. Tab. 51. f.* 10. *Payk. fn.* 1. *339. 15. Panz. fn. 75. f.* 17.

Silpha Cimicoides. De Géer Ins. 4. 183. 9.

Habitat sub cortice arborum emortuarum, non infrequens.

Descr.

Descr. Statura praecedentis omninò, sed plerumque quadruplo minor & ultra; color variat; in disco, praesertim elytrorum, brunneus, limbo omni ferrugineo; saepe vero corpus totum pallidius ferrugineum. Caput parvum depressum inaequale, crebre punctatum, ferrugineum, oculis oblongis nigris. Antennae thorace breviores ferrugineae, articulo primo maximo antrorsum dilatato, ciliato, punctato; ultimis tribus magnis compressis. Thorax brevis transversus, anterius angustior, late & profunde emarginatus, lateribus explanatus, undique marginatus, crebre rugoso-punctatus, ferrugineus, disco modice convexo, inaequali, plerumque obscuriori. Scutellum parvum rotundatum punctatum concolor. Elytra magna ovata, lateribus late explanato-marginata, disco elevatiori dorso fere plano, plerumque obscurius brunneo, lineis sex elevatis laevibus, interstitiis duplici serie punctatis. Corpus subtus planum ferrugineum, subtilissime punctulatum. Pedes ferruginei.

3. P. oblonga: nigro-picea glabro oblonga, elytris lineis octo, alternis evidentioribus, interstitiis duplici serie punctatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 544. *3.* *Illig. col. bor.* 1. 377. 3. *Kugell. Schneid. Mag.* 4. *509.* 3.

Silpha oblonga. Linn. syst. nat. 2. 572. 22. *fn. sv.* 460. *Oliv. ent.* 2. 11, 20. 19. *Tab.* 2. *f. 16. Herbst. col.* 5. 196. 22. *Tab.* 51. *f.* 11. *Panz. fn.* 75. *f.* 18. *De Geer Ins.* 4. 185. 11. *Payk. fn.* 1. 339. 16.

Habitat sub cortice arborum emortuarum, & in fungis arboreis, passim.

Descr. Longitudo praecedentis, sed fere duplo angustior. Caput porrectum, depressum, inaequale, crebre

crebre & profunde punctatum, nigro-piceum, ore dilutiori; oculi globosi atri. Antennæ rufo-piceæ, structura ut in præcedente. Thorax brevis transversus, anterius angustior, late emarginatus, disco convexus, crebre & sat profunde punctatus, nigro-piceus. Scutellum parvum rotundatum piceum, vix punctatum. Elytra valde elongata, lateribus late marginata, disco modice convexa, nigro-picea; in singulo lineæ elevatæ octo, præter suturam & marginem, alterius plerumque evidentioribus, interstitiis omnibus duplici serie profunde punctatis. Corpus subtus planum dilutius piceo-ferrugineum punctulatum pubescens. Pedes breviusculi ferrugineo-picei.

4. P. dentata: oblongo-ovata nigra obscura scabra, dorso plana, thorace elytrisque lineis elevatis fasciculato pilosis.

Silpha dentata. Fabr. syst. eleut. 1. 342. 22. Payk. fn. 1. 338. 14.

Silpha scabra. Herbst. col. 5. 197. 23. Tab. 51. f. 12.

Hispa scabra. Thunb. Act. Ups. 4. 15. 26. Tab. 1. f. 6.

Habitat in truncis putridis Pini & Abietis rarius; in truncis deustis decumbentibus in Silva Kinnensi Westrogothiæ pluries legi.

Descr. P. ferruginea vix latior, sed longior, magis depressa. Caput parvum depressum inæquale rugoso-punctatum nigrum pilosum, palpis rufo-piceis; oculi globosi atri. Antennæ thorace breviores, nigro-piceæ pilosæ, articulo primo maximo dilatato, rugoso, setis incurvis nigris ciliato. Thorax brevis transversus, antice late & profunde emarginatus, lateri-

teribus latiſſime depreſſo-explanatus, ibique & angulis omnibus rotundatus, marginibus crenulatus, & ſetis incurvis denſe ciliatus; diſcus convexus, rugis duabus longitudinalibus elevatis ſcabris piloſis, antrorſum ſupra collum productis, tuberculisque duobus mediis inſtructis; niger obſcurus, rugoſo-punctatus. Scutellum parvum rotundatum, tuberculis duobus elevatis ſcabris approximatis. Elytra oblonga nigra obſcura, lateribus late marginata, margine reflexo crenulato, ſetis incurvis ciliato; diſcus elevatior, dorſo omnino planus, ſtriis tribus interruptis elevatis ſcabris ſetoſis, quæ intra apicem terminantur tuberculis duobus validis retrorſum porrectis; interſtitia rude punctato-ſtriata. Corpus ſubtus planum nigro-piceum, ſubtiliſſime punctulatum. Pedes breves validi nigro-picei.

Obſ. Corpus totum ſæpe carie lignea adglutinata obductum, unde color & facies alienæ.

5. P. limbata: brevis ovata convexa æneo-brunnea, pubeſcens, limbo ſanguineo, elytris punctato-ſtriatis.

Fabr. ſyſt. eleut. I. *344. 4. Illig. col. bor.* I. *378. 4. Panz. fn. 91. f. 8.*

Peltis brunnea. Payk. fn. 1. 340. I.

Caſſida brunnea. Thunb. Muſ. Upſ. 3. 40.

Habitat ſub cortice arborum emortuarum, & in fungis arboreis, paſſim.

Deſcr. P. ferruginea duplo minor, brevior, ſed multo magis convexa, ſtatura fere Caſſidæ. Caput parvum, retractum, angulatum, inæquale, punctatum, ferrugineum, oculis magnis globoſis atris. Antennæ longitudine thoracis ferrugineæ, articulo primo magno dilatato punctato, clava obſcuriori triarticulata, magis coarctata, quam in congeneribus.

Tho-

Thorax brevis latus, anterius multo angustior, parum emarginatus, postice sub-rotundatus, angulis obtusis, lateribus & antice tenue marginatus; & intra margines depresso-explanatus. rufo-ferrugineus, subtiliter crebre punctatus, pubescens, disco postico convexiori brunneo, parum æneo-nitente. Scutellum parvum rotundatum, parum punctatum, brunneum. Elytra magna, thorace latiora, valde convexa, profunde at rude & minus regulariter puncto-striata, æneo-brunnea, pubescentia, margine late explanato reflexo ciliato obscure sanguineo, vel rufo-ferrugineo. Corpus subtus planum ferrugineum, crebre punctulatum. Pedes tenues ferruginei pubescentes.

Obs. Statura convexa, sub-hæmisphærica, & antennarum clava magis coarctata, a præcedentibus differt; sed in cæteris conveniunt; Nitidulis etiam affinis uti reliquæ species. Insectum vivum plerumque pulvere niveo, mucoris instar adspersum videtur, quo deraso, iterum redit, quamdiu vivit animalculum.

NECROPHORUS.

Labium cordatum, emarginatum, crenatum.

Antennæ breves, capitulo magno ovato, articulis quatuor perfoliatis coarctatis, ultimo acuminato.

Thorax postice rotundatus, sub-orbiculatus.

Elytra truncata, abdomine breviora.

1. N. Germanicus; niger, clypeo medio membranaceo flavo, elytrorum margine rufo, antennarum clava atra.

Fabr. syst. eleut. 1. 333. 1. *Oliv. ent.* 2. 10. 7. 3. *Tab.* 1. *f.* 2. *a*, *b*. *Illig. col. bor.* 1.

 353.

353. 2. Herbst. col. 5. 154. 2. Tab. 50. f. 2. Panz. fn. 41. f. 1. Payk. fn. 1. 322. 1. a.

Silpha Germanica. Linn. syst. nat. 2. 569. 1. Marsh. ent. br. 1. 113. 1.

Silpha nigra major. De Geer Inf. 4. 173. 2. Tab. 6. f. 4-6.

Habitat in Sveciæ australis cadaveribus rarius.

Descr. N. Vespillone duplo major & ultra. Caput magnum exsertum nigrum nitidum, fronte linea impressa semi-circulari circumscripta, subtilissime punctulata, vertice & oculorum regione strigosis; supra os macula magna triangularis membranacea flavo-testacea; oculi magni lunati glauci. Antennæ vix capite longiores, totæ nigræ, articulo primo longissimo obconico, clava ovata, 4-articulata, uno latere magis dilatata. Thorax antice truncatus, tenue marginatus, lateribus & postice rotundatus, late explanatus, disco modice convexo, subtilissime punctato, sulculo longitudinali obsoleto, & impressione transversali flexuoso ante medium exarato; totus niger nitidus. Scutellum magnum triangulare nigrum, crebre punctatum. Elytra oblonga, dorso parum convexa, nigra nitida, crebre & sat profunde punctata, lineis duabus obsoletis elevatis; apice sinuato-truncata, lateribus deflexa, corpus ambientia, margine late rufo-ferrugineo. Corpus nigrum punctatum, abdominis marginibus atro-ciliatis. Pedes validi elongati, tibiis anticis interne rufo-ciliatis.

Obs. Variat rarius puncto apicis elytrorum rufo.

2. N. humator: niger immaculatus, antennarum capitulo aurantiaco.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 1. 333. 2. *Oliv. ent.* 2. 10. 8. 4. *Tab.* 1. *f.* 2 *c. Herbst. col.* 5. 156. 3. *Tab.* 50. *f.* 3. *Illig. col. bor.* 1. 352. 1. *Panz. fn.* 41. *f.* 2.

Necroph. Germanicus var. Payk. fn. 1. 323. *b.*

Silpha nigra major var. De Geer Inf. 4 173. 2.

Silpha humator. Marsh. ent. br. 1. 114. 2.

Habitat in Sveciæ australis cadaveribus rarius.

Descr. Magnitudo valde variat, semper tamen præcedente minor, tenuior; ceterum statura & formatione partium illi simillimus. Clavæ antennarum articuli tres ultimi aurantiaci vel luteo-testacei; margo elytrorum deflexus niger; rarius obscure brunneus, nunquam vero rufo-ferrugineus ut in præcedente. In utraque Specie occurrunt ambi sexus, ut ex tarsis anticis maris dilatatis concludi potest, ideoque vix ut varietates considerari possunt.

3. N. vespillo: niger, antennarum clava aurantiaca, elytris fasciis duabus undulatis ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 1. 335. 7. *Oliv. ent.* 2. 10. 5. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *a-c. Herbst. col.* 5. 157. 2. *Tab.* 50. *f.* 4, 5. *Illig. col. bor.* 1. 354. 3. *Payk. fn.* 1. 324. 2. *a. Panz. fn.* 2. *f.* 21.

Silpha Vespillo. Linn. syst. nat. 2. 569. 2. *fn. sv.* 444. *De Geer Inf.* 4. 168. 1. *Tab.* 6. *f.* 1-3. *Marsh. ent. br.* 1. 114. 3.

Var. *b.* fasciis elytrorum ferrugineis confluentibus. *Herbst. Payk. loc. cit. var. b.*

Habitat in cadaveribus, fungis, quisquiliis frequens; var. *b.* vero rariſſime occurrit. Ociſſime volitat, elytris erectis approximatis. Cadavera minora ſub terra ſepelit.

Deſcr. Medius, ſed magnitudine valde variat, ſtatura praecedentium omnino. Capitis forma & color ut in prioribus; macula teſtacea clypei in maſculis magna, in femineis vero parva; caput maris pone oculos tumidum, dilatatum, non vero apud feminam ita. Articuli tres ultimi clavae antennarum ferruginei. Thoracis ſtructura ut in prioribus; in nuper excluſis vel illaeſis, thorax antice flavo-aureo pubeſcens. Scutellum magnum triangulare nigrum, crebre punctulatum. Elytra ejusdem ſtructurae ut in prioribus, crebre punctulata, nigra, margine inflexo toto, faſciisque duabus undulato-dentatis, una ante medium, altera apicis, flavo-ferrugineis; ſutura plerumque tota nigra, unde faſciae ibi interruptae; ſaepe tamen faſciae latiores, integrae, & tunc elytra potius flavo-ferruginea dicenda, baſi, faſcia media utrinque undulata, maculaque ſuturali apicis transverſa nigris. Corpus nigrum punctatum, pectore flavo-aureo villoſo. Pedes nigri, femoribus flavo-pubeſcentibus.

Var. b. differt tantum faſciis ferrugineis in medio confluentibus, relictis punctis quibusdam nigris ſparſis.

4. N. mortuorum: niger, elytris faſcia lata crenulata, maculaque reniformi apicis aurantiacis, Antennarum clava nigra.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 335. *8.* *Herbſt. col.* *5. 163.* 5. *Tab. 50. f. 6.* *Illig. col. bor.* 1. *354.* *4.* *Panz. fn. 41. f. 3.*

Silpha mortuorum. Marſh. ent. br. 1. 115. 4.

Ne-

Necrophorus Vespillo, var. Payk. fn. 1. *325. e.*

Habitat in cadaveribus & fungis apud nos rarius.

Descr. Statura & summa affinitas praecedentis, plerumque tamen minor; differt praeterea: clypeo absque macula lutea; antennarum clava tota nigra, thoracis lateribus anterius vix dilatatis; pectore parum flavo-pubescente, & macula ferruginea apicis elytrorum reniformi vel lunata, nunquam in fasciam dilatata, nec cum margine aurantiaco connexa; diversas igitur species esse, verosimillimum mihi videtur.

SILPHA.

Maxilla intus dente corneo acuto armata.

Ligula dilatata bifida.

Antennae extrorsum sensim crassiores, articulis perfoliatis remotis.

Corpus ovatum, parum convexum. Thorax & elytra late marginata.

Fam. 1. Thorace antice integro.

1. S. littoralis: oblonga depressa nigra, thorace sub-orbiculato, elytris truncatis trilineatis, antennis apice testaceis.

Linn. syst. nat. 2. 570. 11. *fn. sv.* 450. *Fabr. syst. eleut.* 1. *336.* 2. *Oliv. ent.* 2. 11. *6.* 2. *Tab.* 1. *f. 8. a, b. Herbst. col.* 5. 170. 1. *Tab.* 50. *f.* 7. *8. Illig. col. bor.* 1. 357. *3. Panz. fn.* 40. *f.* 15. *Payk. fn.* 1. *326.* 1. *Marsh. ent. br.* 1. 116. 5.

Silpha rufo-clavata. De Géer Inf. 4. 176. 4.

Var. *b.* Femoribus pofticis incraffatis, fubtus denticulatis, tibiis arcuatis. *Fabr. Oliv. Herbft. Illig. Payk. loc. cit. var.*

Peltis femorata. Müll. Zool. Dan. Prodr. 594.

Var. *c.* Dimidio minor, brunneo-teftacea, fubtus obfcurior. *Illig. Payk. loc. cit. var.*

Silpha livida. Fabr. fyft. eleut. 1. 337. 3. Oliv. ent. 2. 11. 7. 3. Tab. 1. f. 8. c. Herbft. col. 5. 174. 3. Tab. 50. f. 9.

Habitat in fucco deftillante arborum, & in quisquiliis, præfertim ad littora lacuum, paffim; var. b. rarius occurrit; var. c. apud nos rariffime, *Dom. de Paykull*, mihi nunquam obvia.

Defcr. Reliquis noftris hujus generis major, præfertim longior. Caput oblongum exfertum nigrum nitidum, fronte convexa fubtiliffime punctulata, oculis magnis glaucis. Antennæ thorace breviores, nigræ, articulis tribus ultimis flavo-teftaceis. Thorax magnus, fub-truncatus, fupra parum convexus, fere planus, tenue marginatus, niger nitidus, creberrime fubtiliffime punctulatus, difco leviori. Scutellum magnum triangulare nigrum punctulatum. Elytra magna, elongata, in medio dilatata, thorace multo latiora nigra, lateribus declivia, late marginata, apice truncata, dorfo depreffa, fere plana, creberrime fubtiliffime punctulata, lineis tribus elevatis lævibus, ad apicem usque productis; paullo ante apicem, inter ftrias 2 & 3, tuberculum transverfale elevatum. Corpus fubtus convexum nigrum punctatiffimum, atro fub-pubefcens, pedes nigri elongati, tibiis canaliculatis ciliato-fubfpinofis.

Var.

Var. b. differt tantum femoribus posticis magnis clavatis, subtus versus apicem denticulis pluribus auctis, armatis; tibiis ejusdem parvis valde arcuatis, tarsisque, præsertim quatuor anticis subtus dense fulvo-spongiosis; in ceteris omnibus simillima, forte modo sexu distincta.

Var. c. simillima var. a, modo minor, & supra livida, seu pallide brunnea, subtus obscurior, forte nuper exclusa.

2. S. reticulata: ovata sub-convexa nigra opaca, thorace antice truncato, elytris trilineatis, interstitiis transversim rugosis.

Fabr. syst. eleut. 1. 341. 18. *Herbst. col.* 5. 189. 16. *Tab.* 51. *f.* 5. *Illig. col. bor.* 1. 366. 13. *Payk. fn.* 1. 327. 2. *Kugell. Schneid. Mag.* 4. 505. 5.

Silpha rugosa. Panz. fn. 5. *f.* 9. *vid. ejusd. Crit. Rev.* 1. *p.* 70.

Silpha granulata. Marsh. ent. br. 1. 119. 11.

Silpha obscura. Herbst. col. 5. 188. 15. *Tab.* 51. *f.* 4. *vix distincta.*

Habitat in viis & agris passim.

Descr. S. rugosa duplo major, tota nigra opaca, supra glabra, subtus sub-pubescens. Caput magnum crassum nigrum opacum, creberrime punctatum, carina transversali obsoleta inter oculos; labrum profunde emarginatum, fere bifidum. Antennæ longitudine fere thoracis, nigræ, apice fuscæ. Thorax transversus, anterius angustior, truncatus, postice sinuatus, lateribus & angulis omnibus rotundatus, undique tenue marginatus, supra parum convexus, creberrime punctulatus, niger opacus. Scutellum

 tri-

triangulare nigrum punctatissimum. Elytra thoracis latitudine, ovata, apice rotundata, lateribus declivia, late marginata, margine reflexo; dorso parum convexa, lineis tribus elevatis, interioribus obsoletis irregularibus, laterali multo elevatiori carinata, posterius abbreviata, in tuberculum elevatum inæquale defluente; superficies tota creberrime punctata nigra obscura, & in disco dorsali præterea rugæ transversales confluentes irregulares, paulo lucidiores. Corpus & pedes atra punctatissima, sub-pubescentia.

8. S. obscura: ovata nigra obscura, thorace truncato, elytris profundius punctatis, lineis tribus elevatis obsoletis.

Linn syst. nat. 2..572. 18. *fn. sv.* 457. *Fabr. syst. eleut.* 1. 340. 17. *Oliv. ent.* 2. 11. 15. 14. *Tab.* 2. *f.* 18. *Illig. col. bor.* 1. 367. 14. *Payk. fn.* 1. 328. 3. *Marsh. ent. br.* 1. 118. 10.

Silpha atrata. Herbst. col. 5. 183. 11. *Tab.* 51. *f.* 1.

Habitat in viis, agris, quisquiliis, apud nos rarius.

Descr. Magnitudo fere præcedentis, sed paullo longior & angustior. Caput nigrum obscurum, creberrime punctulatum, carina transversali obsoleta inter oculos; labrum late, sed minus profunde emarginatum. Antennæ thorace breviores, nigræ, subpubescentes, articulo ultimo acuminato. Thorax transversus, anterius angustior, antice rotundato-truncatus, postice parum sinuatus, undique marginatus, supra fere planus vel parum convexus, niger obscurus, creberrime subtilissime punctulatus. Scutellum triangulare punctatissimum nigrum. Elytra oblongo-ovata nigra obscura, lateribus declivia angustius marginata, margine reflexo, apice rotundata, disco sub-convexa, profundius & parcius punctata,

lineis

lineis tribus elevatis valde obſoletis, abbreviatis, media longiori; ordo e punctis parvis impreſſis lineas elevatas utrinque cingit; limbus creberrime punctulatus. Corpus & pedes nigra ſub-nitida, creberrime punctulata.

4. S. triſtis: ovata nigra obſcura, thorace truncato, elytris ſubtiliſſime punctulatis, lineis tribus elevatis evidentioribus.

Illig. col. bor. 1. 366. 12.

Silpha granulata. Thunb. Inſ. Svec. 5. 72. *Payk. fn.* 1. 329. 4.

Habitat in quisquiliis, præſertim prope aquas, paſſim.

Deſcr. Magnitudo & ſtatura oblongior, convexior, omnino præcedentis, cui affinis, ſed vere diſtincta. Caput & antennæ ut in præcedente. Thoracis ſtructura & color etjam eædem, ſed ſuperficies magis inæqualis, diſco convexior obſolete foveolato, utrinque lunula impreſſa evidentiori incluſo; punctula thoracis etjam paullo minora, minus crebre impreſſa. Scutellum ut in priori. Elytrorum forma eadem, ſed ſuperficies tota, etjam diſci, creberrime & ſubtilius punctulata; lineæ elevatæ multo evidentiores, glabræ, politæ, & tuberculum, etſi obſoletum, in linea exteriori paullo pone medium obſervatur, cujus veſtigium nullum in priori detegendum. Corpus & pedes nigra ſub-nitida, punctata.

Obſ. Silpha granulata Oliv. ent. 2. 11. 13. 10. Tab. 2. f. 10. huic quidem ſimilis, ſed dimidio major, multo magis depreſſa, diſco elytrorum profundius & parcius punctato, lineis elevatioribus acutis carinatis, tuberculoque multo majore elevato, adeoque vere diſtincta; ſed quantum mihi innotuit, apud nos non lecta.

5. S. lævigata: ovata convexa nigra subnitida punctatissima, thorace antice angustato rotundato, elytris lævibus.

Fabr. syst. eleut. 1. 340. 16. Oliv. ent. 2. 11. 14. 13. Tab. 1. f. 1. a, b. Herbst. col. 5. 187. 14. Tab. 51. f. 3. Illig. col. bor. 1. 369. 15. Payk. fn. 1. 331. 6. Marsh. ent. br. 1. 119. 12.

Habitat in quisquiliis agrorum, in Svecia australi rarissime.

Descr. Statura fere, & magnitudo proxime præcedentium, paullo magis convexa, tota nigra sub-nitida. Caput elongatum convexum creberrime punctulatum, ore rufo-ciliato. Antennæ thorace breviores nigræ apice griseo-pubescentes. Thorax longitudine vix dimidio latior, anterius multo angustior, semi-circularis, postice leniter rotundatus, tenue marginatus, supra modice convexus, creberrime subtilissime punctulatus, niger sub-nitidus. Scutellum magnum nigrum punctulatum. Elytra magna oblonga, apice obtuse rotundata, lateribus angustius marginata, margine reflexo, disco satis convexa, crebre & sat profunde punctata, nigra, parum nitida, lineis elevatis nullis, nisi in quibusdam majoribus rudimenta obsoleta duarum dorsalium. Corpus & pedes nigra nitida, subtilissime punctulata.

6. S. atrata: ovata convexa nigra lucida, thorace semicirculari, elytris rugoso-punctatis, lineis tribus elevatis.

Linn. syst. nat. 2. 571. 12. fn. sv. 451. Fabr. syst. eleut. 1. 339. 12. Illig. col. bor. 1. 363. 10. Payk. fn. 1. 330. 5. Marsh. ent. br. 1. 116. 6.

Silpha punctata. Herbst. col. 5. 199. 24. Tab. 51. f. 13. De Géer Inf. 4. 177. 5. Tab. 6. f. 10-19.

Var. *b*. Nigra thorace aut toto, aut limbo tantum, elytrisque brunneis vel testaceis. *De Géer, Payk. loc. cit. var. b. Illig. var. b. c.*

Silpha brunnea. Herbst. col. 5. 202. 26. Tab. 51. f. 15. & S. fusca ibid. 200. 25. Tab. 51. f. 14.

Var. *c*. tota pallide brunnea, antennarum articulis ultimis fuscis. *Illig. loc. cit. var. d.*

Silpha Pedemontana. Fabr. syst. eleut. 1. 339. 13. Oliv. ent. 2. 11. 19. 18. Tab. 1. f. 6. Herbst. col. 5. 194. 20. Tab. 51. f. 9.

Habitat in viis, agris, campis frequens, etiam sub lapidibus, foliis deciduis, muscis, ubi hibernat; varietates b & c, raro occurrunt.

Descr. Magnitudo valde variat, præcedentibus semper dimidio minus & ultra. Caput valde elongatum, angustum, creberrime punctatum, nigrum nitidum oculis globosis. Antennæ thorace fere longiores, tenues, articulis inferioribus obconicis nigris, ultimis tribus majoribus fusco-cinereis. Thorax fere semi-circularis, antice vix obtusior, postice parum sinuatus, undique tenue marginatus, lateribus depressus, creberrime rugoso-punctulatus, disco elevatiori inæquali, subtilius punctulato, totus niger nitidus. Scutellum angulato-trigonum punctatum nigrum. Elytra ovata nigra nitida, apice obtusa, fere truncata, lateribus declivia, late explanato-marginata, præsertim antice, margine valde reflexo; undique creberrime rugoso-punctata e punctis confluentibus, disco convexa, lineis tribus elevatis abbreviatis,

viatis. Corpus totum nigrum punctatum, griseo-pubescens. Pedes nigri tibiis canaliculatis.

Varietates tantum colore differunt; var. b. nigra, thorace elytrisque rufo-brunneis, aut immaculatis, aut disco thoracis nigricante; var. c, tota pallidior, griseo-brunnea, antennarum apice, & interdum capite obscurioribus; forte nuper e nympha declarata.

7. S. opaca: ovata sub-depressa fusca tomentosa, thorace antice truncato, elytris trilineatis apice rotundatis.

Linn. syst. nat. 2. 571. 15. *fn. sv.* 454. *Fabr. syst. eleut.* 1. 341. 19. *Illig. col. bor.* 1. 360. 7.

Silpha tomentosa. De Géer Inf. 4. 183. 8. *Herbst. col.* 5. 203. 27. *Tab.* 51. *f.* 16. *Payk. fn.* 1. 332. 7. *Marsh. ent. br.* 1. 120. 15.

Var. *b.* Supra tomento flavo-aureo tecta.

Silpha villosa. Næzén Act. Holm. 1792. 168. 2. *Tab.* 7.

Habitat in hortis, campis, ubique frequens; var. b. præsertim in Svecia Boreali.

Descr. Magnitudo & statura depressa fere S. sinuatæ. Caput breve latum crassum, crebre punctatum, nigro-fuscum, dense brunneo-tomentosum. Antennæ longitudine thoracis nigræ, articulis quatuor ultimis majoribus. Thorax transversus, antice truncatus, lateribus & angulis omnibus rotundatus, postice tri-sinuatus, undique tenue marginatus, lateribus & postice depresso-explanatus, disco antico convexior, sub-inæqualis, creberrime subtilissime punctulatus, nigro-fuscus, pube densa depressa grisea nitida tectus. Scutellum triangulare concolor. Elytra ovata fusca, creberrime subtilissime granulato-

pun-

punctata, pube grisea nitida depressa rariori adspersa; lateribus declivia, angustius marginata, margine valde reflexo, apice rotundata, dorso depressa, fere plana, lineis tribus elevatis, media longiori, interioribus magis obsoletis, exteriori elevatiori carinata abbreviata, vix ultra tuberculum laterale posticum extensa. Corpus nigrum sub-nitidum punctatum, pubescens, ano dilutiori ferrugineo. Pedes nigri nitidi, geniculis pallido-ciliatis, unguibus rubris.

Var. b. differt tantum tomento lucidiori flavo-aureo.

Fam. 2. Thorace antice emarginato.

8. S. carinata: ovata sub-convexa glabra nigro-brunnea, thorace sub-emarginato, elytris punctatissimis, lineis tribus elevatis lævibus.

Illig. col. bor. 1. *365.* 11.

Silpha opaca. Herbst. col. 5. *190.* 17. *Tab. 51. f.* 9. *Payk. fn.* *336.* 12.

Silpha recta. Marsh. ent. br. 1. 117. 7.

Silpha punctata. Oliv. ent. 2. 11. 13. 11. *Tab.* 2. *f.* 19.?

Habitat in viis, campis, quisquiliis, sat frequens.

Descr. E majoribus nostris, S. thoracica longior, magis convexa. Caput crassum convexum nigrum, creberrime punctulatum, oculis parvis oblongis glaucis. Antennæ thorace fere breviores nigræ apice fuscæ. Thorax amplus transversus, anterius angustior, leniter emarginatus, postice fere truncatus.

tus, angulis omnibus rotundatis; fupra parum convexus, fere planus, lateribus & poftice depreffo-explanatus, difco nonnihil convexiori, utrinque lunula impreffa circumfcripto; fubtiliffime creberrime punctulatus, niger glaber, marginibus fæpe ferrugineo-piceis. Scutellum triangulare acuminatum punctatum nigrum. Elytra oblongo-ovata, apice minus obtufa, fed potius acuminato-rotundata, lateribus declivia, late explanata, margine valde reflexo, undique creberrime fubtifiter granulato-punctata, nigro-brunnea, difco fub-convexa, lineis tribus elevatis glabris, media longiori; futura etjam elevata glabra. Corpus & pedes nigra punctulata pubefcentia, ano piceo.

Obf. Defcr. & fig. S. punctulatæ Oliv. loc. cit. cum hac fpecie concordant, etfi locus alienus; S. atrata Oliv. Ent. 2. 11. 16. 15. Tab. 1. f. 4. & Tab. 2. f. 4. b, ab Illig. ad jam defcriptam fpeciem relata, minus convenire mihi videtur; figuræ S. atratam & ejus varietatem non inepte exprimunt, defcriptio vero Gallica, quod ad magnitudinem & ftructuram thoracis, nullo modo S. atratæ applicari poteft. S. opaca Linn. minime ad S. carinatam pertinet, ut evidenter monftraverit Dom. Illig. loc. cit. Cum S. trifti, antea n:o 4 defcripto, hæc noftra facie concordat, fed illa anguftior, magis convexa, thorax antice omnino truncatus, elytra apice magis obtufa, anguftius marginata, unde facile diftingui poffunt.

9. S. thoracica: ovata depreffa nigra fericeo-nitens, thorace rubro fulvo-villofo, elytris lineis tribus elevatis flexuofis.

Linn. fyft. nat. 2. 571. 13. *fn. fv.* 452. *Fabr. fyft. eleut.* 1. 337. 7. *Oliv. ent.* 2. 11. 8. 5. *Tab.* 1. *f.* 3. *a, b. Herbft. col.* 5. 178. 7. *Tab.* 50. *f.* 11. *Illig. col. bor.* 1. 362. 8.

De

De Geer Inf. 4. 174. 3. Tab. 6. f. 7.-9. Payk. fn. 1. 334. 10. Panz. fn 40. f. 16. Marfh. ent. br. 1. 117. 8.

Habitat in cadaveribus, quisquiliis, ftercore, non infrequens.

Defcr. S. reticulata major latior. Caput nigrum inæquale punctulatum, pallido-pubefcens, oculis oblongis glaucis. Antennæ thorace fere breviores, nigræ pubefcentes, articulis quatuor ultimis majoribus compreffis. Thorax tranfverfus, anterius multo anguftior, ibique late emarginatus, loco medio valde elevato, angulis & lateribus rotundatus, poftice finuatus, undique marginatus, lateribus & poftice depreffo-explanatus, difco convexiore foveolato, totus rufo-teftaceus, fulvo-aureo pubefcens, fubtiliffime punctulatus; pube detrita, difcus obfcure fufcus apparet. Scutellum triangulare nigrum punctulatum. Elytra ovata nigra, fericeo-nitentia, lateribus declivia, late explanato-marginata, margine valde reflexo, apice rotundata, maris fere acuminata, ad futuræ apicem; fupra plana, fubtiliffime punctulata, lineis tribus elevatis fub-flexuofis, quarum duæ interiores tenues, intra apicem confluentes, extima elevatior, carinata, valde abbreviata, definens prope tuberculum tranfverfale pofticum. Corpus & pedes nigra, fubtiliffime punctulata, pubefcentia.

10. S. 4-punctata: ovata fub-depreffa nigra glabra, thoracis limbo elytrisque pallidis, puncto bafeos medioque nigris.

Linn. fyft. nat. 2. 571. 14. fn. fv. 453. Fabr. fyft. eleut. 1. 341. 21. Oliv. ent. 2. 11. 10. 7. Tab. 1. f. 7. a, b. Illig. col. bor. 1. 363. 9. Herbft. col. 5. 192. 19. Tab. 51. f. 8. De Geer

Géer Inf. 4. 181. 6. Payk. fn. 1. 335. 11. Panz. fn. 40. f. 18. Marsh. ent. br. 1. 118. 9.

Habitat in Svecia auftrali paffim.

Defcr. S. carinata minor, & minus convexa. Caput latum inæquale, crebre punctulatum, nigrum nitidum, oculis globofis glaucis. Antennæ thorace fere breviores nigræ, apice fufcæ. Thorax transverfus, anterius anguftatus, lateribus late explanatis pallide teftaceis, difco convexiori foveolato nigro nitido, antice tenue, poftice latius teftaceo. Scutellum triangulare punctatum nigrum nitidum. Elytra oblongo-ovata pallide teftacea nitida, creberrime punctulata, apice rotundata, lateribus declivia, explanato-marginata, difco fub-convexa, lineis tribus abbreviatis, exteriori elevatiori carinata, interioribus obfoletis, utrinque ftria e punctis impreffis coarctatis, inclufis; in fingulo maculæ duæ nigræ nitidæ, altera in ipfo humero, ovata, altera paullo pone medium orbiculata, nonnihil elevata. Corpus & pedes nigra punctulata pubefcentia.

11. S. rugofa: ovata depreffa nigra pubefcens, thorace tuberculato, elytris trilineatis, transverfim rugofis.

Linn. fyft. nat. 2. 571. 16. fn. fv. 455. Fabr. fyft. eleut. 1. 338. 10. Oliv. ent. 2. 11. 17. 16. Tab. 2. f. 17. Herbft. col. 5. 181. 10. Tab. 50. f. 12. De Géer Inf. 4. 182. 7. & Tom. 7. 600. Tab. 44. f. 20-24. Illig. col. bor. 1. 358. 4. Payk. fn. 1. 333. 9. Panz. fn. 40. f. 17. Marfh. ent. br. 1. 120. 16.

Habitat in cadaveribus, ftercore, quisquiliis ubiqe frequens.

Defcr.

Descr. Statura S. thoracicæ, sed triplo minor & ultra. Caput latum depressum nigrum, creberrime punctulatum, dense griseo-pubescens, oculi oblongi prominuli glauci. Antennæ thorace breviores nigræ, articulis tribus ultimis magnis fuscis. Thorax anterius angustior, late emarginatus, lateribus & angulis rotundatus, postice sinuatus, supra parum convexus, creberrime subtilissime punctulatus, niger, pube brevissima, tenuissima depressa cinerea tectus, relictis tuberculis disci plurimis, circiter 24, nudis atris. Scutellum triangulare punctatissimum nigrum, cinereo-pubescens, maculis duabus nudis oblongis. Elytra oblongo-ovata nigra obscura, subtilissime punctulata, apice in femina rotundata, in mare subsinuata, juxta suturam producta; lateribus declivia, angustius marginata, margine valde reflexo; disco depressa, fere plana, lineis tribus elevatis flexuosis, interstitiis transversim rugosis, rugis & tuberculis difformibus magis lucidis, sæpe cum striis connexis, præsertim versus apicem, unde striæ ibi sub-ramosæ; tuberculum ordinarium transversale pone medium, reliquis magis elevatum. Corpus & pedes nigra punctulata pubescentia ano rufescente.

12. S. Lapponica: ovata depressa nigra, antice sericeo-tomentosa, elytris trilineatis, interstitiis tuberculis globosis seriatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 338. 11. *Herbst. col. 5. 209. 35. Tab. 52. f. 4. Thunb. Ins. Svec. 5. 72.*

Silpha rugosa var. Linn. Payk. locis antea citatis.

Habitat in casis Lapponum frequens, carnes, pelles, pisces exsiccatos devastans.

Descr. Statura & summa affinitas praecedentis, sed plerumque paullo major, & ut videtur distincta; differt præcipue capite thoraceque supra lanugine lon-

ga argenteo-sericea decumbente omnino tecta, thoracis punctis nigris minoribus, paucioribus, nec nudis ut in priori, sed atro-pilosis; præterea striæ elytrorum non flexuosæ, sed recta excurrentes, tenues, utrinque linea e punctis minutis coarctatis impressis cinctæ; in singulo interstitio, etjam marginali, series e tuberculis valde elevatis glabris simplicibus, plerisque globosis, nec cum lineis connexis, nisi in ipso apice, ubi minora, irregularia. Pectus dense cinereo-villosum. Cætera ut in præcedenti omnia.

13. S. sinuata: ovata depressa nigra obscura, antice pubescens, thorace sub-emarginato tuberculato, elytris glabris trilineatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 341. 20. *Oliv. ent.* 2. 11. 18. 17. *Tab* 2. *f.* 12. *Illig. col. bor.* 1. 359. 5. *Herbst col.* 5. 191. 18. *Tab.* 51. *f.* 7. *Payk. fn* 1. 332. 8. *Marsh. ent. br.* 1. 120. 14. *Thunb Inf. Sv.* 6. 73. *Næzén Act. Holm.* 1794. 267. 2. *mas.*

Habitat in quisquiliis minus frequens.

Descr. Statura & magnitudo omnino S. rugosæ. Caput breve, latum, nigrum, crebre punctulatum, fronte pilis cinereo-albidis depressis tecta; oculi oblongi prominuli glauci. Antennæ thorace breviores nigræ, articulis tribus ultimis magnis fuscis. Thorax niger, anterius angustior, parum profunde emarginatus, lateribus & angulis rotundatus, postice sinuatus, supra parum convexus, creberrime punctulatus, pube tenui depressa cinerea tectus, disco crebre foveolato, punctisque plurimis denudatis notato, situ & numero fere ut in S. rugosa. Scutellum triangulare nigrum pubescens, maculis nonnullis denudatis. Elytra oblongo-ovata nigra obscura, omnino glabra, absque pilis, subtilissime crebre punctula-

ctulata, lateribus declivia, angustius reflexo-marginata, apice in mare truncata, in femina ad apicem suturæ in lobum elongatum rotundatum producta, adjacente exterius sinu emarginato; dorso depressa, fere plana, lineis tribus elevatis acutis, ad apicem usque productis, interiori recta, exterioribus pone tuberculum medium arcuatis. Corpus subtus nigrum pubescens, ano piceo, pectore densius villoso. Pedes nigri tarsis piceis.

14. S. dispar: ovata depressa fusca obscura, antice pubescens, thorace sub-emarginato tuberculato, elytris trilineatis pilosis.

Herbst. col. 5. 204. 28. *Tab.* 52. *f.* 1. *Illig. col. bor.* 1. 359. 6.

Silpha opaca. Marsh. ent. br. 1. 119. 13.

Silpha sinuata var. Payk. fn. 1. 332. 8.

Var. *b.* Elytris brunneis. *Herbst. Illig. loc. cit. var. b.*

Habitat in quisquiliis, præsertim ad littora maris & lacuum, passim.

Descr. Statura & summa affinitas proxime præcedentis, attamen specie diversa mihi videtur, plerumque paullo minor, obscure fusca, nec nigra. Caput, thorax & scutellum ut in præcedente, pubescentia frontis fusco-ferruginea. Elytrorum structura fere eadem, sed undique pilis parvis depressis cinereis rarius adspersa; lineæ elevatæ exteriores vix arcuatæ; tuberculum disci majus, elevatius; Apex elytrorum in mare obtuso truncatus, & in femina ad suturam quidem productus, sed multo brevius quam in S. sinuata; nec adest sinus emarginatus exterior, qualis in illa.

Var. b. differt tantum colore pallidiori fusco-ferrugineo, præsertim in elytris & limbo thoracis.

CATOPS.

Palpi quatuor inæquales, anteriorum articulo ultimo ſubulato.

Labium bifidum, laciniis brevibus acutis.

Antennæ extrorſum craſſiores, ſub-clavatæ, articulo octavo plerumque, ſeptimo minore.

Corpus oblongo-ovatum convexum, holoſericeo-pubeſcens. Thorax immarginatus fornicatus. Tarſi elongati tenues ſetacei, evidenter 5-articulati.

1. C. fornicatus: oblongo-ovatus nigrofuſcus holoſericeus, thorace brevi transverſo, elytris attenuatis ſubſtriatis, antennis pedibusque fuſco-teſtaceis.

Ptomaphagus fornicatus. Illig. col. bor. 1. *89. 3.*

Dermeſtes fornicatus. De Geér Inſ. 4. 216. 9. Tab. 8. f. 15.

Catops ſericeus. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 564. 2.

Catops morio. Payk. fn. 1. 344. *2.*

Helops triſtis. Panz. fn. 8. f. 1.

Chryſomela gibboſa. Thunb. Act. Upſ. 4. 14 *24.*

Mordella clavicornis. Marſh. ent. br. 1. 494. 22.

Dermeſtes. Linn. fn. ſepoſ. 545. 2268.

Ciſtela ovata. Oliv. ent. 3. *54*, 10. 12. *Tab.* 1. 11. *a, b.?*

Ha-

Habitat in quisquiliis, cadaveribus, vegetabilibus putrescentibus, locis umbrosis, suffocatis, passim.

Descr. Magnitudo Dermest. tomentosi, sed magis convexus; utrinque attenuatus. Caput deflexum nigrum, crebre subtilissime punctulatum, griseo-holosericeum, fronte parum convexa; os ferrugineum; oculi globosi brunei. Antennæ thorace paullo longiores pubescentes, basi ferrugineæ, articulo primo longo cylindrico, 2 breviori crassiusculo, 3-6 minoribus obconicis, ultimis quinque iterum majoribus fuscis clavam formantibus, 8:vo tamen septimo minore, breviore, ultimo acuminato, plerumque ferrugineo. Thorax brevis transversus immarginatus, lateribus rotundatus, antice posticeque truncatus, angulis anticis rotundatis, posticis sub-acuminatis; supra convexus, subtilissimo punctulatus, nigro fuscus, pube tenuissima griseo-holosericea nitida tectus. Scutellum triangulare fuscum, punctulatum pubescens. Elytra oblongo-ovata, apicem versus attenuata, sub-acuminata, lateribus tenue marginata, supra valde convexa, creberrime subtilissime punctulata, nigro-fusca, interdum brunneo-micantia, holosericeo-pubescentia, pone medium obsoletissime striata, stria suturali evidentiori arcuata, ante apicem suturæ excurrente. Corpus nigro-piceum punctatissimum pubescens. Femora fusco-ferruginea, tibiis tarsisque dilutius testaceis; Pedes postici valde elongati, & tarsi omnes attenuati, extrorsum angustiores; in masculis tarsi antici dilatati.

Variat rarius colore pallidiori, forte nuper exclusus.

2. C. agilis: oblongo-ovatus fusco-piceus pubescens, thorace brevi transverso; elytris

tris attenuatis lævibus, pedibusque teſtaceis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 565. 6.

Helops ſericeus. Panz. fn 73. f. 10.

Mordella Silphoides. Marſh. ent. br. 1. 493. 19.
Ciſtela fuſca. Oliv. ent. 3. 54. 10. 13. Tab. 1. f. 14. a, b.?

Var. *b.* totus pallide teſtaceus, capite obſcuriori.

Habitat in quisquiliis, putreſcentibus, locis ſuffocatis, paſſim.

Deſcr. Statura & ſumma affinitas præcedentis, ſed quadruplo minor, & ut videtur diſtinctus, quam in utraque ſpecie ambi occurrunt Sexus. Caput deflexum fuſcum, ſubtiliſſime punctulatum, holoſericeo-pubeſcens. Antennæ thorace vix longiores ferrugineæ, clava 5-articulata nigro-fuſca, articulo ultimo acuminato, apice teſtaceo, art. 8:vo ſeptimo minore. Thoracis ſtructura omnino ut in præcedente, totus fuſcus, holoſericeo-pubeſcens. Scutellum triangulare fuſcum punctulatum. Elytra oblongo-ovata, apicem verſus attenuata, ſub-acuminata, lateribus tenue marginata, ſupra valde convexa, creberrime punctulata, griſeo-holoſericea, obſcure teſtacea, ſtria ſuturali unica impreſſa, absque rudimento ſtriarum in diſco. Corpus ferrugineo-piceum, ano dilutiori. Pedes pallide teſtacei, ſtructura ut in præcedente, etjam quoad differentiam Sexualem.

Var. b. differt tantum corpore toto pallidiori.

Obſ. Helops ſericeus Panz. loc. cit. potius huc pertinet, quam ad ſequentem, cum quo in Crit. Rev. p. 34 ut varietatem conjungere voluit; Elytra enim, ſaltem in pictura, non truncata, ſed attenuato-ſubacuminata, ut in ſpecie jam deſcripta.

3. C. **truncatus**: oblongo-ovatus fusco-fericeus, thorace poftice latiori, elytris apice truncatis.

Ptomaphagus truncatus. *Illig. Mag.* 1. 42. 4.

Helops dermeftoides. *Panz. fn.* 57. *t.* 2.

Catops fericeus var. pygmæa, Payk. fn. 1. *343. not.*

Mycetophagus picipes. *Kugell. Schneid. Mag.* 5. *558.* *9.*

Catops morio. *Fabr. fyft. eleut.* 2. *564.* *4.?*

Var. *b.* elytris teftaceis.

Habitat in quisquiliis, fub lapidibus, locis umbrofis, rarius.

Defcr. Parvus C. agili vix major, & fere ejusdem ftaturæ. Caput magnum latum convexum nigrum nitidum, vix punctulatum, fericeo-pubefcens, ore inflexo teftaceo. Antennæ vix longitudine thoracis, craffæ nigræ, bafi ferrugineæ, clava 5-articulata perfoliata coarctata, articulo octavo breviffimo fed vix reliquis anguftiori, ultimo octavo, fub-acuminato. Thorax magnus, fere quadrangulus, valde convexus, niger nitidus, vix punctulatus, fed fubtiliffime transverfe ftrigofus, holofericeo-pubefcens, antice truncatus, vix anguftior, angulis tamen deflexis rotundatis, lateribus fub-rectis; poftice fubfinuatus, angulis acutis, elytris arcte adæquatus. Scutellum triangulare fufcum pubefcens. Elytra oblonga, bafi thorace fere anguftiora, apicem verfus fenfim attenuata, ipfo apice truncata, lateribus tenue marginata, fupra valde convexa, fufco-brunnea, holofericeo-pubefcentia, fubtiliffime transverfim ftrigofa, ftria futurali integra impreffa. Corpus piceo-brunneum nitidum punctulatum. Femora

brunnea, tibiis tarſisque obſcure teſtaceis; tarſi antici maris valde dilatati.

Var. b. differt tantum elytris pallidius teſtaceis, & quod paullo minor.

4. C. brevicornis: oblongo-ovatus fuſcus, griſeo-pubeſcens, punctatiſſimus, antennis brevibus teſtaceis, clava magna obtuſa 4-articulata.

Payk. fn. I. 346. 4.

Habitat in pratis rarius; in Dalekarlia, Dom. de *Paykull*; in Bahuſia, Weſtrogothia, Ipſe.

Deſcr. Magnitudo & fere ſtatura præcedentis. Caput parvum deflexum nigro-fuſcum, creberrime punctulatum, pubeſcens, ore teſtaceo; Palpi pallidi, anticorum articulo ultimo ſubulato, omnino ut in congeneribus; oculi magni globoſi atri. Antennæ thorace breviores ferrugineæ, articulo primo magno elongato cylindrico, 2:do breviori anguſtiori, 3 tenui obconico, 4-7 perfoliatis brevibus coarctatis ſenſim craſſioribus, extimis quatuor magnis perfoliatis, clavam coarctatam apice obtuſam conſtituentibus. Thorax magnus, valde convexus, fuſcus, denſe griſeo-pubeſcens, creberrime punctulatus, anterius anguſtatus compreſſus truncatus, poſtice ſubſinuatus, lateribus & angulis omnibus rotundatus. Scutellum triangulare fuſcum punctatiſſimum. Elytra oblonga, valde convexa, apicem verſus attenuata, ſub-acuminata, lateribus tenue marginata, ſupra creberrime punctulata, fuſca, pube denſa griſea nitida obducta, ſtria unica prope ſuturam impreſſa. Corpus piceum nitidum punctulatum. Pedes obſcure teſtacei, tarſis elongatis attenuatis.

5. C. fuſcus, oblongo-ovatus niger ſubpubeſcens, thorace brevi poſtice latiori, elytris ſub-ſtriatis, antennis elongatis, pedibusque ferrugineis.

Panz. Crit. Rev. I. *p. 34.*

Helops fuſcus. Panz. fn. 18. *f.* 1.

Catops ſericeus. Payk. fn. I. *342.* I.

Ptomaphagus agilis. Illig. col. bor. I. *88.* 2.?

Habitat in quisquiliis, locis ſuffocatis, rarius.

Deſcr. Statura fere C. fornicati, ſed paullo longior. Caput magnum convexum nigrum nitidum, vix punctulatum, tenue pubeſcens, ore piceo. Antennæ fuſco-ferrugineæ thorace longiores, articulis obconicis, ultimis 5 paullo craſſioribus, octavo perparum ſeptimo minori, ultimo elongato acuminato. Thorax brevior, antice poſticeque truncatus, anterius anguſtior, lateribus & angulis omnibus rotundatus, ſupra parum convexus, crebre, at obſolete punctulatus, diſco læviori, tenue griſeo-pubeſcens, niger, marginibus fuſco-brunneis. Scutellum triangulare fuſcum punctulatum. Elytra elongata convexa obſcure brunnea, creberrime punctulata, griſeo-pubeſcentia, apicem verſus attenuata, ſub-acuminata, lateribus tenue marginata, dorſo obſolete ſtriata, ſuturali evidentiori. Corpus piceum nitidum, ano dilutiori. Pedes ferruginei, valde elongati, præſertim poſtici, tarſis omnibus attenuatis.

6. C. elongatus: oblongus nigro-piceus pubeſcens, thorace poſtice anguſtiori, elytris ſubſtriatis, antennis pedibusque ferrugineis elongatis.

 Payk.

Payk. fn. 1. 345. 3.

Ptomaphagus rufescens. Illig. col. bor. 1. 87. 1. *var. b.*

Mordella picea. Marsh. ent. br. 1. 494. 21.

Var. *b.* Elytris postice infuscatis. *Illig. loc. cit. var. c.*

Var. *c.* totus pallide rufescens. *Illig. loc. cit. a.*

Carabus rufescens Herbst. Archiv. 5. 139. 49.?

Habitat in foraminibus sub terra locis suffocatis, sub lapidibus, rarius.

Descr. Magnitudo præcedentis, sed statura paullo longiori & angustiori. Caput magnum elongatum convexum nigrum sub-nitidum, tenue pubescens, vix punctulatum, ore rufescente; Palpi antici elongati pallidi, apice subulati. Antennæ pallide ferrugineæ pubescentes, dimidio corpore fere longiores, tenues, articulis 5 extimis paullo crassioribus, octavo parum septimo angustiori, ultimo acuminato. Thorax longior quam in præcedente, antice posticeque truncatus, lateribus ante medium dilatato-rotundatis, postice angustior, angulis obtusis, supra parum convexus, subtilissime punctulatus, griseo-pubescens, nigro-piceus, marginibus dilutioribus. Scutellum triangulare fuscum punctulatum. Elytra elongata, modice convexa, lateribus marginata, apicem versus attenuata, rotundata, rufo-ferruginea, subtilissime creberrime punctulata, griseo-pubescentia, obsoletissime striata, stria suturali evidentiori. Corpus nigro-piceum nitidum punctulatum, ano ferrugineo. Pedes tenues valde elongati, pallide rufescentes, tarsis longissimis.

Var. b. obscurior, elytris postice, versus suturam infuscatis.

Var.

Var. c. tota pallida, forte nuper declarata.

Obſ. Catops rufeſcens Fabr. ſyſt. Elevt. 2. 563. 1. ad hanc ſpeciem non pertinet. teſte Illig. Mag. 4. 164. 1. ideoque nomen D. Paykullii retinui.

SARROTRIUM.

Palpi 4. inæquales, articulo ultimo ovato obtuſo. Maxilla apice membranacea bifida.

Antennæ breves craſſæ, clava 8-articulata piloſa, ſubtus planiuſcula.

1. S. muticum: lineari-elongatum nigrum opacum, thorace ſub-quadrato foveolato, elytris punctato-ſtriatis, interſtitiis alternis elevatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 327. 1. *Illig. col.* 1. 344. 1.

Hiſpa mutica. Linn. ſyſt. nat. 2. 604. 4. *Panz. fn.* 1. *f.* 8. *Marſh. ent. br.* 232. 2.

Dermeſtes clavicornis Linn. fn. ſv. 413.

Ptilinus muticus. Payk. fn. 1. 317. 3.

Tenebrio hirticornis. De Géer Inſ. 5. 47. 8. *Tab.* 3. *f.* 1.

Habitat in arenoſis aridis paſſim.

Deſcr. Magnitudo & fere ſtatura Elophori elongati. Caput magnum latum porrectum depreſſum, inæquale, rugoſo-punctatum, obſcure nigrum, oculis parvis globoſis. Antennæ thorace breviores, porrectæ, valde incraſſatæ, per totam longitudinem perfoliatæ, articulis tribus baſeos paullo anguſtioribus griſeo-pubeſcentibus, reliquis octo atris, longiſſime piloſis, ultimo obtuſo. Thorax ſubquadratus,

tus, angulis anticis acutis, posticis obtusis, lateribus rectis marginatis crenulatis; disco convexus, inæqualis foveolatus, crebre punctatus, niger obscurus. Scutellum minutum rotundatum fuscum, nisi demtis elytris vix detegendum. Elytra nigra obscura, thorace paullo latiora, lineari-elongata, valde convexa, apice rotundata, lateribus marginata, rude punctato-striata, margine, sutura, interstitiisque alternis disci elevatioribus. Corpus subtus nigrum, rugoso-punctatum. Pedes breves validi obscure nigri.

Familia 8. Palpatores.

Palpi anteriores valde elongati, apice incrassati. Antennæ longæ, plerumque extrorsum crassiores. Thorax parvus immarginatus. Elytra magna ovata integra.

SCYDMAENUS.

Palpi anteriores elongati, articulo tertio magno clavato, quarto minuto subulato.

Antennæ clavatæ, articulo primo parum elongato, ultimis extrorsum sensim crassioribus.

Corpus parvum oblongum convexum. Thorax elytris angustior, utrinque attenuatus. Elytra magna ovata convexa integra.

1. S. Hellwigii: piceo-testaceus nitidus subpubescens, thorace sub-globoso postice foveo-

foveolato, antennarum articulis tribus ultimis incraſſatis.

Latreille in Illig. Mag. 3. 38. 59.

Anthicus Hellwigii. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 292. 21.

Pſelaphus Hellwigii. Herbſt. col. 4. III. 3. *Tab.* 39. *f.* 12. *a. Illig. col. bor.* 1. 291. 3. *Payk. fn.* 3. 366. 5.

Notoxus minutus. Panz. fn. 23. *f.* 5.

Habitat in quisquiliis, locis arenoſis, ad littora maris & lacuum rarius; In paludoſis Smolandiæ tempore hyemali poſt pluvias, ſæpius legit Dom. *Liungh.*

Deſcr. Parvus, Cryptophago Cellari minor. Caput ovatum vel ſub-quadratum, porrectum, piceo-teſtaceum nitidum, tenue pubeſcens, læve, oculis parvis nigris; Palpi anteriores pallidi longitudine capitis, ad latera angulatim flexi, articulo tertio magno ovato obtuſo, quarto minimo ſubulato, pilis occultato. Antennæ craſſæ ferrugineæ, longitudine dimidii corporis, articulo ultimo magno ovato, decimo paullo minore ſubgloboſo, nono etjam globoſo, adhuc paullo minore, antecedentibus tamen multo majore. Thorax globoſo-ovatus caſtaneus nitidus ſub-pubeſcens, antice paullo anguſtior, valde convexus, ante baſin impreſſus foveolis nonnullis transverſim diſpoſitis. Scutellum minutiſſimum immerſum triangulare. Elytra magna ovata, thorace multo latiora, in medio dilatata, apice rotundata, ſupra valde convexa, piceo-teſtacea vel caſtanea nitida, tenue pubeſcentia, vix punctulata, niſi verſus latera punctata nonnulla minutiſſima. Corpus nigro-piceum nitidum, ano dilutiori. Pedes elongati ferruginei, femoribus clavatis, tarſis tenuibus elongatis, evidenter 5-articulatis.

2. S.

2. S. hirticollis: niger nitidus sub-pubescens, thorace hirto antice angustiori, antennarum articulis quatuor ultimis crassioribus.

Pselaphus hirticollis. Illig. col. bor. 1. 292. 4. Payk. fn. 3. 367. 6.

Habitat in arenosis ad littora lacuum rarius.

Descr. Statura praecedentis, sed paullo minor. Caput porrectum rotundatum nigrum nitidum læve sub-pubescens; Palpi anteriores capite longiores tenues pallidi porrecti, articulo tertio magno ovato fusco, quarto minuto subulato retracto. Antennæ dimidio corpore fere longiores, crassæ, pilosæ, basi ferrugineæ, articulis quatuor ultimis multo majoribus nigricantibus. Thorax oblongus convexus, anterius angustior, postice transversim impressus, dense fusco-hirsutus; pube autem detrita, niger nitidus evadit. Scutellum vix observandum. Elytra magna, oblongo-ovata, apice rotundata, valde convexa, nigra nitida lævia, tenue pubescentia, basi sub-plicata. Corpus nigro-piceum nitidum. Pedes elongati tenues, femoribus clavatis nigris, basi valde attenuatis ferrugineis; tibiæ ferrugineæ, extrorsum crassiores fuscæ; tarsi elongati tenues pallidi.

3. S. minutus: niger nitidus sub-pubescens, thorace postice angustiori, elytris profunde punctatis, antennis pedibusque ferrugineis.

Anthicus minutus. Fabr. syst. eleut. 1. 292. 20.

Var. *b*. Elytris ferrugineis.

Habitat in arenosis aridis rarius.

Descr. Præcedente adhuc minor, & vere distinctus. Caput ovatum nigrum nitidum læve, ore piceo;

ceo; Palpi anteriores pallidi, capite paullo longiores, articulo tertio magno ovato, quarto exserto subulato, evidentiori quam in prioribus. Antennæ crassæ ferrugineæ pilosæ, vix dimidii corporis longitudine, extrorsum sensim crassiores, articulo ultimo reliquis majore, sub-acuminato. Thorax obovatus, anterius multo latior, valde convexus, niger nitidus lævis, tenue pubescens, versus posteriora rudimento obsoleto, foveolæ transversæ impressus. Scutellum minutum triangulare nigrum. Elytra magna ovata, in medio dilatata, apice obtuse rotundata, valde convexa, nigro-picea nitida, tenue pubescentia, basi plicata, profundius punctata, punctis sparsis remotis. Corpus nigro-piceum nitidum. Pedes elongati ferruginei, femoribus clavatis, clava obscuriori brunnea; tarsi tenues elongati pallidi.

Var. b. differt tantum elytris pallidioribus, testaceis vel ferrugineis.

Obs. Genus Mastigus Dom. Latreille loc. antea citato, huic valde affine, differt tamen antennis longioribus fere filiformibus, articulo primo longissimo cylindrico, & Palporum anticorum articulo ultimo magno ovato obtuso, uti videtur absque apice subulato. A Genere Anthico Cl. Fabricii, cui etjam statura simillimum, abunde differt Scydmæni genus structura Palporum, & tarsis posticis 5-articulatis. Genus Pselaphi Herbst. Illig. Payk. quoad antennas & corporis structuram huic proximum, sed illis tarsi tantum bi- aut tri- articulati, & elytra abbreviata.

Familia 9. Ptinores.

Antennæ longiores sub-filiformes, sæpe serratæ aut pectinatæ, plerumque articulis tribus ultimis majoribus elongatis. Caput rotundatum deflexum, retractum. Tarsuum articulus primus reliquis longior.

ANO-

ANOBIUM.

Palpi quatuor clavati. Maxilla brevis, apice membranacea dilatata bifida. Labium corneum integrum. Ligula membranacea, apice dilatata bifida, laciniis obtusis.

Antennæ longiores filiformes, articulis tribus ultimis valde elongatis, remotis, subcrassioribus.

Corpus elongatum, subcylindricum. Thorax brevis gibbosus, lateribus marginatus.

Sectio I. Elytris punctato-striatis.

1. A. pertinax: nigrofuscum obscurum, thorace rugis elevatis sub-palmatis, basi utrinque macula lutea.

Oliv. ent. 2. *16. 6.* 2. *Tab.* 1. 4. *a, b. Illig. col. bor.* 1. *327. 3.*

Ptinus pertinax. Linn. syst. nat. 2. *565.* 2. *De Geer Inf.* 4. 227. 1. *Tab. 8. f.* 24-28. *Marsh. ent. br.* 1. *82.* 4.

Dermestes pertinax. Linn. fn. 414.

Anobium striatum. Fabr. syst. eleut. 1. 321. 2. *Panz. fn. 6. f.* 4. *Payk. fn.* 1. *304.* 2.

Anobium Fagi. Herbst. col. 5. 57. 3. Tab. 47. *f.* 4. *e.*

Habitat in ligno antiquo frequens; in domibus utensilia terebrat & destruit.

Descr. Magnitudo variat; Derm. pellione longius sed angustius, Caput parvum retractum, creberrime

me granulato-punctatum, fuscum, ore piceo. Antennæ thorace parum longiores, fusco-ferrugineæ, articulis mediis coarctatis, ultimis tribus magnis elongatis remotis. Thorax fuscus, creberrime granulatus, antice & lateribus rotundatus, postice sinuatus, supra valde convexus, carina postica transversa arcuata, antice emittens ramos decos breves, & versus basin unicum medium, omnes elevatos subcarinatos; ad utrumque latus intra marginem fovea impressa, & alia major postice utrinque, in qua, versus angulum externum, macula pilosa lutea. Scutellum parvum rotundatum fuscum pubescens. Elytra lineari-elongata convexa, lateribus sinuata, apice rotundata, nigro-fusca, regulariter punctato-striata, punctis profundis angulatis sub-lucidis, interstitiis planis lævibus. Corpus fusco-piceum, punctulatum griseo-pubescens. Pedes fusco-picei, tibiis tarsisque dilutius ferrugineis.

2. A. rufipes: elongatum glabrum nigrum obscurum, thorace canaliculato postice rotundato, gibbo, antennis pedibusque rufis.

Fabr. syst. eleut. 1. *322.* 4. *Illig. col. bor.* 1. *328.* 4.

Anobium elongatum. Payk. fn. 1. *303.* 1.

Var. *b.* Ferrugineo-castaneum totum.

Anobium juglandis. Herbst. col. 5. *61.* 7. *Tab.* 47. *f.* 8. 9. & *Anob. castaneum. ibid. p.* 64. 11. *Tab.* 47. *f.* 12. *l. vix distinctum.*

Anobium brunneum. Oliv. ent. 2. 16. 8. 4. *Tab.* 2. *f.* 6. *a, b.* ?

Habitat in ligno carioso quercus passim, minus frequens.

Descr. Simile praecedenti, sed multo magis elongatum, cylindricum; magnitudo valde variat. Caput nigro-brunneum creberrime granulato-punctulatum, ore rufescente. Antennae laete rufae, structura ut in praecedente, sed articulis tribus ultimis adhuc majoribus. Thorax niger obscurus, creberrime punctulatus, antice truncatus, margine medio subemarginato, lateribus & postice rotundatus, fere semi-orbiculatus, supra valde convexus, linea longitudinali tenui canaliculatus, basi utrinque fovea subbiloba impressus, interjecto tuberculo carinato elevatiori. Scutellum parvum rotundatum, apice fere truncatum, nigrum, pubescens. Elytra valde elongata, linearia, convexa, lateribus sub-sinuata, apice fere acuminata, nigra obscura, certo situ holosericeo-micantia, margine suturaque piceo-ferruginea, punctato-striata, punctis minoribus obsoletioribus quam in praecedente, saepe etjam hinc illinc irregulariter sparsis; interstitia striarum convexa, creberrime subtilissime granulata. Corpus nigro-piceum sub-pubescens, vix punctulatum. Pedes rufo-ferruginei.

Var. b. differt tantum colore totius corporis rufo-ferrugineo aut castaneo.

3. A. castaneum: sub-depressum, fuscum, pubescens, thorace antice transversim impresso, elytris castaneis profunde crenato-striatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 322. 5. *Oliv. ent.* 2. 16. 3. 7. *Tab.* 1. *f.* 2. *a*, *b*. *Illig. col. bor.* 1. 326. 2.

Ptinus castaneus. Marsh. ent. br. 1. 83. 7.

Anobium excavatum. Kugell. Schneid. Mag. 4. 488. 3.

Ha-

Habitat in ligno ſicco Scaniæ rariſſime, *Dom. Fallén.*

Deſcr. Magnitudo fere A. pertinacis, ſed latius, magis depreſſum. Caput deflexum, fuſcum, creberrime punctulatum, cinereo-pubeſcens, oculis magnis globoſis atris. Antennæ thorace paullo longiores, rufo-ferrugineæ, articulis tribus ultimis minus incraſſatis, quam in prioribus. Thorax fuſcus obſcurus, creberrime rugoſo-punctulatus, denſius cinereo-pubeſcens, antice truncatus, poſtice rotundatus, lateribus anterius in angulum obtuſum productis, ſupra parum convexus, intra marginem anticum ſat profunde transverſim impreſſus. Scutellum parvum rotundatum, denſius pallido-pubeſcens. Elytra læte caſtanea, lineari-elongata, thorace latiora, apice rotundata, dorſo ſub-depreſſa, humeris gibbis, regulariter & profunde punctato-ſtriata, punctis magnis ſub-quadratis coarctatis, interſtitiis elevatis, ſubtiliſſime creberrime punctulatis, griſeo-pubeſcentibus. Corpus nigro-fuſcum, ſub-pubeſcens, ſubtiliſſime punctulatum. Pedes fuſco-ferruginei.

4. A. ſtriatum: fuſco-piceum, pubeſcens, convexum, thorace canaliculato, poſtice compreſſo, carina elevata trigona.

Oliv. ent. 2. *16.* 9. 6. *Tab.* 2. *f.* 7. *a*, *b.* *Illig. col. bor.* 1. 329. 5.

Anobium pertinax. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 322. 6. *Herbſt. col.* 5. 54. 2. *Tab.* 47. *f.* 3. *b. Payk. fn.* 1. 305. 3. *Panz. fn.* 66. *f.* 5.

Ptinus punctatus. De Géer, Inſ. 4. 230. 3.

Ptinus rufipes. Marſh. ent. br. 1. 83. 5. & *Pt. cylindricus ibid. n:o* 6. *var. pallidior.*

Var. *b.* nigrum aut fusco-testaceum, thoracis foveolis posticis profundioribus, corpore sub-glabro.

Anobium nitidum. Herbst. col. 5. 62. 9. Tab. 47. f. 10. i.

Habitat in ligno sicco, domibus, ubique frequens, utensilia terebrans, destruens, uti A. Pertinax.

Descr. Statura & affinitas A. rufipedis, sed triplo, imo sextuplo minor, & ultra. nam magnitudine valde variat. Caput deflexum fusco-piceum, subtilissime punctulatum, pubescens, ore dilutiori; oculi magni globosi atri. Antennæ thorace paullo longiores, rufo-ferrugineæ, articulis tribus ultimis magnis valde elongatis. Thorax nigro-fuscus, margine antico ferrugineo, antice truncatus integer, lateribus & postice sinuato-truncatus, creberrime punctulatus, pubescens, valde convexus, versus basin in carinam elevatam triangularem productus, dorso summo plano, obsolete canaliculato; foveæ posticæ binæ utrinque, una nempe oblique assurgens iuxta carinam elevatam, sæpe obsoleta, altera lateralis, intra marginem profundior. Scutellum parvum obtusum fuscum pubescens. Elytra lineari-elongata convexa. apice obtuse rotundata, fusca, sæpe dilutiora, præsertim basi apiceque ferrugineo-picea, pubescentia, regulariter punctato-striata, punctis parvis angulatis, interstitiis planis, subtilissime granulato-punctatis. Corpus ferrugineo-piceum pubescens, vix punctulatum. Pedes dilutius ferruginei.

Var. *b.* differt præcipue corpore fere glabro, seu pubescentia tenuissima tantum adsperso, & foveis posticis thoracis profundioribus, evidentioribus; color variat ut in priore, jam niger, jam rufo-ferrugineus. Minoribus individuis A. rufipedis valde affinis est hæc varie-

varietas, ſed differt carina thoracis magis elevata, aucta, elytrorum apice obtuſo, & quod longe minor.

5. A. paniceum: ovatum ſerrugineum pubeſcens, thorace convexo æquo, elytris tenue ſtriatis.

Fabr. ſyſt. eleut. I. 323. 9. *Oliv. ent.* 2. 16. 10. 8. *Tab.* 2. *f.* 9. *a, b. Herbſt. col.* 5. 59. 5. *Tab.* 47. *f.* 6. *e. Payk. fn.* I. 307. 6. *Panz. fn.* 66. *f.* 6.

Dermeſter paniceus. Linn. ſyſt. nat. 2. 564. 19. *fn. ſv.* 431.

Ptinus rubellus. Marſh. ent. br. I. 85. 12.

Ptinus teſtaceus. Thunb. Act. Upſ. 4. 6. 9.

Anobium ferrugineum. Kugell. Schneid. Mag. 4. 489. 5.

Habitat in domibus, pane antiquo, Muſæis Inſectorum, apud nos rarius.

Deſcr. Præcedentibus brevius, latius magis ovatum; Magnitudo nimis variat, majores vix Dermeſt. undatum æquant, alii usque ad quadruplo minores. Caput deflexum ferrugineum pubeſcens punctulatum, oculis globoſis nigris. Antennæ thorace longiores, pallidius ferrugineæ, articulis tribus ultimis magnis elongatis. Thorax antice truncatus, poſtice ſinuatus, in medio productus, lateribus valde deflexus, rotundatus, tenue marginatus, ſupra convexus, æquus, ſubtiliſſime punctulatus, longius pubeſcens, rufo-ferrugineus, foveola anguſta intra marginem poſticum utrinque impreſſus. Scutellum minutum rotundatum concolor. Elytra oblongo-ovata convexa, apice rotundata, pube

longiori pallida obducta, rufo-ferruginea, tenue striata, punctis minutissimis in striis impressis; interstitia striarum plana, subtilissime rugulosa. Corpus subtus dilutius rufo-ferrugineum, sub-pubescens. Pedes rufo-ferruginei.

6. A. pusillum: oblongo-ovatum nigrum, holosericeo-pubescens, thorace rorundato æquo, antennis elongatis porrectis, pedibusque ferrugineis.

Habitat in frondibus Abietis tempore vernali passim, minus frequens.

Descr. Parvum, Cryptophago cellari fere minus, angustius. Caput latum convexum nigrum, subtilissime punctulatum, oculis magnis globosis atris. Antennæ obscure ferrugineæ, dimidio corpore fere longiores, crassæ, articulis tribus ultimis valde elongatis, sed parum incrassatis. Thorax transversim ovalis, antice oblique truncatus, lateribus & postice rotundatus, sub-marginatus, supra modice convexus, omnino æquus, absque foveis impressis, subtilissime creberrime punctulatus, niger obscurus. Scutellum parvum rotundatum nigrum. Elytra oblongo-ovata, convexa, apice rotundata, nigra, tenuissime holosericeo-pubescentia, regulariter striata, & in striis tenue punctata; interstitia striarum plana, subtilissime punctulata. Corpus nigrum sub-nitidum tenue pubescens, ano sæpe piceo. Pedes longiores obscure ferruginei.

Obs. In collectionibus sub nomine Anob. hispidi Payk. sæpe occurit, sed non jure; illud enim, una cum Anobio reticulato, Boleti, micante, nitido, & pluribus, in novo Genere, a Dom Latreille Cis appellato, in Sectione tertia hujus classis, quærendum.

Sec-

Sectio 2. Elytris vage punctatis.

7. A. tessellatum: fusco-ferrugineum subtilissime scabrosum, pube flavescente tessellatum, thorace convexo vix foveolato.

Fabr. syst. eleut. 1. 321. 1. *Oliv. ent.* 2. 16. 6. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *a*, *b*, *c*, *d*, *e*. *Herbst. col.* 5. 53. 1. *Tab.* 47. *f.* 2. *a*. *Illig. col. bor.* 1. 325. 1. *Payk. fn.* 1. 305. 4. *Panz. fn.* 66. *f.* 3.

Ptinus tessellatus. Marsh. ent. br. 1. 85. 11.

Ptinus rufo-villosus. De Géer, Ins. 4. 230. 2.

Ptinus Fabr. Thunb. Act. Ups. 4. 6. 10.

Ptinus pulsator. Schall. Act. Hall 1. 249.

Habitat in ligno antiquo carioso, præsertim quercus, Tiliæ, Salicis, passim.

Descr. Reliquis nostris majus, Derm. lardario fere æquale, magnitudine tamen variat. Caput deflexum fusco-ferrugineum granulato-punctatum pubescens, oculis globosis atris. Antennæ thorace paullo longiores, fusco-ferrugineæ, sub-serratæ, articulis tribus ultimis magnis elongatis compressis. Thorax brevis transversus, antice truncatus, supra caput valde elevatus, lateribus deflexus, rotundatus, late marginatus, postice sinuato-rotundatus, supra valde convexus, creberrime granulato-scabrosus, fusco brunneus, pilis flavo-aureis, hinc inde maculas irregulares formantibus, adspersus. Scutellum parvum rotundatum fuscum pilosum. Elytra magna elongata, apice rotundata, supra valde convexa, creberrime rugoso-punctata, maculis plurimis inæqualibus e pilis fulvo-aureis quasi tessellata.

Corpus ferrugineo-piceum punctulatum pubescens. Pedes validi fusco-picei.

8. A. molle: oblongum testaceum pubescens, thorace postice rotundato marginato, antennis mediocribus, articulis ultimis filiformibus.

Fabr. syst. eleut. 1. 323. 8. *Oliv. ent.* 2. 16. 8. 5. *Tab.* 2. *f.* 8. *a, b.* *Herbst. col.* 5. 61. 8. *Tab.* 47. *f.* 9. *h.* *Illig. col. bor.* 1. 333. 9. *Payk. fn.* 1. 306. 5. *a.*

Ptinus mollis. *Linn. syst. nat.* 2. 561. 3. *De Geér Ins.* 4. 230. 4. *Tab.* 8. *f.* 29-31. *Thunb. Act. Ups.* 5. 107. 35.

Dermestes mollis. *Linn. fn. sv.* 415.

Var. *b.* nigricans, elytris fusco-testaceis, antennis peltibusque pallidius ferrugineis,

Var. *c.* Nigrum totum, antennis pedibusque concoloribus. *Payk. loc. cit. var. y.*

Anobium Sybaris. Kugell. Schneid. Mag. 4. 490. 7.

Habitat in domibus, ligno sicco, præsertim Abietis, non infrequens; var. b. & c. tamen raro occurrunt.

Descr. Magnitudo & fere statura A. pertinacis. Caput testaceum convexum, creberrime punctulatum, pubescens; oculi magni globosi brunneo-nigri. Antennæ ferrugineæ, dimidio corpore longiores, articulis tribus ultimis in mare valde elongatis filiformibus tenuibus, in femina brevioribus, magis incrassatis. Thorax brevis, latus, antice oblique truncatus, margine elevato, lateribus deflexus, rotun-

tundatus, latius marginatus, postice etjam obtuse rotundatus, tenue marginatus, supra modice convexus. undique declivis, fusco testaceus punctatissimus, densius pallido-pubescens. Scutellum parvum pubescens obtusum concolor. Elytra lineari-elongata convexa, flexilia, creberrime subtilissime granulato-punctata, obscure testacea, apice rotundato nitidiori rufescente. Corpus ferrugineum punctulatum pubescens. Pedes elongati ferruginei.

Var. b, & c, præter colorem, statura paullo angustiori, & corpore nonnihil minori differunt, formatio partium tamen omnino eadem, vix specie distinctæ; ex his mares tantum vidi.

9. A. Abietis: oblongo-ovatum fusco-testaceum pubescens, thorace postice truncato, lateribus depresso, antennis mediocribus.

Var. *b.* Capite corporeque nigro-piceis.

Fabr. syst. eleut. 1. 323. 10. Illig. Mag. 1. 87. 8-9. Herbst. col. 5. 60. 6. Tab. 47. f. 7. f. Panz. fn. 66. f. 7.

Anobium molle, var. Payk. fn. 1. *307. 5. b.*

Ptinus lævis. Marsh. ent. br. 1. *84. 9.*

Habitat in frondibus abietis, minus frequens.

Descr. Præcedenti quidem valde affine, tamen ut mihi videtur vere distinctum, duplo minus, magis convexum, corpore breviori. Caput & oculi ut in præcedente. Antennæ ferrugineæ, longitudine vix dimidii corporis, articulis 3-8 parvis, brevibus, ultimis tribus crassioribus, modice elongatis. Thorax brevis latus transversus, antice oblique, postice fere recta truncatus, ibique immarginatus, lateribus deflexus, rotundatus, late explanatus, densius pu-

bescens, disco supra sinuatim elevatiori convexo; creberrime punctulatus, obscure ferrugineus. Scutellum parvum rotundatum concolor. Elytra lineari-elongata, valde convexa, minus flexilia, creberrime punctulata, pubescentia, fusco-testacea, apice rotundata, pallidius rufescentia. Corpus rufo-ferrugineum subnitidum punctulatum, pectore obscurius brunneo. Pedes dilutius rufo-testacei.

Var. b. differt tantum colore obscuriori, capite nempe, pectore obdomineque nigris vel nigro-piceis, & quod paullo minor, an mas?

10. A. Abietinum: lineari-elongatum testaceum pubescens, thorace rotundato subdepresso, antennis maris filiformibus, longitudine corporis.

Habitat in frondibus abietis passim.

Descr. Proxime præcedentibus valde affine, attamen distinctum mihi videtur, longe minus, valde elongatum, tenue. Caput maris magnum, cum oculis thorace fere latius, convexum, fusco-testaceum, punctulatum, pubescens; oculi maximi globosi nigri. Antennæ pallidæ ferrugineæ, corpore parum breviores, filiformes, articulis 2-8 sensim longioribus, adeo ut articulus octavus parum nono brevior, ultimi adhuc longiores, sed vix crassiores. Thorax parvus, capite elytrisque angustior, antice oblique truncatus, lateribus marginatus, ibique & postice rotundatus, parum convexus, præsertim in medio; fusco-testaceus punctulatus pubescens. Scutellum parvum rotundatum, dense pallido-pubescens. Elytra linearia, valde elongata, convexa, pallidius testacea, apice rotundata rufescentia, subtilissime punctulata, tenue pubescentia, mollia, tenuia. Corpus fusco-ferrugineum seu piceum, sub-nitidum, segmentorum marginibus dilutioribus. Pedes longiusculi pallide testacei.

Fe-

Femina differt: Capite & oculis minoribus, antennis paullo brevioribus, articulis tribus ultimis crassioribus, & thorace latiori, paullo magis convexo, adeoque A. abietis simillima, sed antennarum articuli medii multo longiores, & thoracis structura alia.

DORCATOMA.

Palpi quatuor inæquales securiformes.

Maxilla bifida. Ligula membranacea, apice dilatata, late emarginata.

Antennæ speciosæ, articulis sex intermediis perfoliatis brevissimis coarctatis, ultimis tribus maximis compressis triangularibus.

1. D. Dresdensis: ovalis convexa nigra pubescens, antennis pedibusque ferrugineis, elytris margine bistriatis, oculis integris.

Herbst. col. 4. 104. 1. Tab. 39. f. 8. a, b. Ent. Heft. 2. 96. 1. Tab. 3. f. 10. Rhén in Schneid. Mag. 2. 234. 1.

Dorcatoma bistriata. Payk. fn. 1. 318. 1.

Anobium Dorcatoma. Illig. col. bor. 1. 334. 10.

Dermestes serra. Panz. fn. 26. f. 10.

Serrocerus glaber. Kugell. Schneid. Mag. 4. 486. 1.

Var. *b.* Corpore toto pallide testaceo.

Dorcatoma Dresdense. Fabr. syst. eleut. 1. 330. 1.

Ha-

Habitat in fungis arboreis paſſim; etjam in foliis fruticum, locis umbroſis ſæpe capta; var. b. in fungis fagi ad villam Elpered prope Halmſtad in Hallandia copioſe lecta, menſe junio.

Deſcr. Magnitudo & fere ſtatura Anthrenii Muſæorum, ſed variat etjam duplo minor & ultra. Caput ſatis magnum, convexum, nigrum nitidum, tenue pubeſcens, vix punctulatum, ore rufo-piceo; oculi magni globoſi nigri. Antennæ ferrugineæ, thorace longiores, ſpecioſæ, articulo primo magno craſſo oblique conico, obſcure ferrugineo; ſecundo multo minore obconico; ſex inſequentes breviſſimi perfoliati, valde coarctati, 9 & 10 maximi elongati triangulares, interne valde producti; ultimus elongatus ſubcylindricus craſſiuſculus. Thorax breviſſimus transverſus niger ſub-nitidus pubeſcens, valde convexus, antice truncatus, angulis deflexis valde productis acuminatis, lateribus fere rectis; poſtice ſinuato-rotundatus, angulis obtuſis. Scutellum minutum rotundatum nigrum. Elytra oblongo-ovata convexa nigra nitida, ſubtiliſſime punctata, tenue pubeſcentia, apice rotundata; intra marginem utrinque ſtriæ duæ impreſſæ parallellæ, integræ, exteriori profundius punctata, præſertim verſus apicem. Corpus nigro-piceum nitidum punctulatum. Pedes breves tenues ferruginei, femoribus ſæpe obſcurius piceis.

Var. b. differt tantum corpore toto pallide teſtaceo.

PTILINUS.

Palpi filiformes, articulo ultimo conico acuminato. Maxilla brevis ſub-cylindrica ſimplex. Oliv. Ligulata membranacea ſub-emarginata. An-

Antennæ filiformes, uno versu pectinatæ vel serratæ.

Statura corporis ut in Anobiis.

1. P. pectinicornis: elongatus sub-cylindricus niger, thorace subgloboso, antennis pectinatis pedibusque luteis, elytris vage punctatis.

Var. *b.* Elytris castaneis, antennis pedibusque fusco-testaceis.

Var. *c.* brunneus, elytris pallide testaceis.

Fabr. syst. eleut. 1. *329.* 2. *Oliv. ent.* 2. *17. bis* 4. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *a-g. Payk. fn.* 1. *316.* 1. *Panz. fn.* 3. *f.* 7.

Ptinus pectinicornis. Linn. syst. nat. 2. *565.* 1. *Thunb. Act. Ups.* 5. 107. *36. Marsh. ent. br.* 1. *81.* 1. *mas, & Pt. serraticornis. ibid. 82.* 2. *femina.*

Dermestes pectinicornis. Linn. fn. sv. 412.

Ligniperda pectinicornis. Herbst. col. 5. *41.* 5. *Tab.* 46. *f.* 11, 12. *h, i.*

Anobium pectinicorne. Illig. col. bor. 1. 337. 12.

Habitat in ligno antiquo carioso, & in domibus passim, præsertim var. b., & c; var. a plerumque in truncis Populi, Salicis, recentioribus occurrit.

Descr. Statura fere Anobii pertinacis, sed plerumque minor, præsertim mas, qui semper femina tenuior; magnitudo tamen in utroque Sexu valde variat. Caput latum nigrum, subtilissime rugosum, o-

te

re rufescente; oculi magni globosi nigri. Antennæ maris dimidio corpore longiores, pallide rufæ vel lutescentes, uno versu longe pectinatæ seu flabellatæ, radiis sub-clavatis; in femina antennæ breviores, profunde serratæ, radiis acutis. Thorax niger obscurus, valde convexus, fere sub-globosus, antice oblique truncatus, lateribus tenue marginatus, ibique & postice rotundatus, supra creberrime granulato-punctatus, sub-pubescens. Scutellum parvum subtriangulare nigrum. Elytra lineari-elongata, valde convexa, humeris gibbis, apice rotundata, supra obsolete & inordinate punctata, punctis tamen versus marginem lateralem fere in strias digestis; nigra obscura, tenue pubescentia. Corpus nigrum sub-nitidum, punctulatum. Pedes tenues flavo-rufescentes.

Var. b. differt elytris obscure castaneis, antennarum radiis longioribus apice fuscis, & femoribus obscurioribus nigro-piceis.

Var. c. tota pallidior, fusco-brunnea, antennis, elytris pedibusque pallide testaceis, interdum flavescentibus.

2. P. pectinatus: ovatus niger opacus holosericeo-pubescens, antennis serratis pedibusque rufis, elytris punctato-striatis.

Fabr. syst. eleut. 1. *329.* 4. *Payk. fn.* 1. *316.* 2. *Panz. fn.* 6. *f.* 9.

Anobium pectinatum. Illig. col. bor. 1. *336.* 11.

Serrocerus striatus. Kugell. Schneid. Mag. 4. *487.* 2.

Bruchus rufipes. Quens. Ignot. Ins. spec. 11.

Var. *b.* Antennis femoribusque nigris, vel fusco-piceis.

Ptili-

Ptilinus serratus Fabr. syst. eleut. 1. 330. 5.
Ptilinus ater. Panz. fn. 35. f. 9.
Bruchus serraticornis. Quens. Ignot. Ins. spec. 12.
Ptinus serraticornis. Thunb. Act. Ups. 4. 5. 8.
Dermestes rufipes. Marsh. ent. br. 1. 62. 5.

Habitat in ligno putrido, præsertim quercus, passim.

Descr. Statura ovata Dorcatomæ Dresdensis, sed plerumque duplo major, minus convexus. Caput satis magnum convexum nigro-piceum, creberrime punctulatum, linea frontali elevata, sæpe obsoleta; os rufo-ferrugineum; oculi globosi nigri. Antennæ thorace paullo longiores, rufo-ferrugineæ, interdum apice fuscentes, secundum totam longitudinem profunde serratæ, articulis triangularibus acutis. Thorax brevis transversus, valde convexus, niger obscurus, marginibus sæpe ferrugineis; antice truncatus, lateribus deflexus, rotundatus, tenue marginatus, postice sinuato-rotundatus, supra creberrime punctulatus, tenue holosericeo-pubescens. Scutellum parvum rotundatum nigro-piceum, sæpe ferrugineum. Elytra oblongo-ovata, lateribus sinuata, apice rotundata, dorso parum convexa, regulariter punctato-striata, striis postice per paria connexis; nigro-picea, tenue pubescentia, interstitiis striarum subtilissime punctulatis. Corpus nigro-piceum punctulatum holosericeo-pubescens. Pedes longiusculi pallide-rufescentes, femoribus posticis interdum obscurioribus.

Var. b. plerumque dimidio minor, antennis femoribusque omnibus, raro etjam tibiis nigro-fuscis; vix tamen specie distingui potest, dum in ceteris omnibus simillima omnino.

PTINUS.

Palpi quatuor in-æquales sub-filiformes.
Maxilla cornea sub-bifida, lacinia interiori majori rotundata.

Labium basi corneum, apice membranaceum emarginatum.

Antennæ filiformes longæ, articulis subæqualibus.

1. P. Imperialis: oblongus fuscus, thorace postice carinato, elytris lævibus, macula sinuato-lobata, apiceque albis.

Linn. syst. nat. 2. 565. 4. *Fabr. syst. eleut.* 1. 326. 7. *Oliv. ent.* 2. 17. 5. 2. *Tab.* 1. *f.* 4. *a-d.* *Illig. col. bor.* 1. 344. 1. *Payk. fn.* 1. 313. 2. *Panz. fn.* 5. *f.* 7. *Marsh. ent. br.* 1. 88. 24.

Habitat in truncis Quercus, Fraxini, apud nos rarius.

Descr. Sequentibus plerumque major, tamen magnitudine variat. Caput deflexum fuscum, dense albido-pubescens, oculis globosis atris. Antennæ ferrugineæ, albido-pubescentes, corpore paullo breviores, articulo primo crasso sub-globoso, reliquis obconicis, ultimo oblongo cylindrico. Thorax fuscus, elytris angustior, antice truncatus, supra caput elevatus, lateribus rotundatus immarginatus, supra crebre punctatus, albido-pubescens, valde convexus, postice utrinque profunde impressus, unde exsurgit in medio carina valde elevata, abbreviata. Scutellum parvum rotundatum fuscum, dense albo-villosum. Elytra magna, thorace latiora, valde elongata, convexa, crebre punctulata, fusco-brunnea,

nea, cinereo-pubefcentia, litura magna villofo-albida, a medio antico ad futuram ducta, & dein pofterius extrorfum flexa, cum oppofitæ alæ litura aquilam expanfam quodammodo referente; apex etiam albido-villofus. Corpus fufcum albido-pilofum. Pedes elongati ferruginei.

2. P. rufipes: oblongus nigricans grifeo-pubefcens, thorace quadridentato poftice impreffo, antennis pedibusque rufis.

Fabr. fyft. eleut. 1. 323. 3. *Oliv. ent.* 2. 17. 8. 7. *Tab.* 2. *f.* 8. *a*, *b*. *Illig. col. bor.* 1. 345. 2.

Ptinus Germanus. Payk. fn. 1. 312. 1.

Habitat in ligno ficco Quercus, Fagi, in Svecia auftrali paffim.

Defcr. Longitudo præcedentis, fed anguftior. Caput parvum deflexum fufcum pubefcens, ore ferrugineo. Antennæ rufæ, longitudine fere corporis, filiformes, articulo primo craffiori. Thorax parvus nigro-fufcus pubefcens, antice globofo-convexus, in medio canaliculatus, tuberculis quatuor brevibus fafciculato-pilofis transverfim difpofitis; pone medium profunde impreffo-coarctatus, bafi iterum nonnihil dilatatus, truncatus. Scutellum parvum rotundatum pallido pubefcens. Elytra lineari-elongata, dorfo parum convexa, profundo punctato-ftriata, pubefcentia, nigro-fufca immaculata, humeris gibbis. Corpus fufco-piceum pubefcens. Pedes elongati rufi, femoribus elevatis.

3. P. elegans: oblongo-ovatus fufco ferrugineus, thorace quadri-tuberculato, elytris nigro-brunneis, fafciis duabus undulatis punctoque apicis albis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *325. 5.* *Illig. col. bor.* 1. *346.* 4.

Ptinus Germanus. Marſh. ent. br. 1. *89. 25.* *Roſſ. fn. etr.* 1. 43. *106.* *Oliv. ent.* 2. *17.* 7. 5. *Tab.* 1. *f. 6. a, b.?*

Habitat in ligno ſicco carioſo Quercus, Fagi, cum præcedente paſſim.

Deſcr. Statura & affinitas Pt. furis feminæ, ſed major & vere diſtinctus. Caput deflexum fuſcum pallido-pubeſcens, ore ferrugineo; oculi globoſi atri. Antennæ corpore paullo breviores pubeſcentes ferrugineæ, apice ſæpe obſcuriores. Thorax ferrugineus denſe pubeſcens, antice oblique truncatus, ſubgloboſus, medio canaliculatus, tuberculis quatuor brevibus faſciculato-piloſis transverſim diſpoſitis; pone medium profunde impreſſo-coarctatus, baſi iterum nonnihil dilatatus, truncatus. Scutellum parvum rotundatum albo-villoſum. Elytra magna ovata, medio dilatata, ſupra valde convexa, pilis longis erectis obſita, profunde punctato-ſtriata, fuſco-brunnea, faſciis duabus piloſo-albidis, quarum anterior ante medium, angulata, ſinu thoracem reſpiciens, ſuturam non attingens, poſterior pone medium, anguſtior, valde flexuoſa, contigua; intra apicem punctum ovatum albo-villoſum. Pectus ferrugineum albo-pubeſcens; abdomen obſcurius brunneum. Pedes elongati rufo-ferruginei, femoribus clavatis.

Obſ. Hanc ſpeciem aliquoties præcedenti copula junctam vidi, unde veroſimile videtur, illas tantum Sexu diſtinctas eſſe.

4. P. Sexpunctatus: oblongus fuſcus pubeſcens, fronte, ſcutello, elytrorum faſcia an-

antica abbreviata, punctisque duobus posticis niveis.

Panz. fn. 1. f. 20. Crit. Rev. p. 69.

Habitat in ligno cariofo Quercus rarius.

Defcr. Mafculis Pt. furis valde affinis, fed paullo major, & diftinctus videtur. Caput deflexum fufcum, fronte denfe albo-villofa; oculi magni atri. Antennæ fufco-ferrugineæ pubefcentes, corpore vix breviores. Thorax fufcus grifeo-pubefcens, antice convexus, tuberculis quatuor fafciculato-pilofis transverfim difpofitis, poftice coarctatus, impreffus. Scutellum parvum niveo-villofum. Elytra elongata fufco-brunnea crenato-ftriata, feriatim tenue pubefcentia, dorfo parum convexa; prope bafin fafcia niveo-villofa transverfa, recta, interne abbreviata, futuram non attingens, antice in medio ramulum emittens; pone medium maculæ duæ niveo-villofæ, fæpe in fafciam utrinque abbreviatam coalitæ. Corpus fufco-ferrugineum, denfe albido-pubefcens. Pedes fufco-ferruginei albido-pubefcentes, femoribus parum clavatis.

Obf. Signaturæ elytrorum aliter conftructæ, pubefcentia elytrorum brevior, feriata, & femora breviora minus clavata, hanc fpeciem a Pt. fure diftinguere videntur.

5. P. fur: fufco-ferrugineus pubefcens, thorace quadri-fafciculato, elytris interrupte albo-fafciatis, femoribus elongatis clavatis.

Linn. fyft. nat. 2. 566. 5. *Fabr. fyft. eleut.* 1. 325. 6. *Oliv. ent.* 2. 17. 6. 3. *Tab.* 1. *f.* 1. *a, b, c. Illig. col. bor.* 1. 345. 3. *Payk. fn.* 1. 313. 3. *Marfh. ent. br.* 1. 89. 27.

Ptinus rapax. De Geer Inf. 4. 231. 5. Tab. 9 f. 1-7.

Ptinus Germanus. Fabr. syst. eleut 1. 324. 2. femina major, secundum Mus. Dom. de Sehestedt & Lund.

Ptinus Lichenum. Marsh. ent. br. 1. 89. 26. mas, var. obscurior.

Cerambyx fur. Linn. fn. sv. 657.

Var. *b.* testaceus immaculatus. *Illig. loc. cit. var. a.*

Ptinus latro. Fabr. syst. eleut. 1. 326. 9. mas. Oliv. ent. 2. 17. 7. 4. Tab. 1. f. 3. a, b. femina.

Ptinus clavipes. Panz. fn. 99. f. 4. mas.

Ptinus testaceus. Oliv. ent. 2. 17. 9. 8. Tab. 2. f. 9. a, b. mas, var. minor. Marsh. ent. br. 1. 91. 31.

Habitat in ligno antiquo, domibus, Musæis, ubique frequentissimus, destruens herbaria, Insecta, aves, ægre pellendus.

Descr. Magnitudine valde variat; feminæ majores Pt. elegantem fere æquant, aliæ quadruplo minores & ultra; colore etjam pallidiori vel obscuriori, nimis dissimilis. Caput deflexum ferrugineum, fronte cinereo - pubescente; oculi globosi nigri. Antennæ ferrugineæ pubescentes, maris sæpe longitudine corporis, feminæ breviores. Thorax ferrugineus, antice globoso - convexus, dorso canaliculatus, fasciculis quatuor transversim positis, quarum mediæ elongatæ, posterius productæ, præsertim in femina; postice coarctatus, transversim impressus. Scutellum

lum parvum rotundatum cinereo-pubeſcens. Elytra maris elongata, linearia; feminæ ovata, magis convexa, in medio dilatata; in utroque ſexu crenato-ſtriata, longius pubeſcentia, fuſca vel fuſco-ferruginea; prope baſin faſcia arcuata albido piloſa, inæquales, interne abbreviata, ſuturam non attingens; pone medium faſcia altera, e punctis 3 ſ. 4 conflata, ambæ obſoletæ, ſæpe detritæ, interruptæ. Corpus ferrugineum pubeſcens. Pedes ferruginei, femoribus in utroque Sexu valde elongatis, clavatis.

Var. b. differt tantum colore totius corporis pallidiori, ferrugineo aut teſtaceo, absque faſciis elytrorum.

6. P. crenatus: obſcure teſtaceus pubeſcens, thorace gibbo ſub-mutico, elytris crenato-ſtriatis immaculatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *326. 8. Payk. fn.* 1. *314. 4.*

Ptinus minutus. Illig. col bor. 1. *347. 6. Kugellan. in Schneid. Mag. 4. 501. 5. femina.*

Ptinus ovatus. Marſh. ent. br. 1. *90. 28. mas, & Ptinus Cereviſiæ, ibid. n. 29. femina.*

Habitat in ligno ſicco, parietibus, rarius.

Deſcr. Minimis Pt. furis individuis adhuc minor, & ſimilis, attamen vere diſtinctus. Caput deflexum fuſco-teſtaceum, denſe cinereo-pubeſcens, oculis globoſis atris. Antennæ ferrugineæ, corpore breviores. Thorax fuſco-teſtaceus, valde convexus, pubeſcens, medio canaliculatus, vix tuberculatus juxta ipſam baſin coarctatus. Scutellum parvum cinereo-pubeſcens. Elytra feminæ magna, globoſo-ovata, valde convexa, profunde punctato-ſtriata, cinereo-pubeſcentia, fuſco-teſtacea immaculata. Corpus teſtaceum pubeſcens. Pedes ferruginei, femoribus ſub-clavatis.

Mas differt corpore fere duplo minori dilutius rufo-ferrugineo, thorace breviori magis globoso, elytris oblongo-ovatis angustioribus, femoribus basi tenuioribus, apice magis clavatis, antennisque paullo longioribus.

Familia 10. Clerii.

Antennæ sub-clavatæ, articulo saltem ultimo crassiore. Caput exsertum, latitudine thoracis. Thorax elongatus, postice angustior. Corpus elongatum, sub-cylindricum. Tarsuum articulus primus minutus, quartus bilobus.

CLERUS.

Palpi anteriores filiformes, posteriores longiores securiformes. Ligula porrecta membranacea bifida, laciniis brevibus rotundatis distantibus. Antennæ moniliformes, clava triarticulata extrorsum crassiori, articulo ultimo magno, oblique acuminato.

1. C. Formicarius: pilosus, rufus, capite pedibusque nigris, Elytris nigris basi rufis, fasciisque duabus albis.

Fabr. syst. eleut. 1. 280. 5. *Herbst. col.* 7. 208. 2. *Tab.* 109. *f.* 2. *De Géer Inf.* 5. 160. 3. *Tab* 5. *f.* 8-12. *Illig. col. bor.* 1. 285. 7. *Payk. fn.* 1. 247. 1. *Panz. fn.* 4. *f.* 8. *Ross*

Ross. fn. Etr. 1. 137. 351. *Marsh. ent. br.* 1. 321. 1.

Attelabus Formicarius. Linn. syst. nat. 2. 620. 8. *fn. sv.* 641.

Var. *b.* minor, pedibus rufescentibus. *Rossi, Payk. Illig. loc. cit. var.*

Habitat in truncis arborum & lignis nuper cæsis, præsertim pini & abietis, frequens, celerrime cursitans, formicam mentiens.

Descr. Medius. Caput magnum porrectum convexum nigrum pilosum, creberrime punctulatum. Antennæ vix thorace longiores nigræ, articulo ultimo magno, apice ferrugineo. Thorax oblongus pilosus, crebre punctatus, antice latior, intra apicem sulco profundo transverso arcuato impressus, segmento antico nigro convexo, dein rufus cordatus, dorso medio impressus, canaliculatus, basi depresso-coarctatus, collo longiori ab elytris remotus. Scutellum minutum rotundatum rufum elevatum. Elytra lineari-elongata, basi truncata, thorace multo latiora, humeris gibbis, dorso sub-depressa, antice sinuatim rufa profunde rugoso-punctata, dein nigra, pubescentia, crebre & tenue punctulata, fascia ante medium angusta flexuosa & altera pone medium latiori angulata, villoso-albissimis. Corpus subtus saturate rufum punctatum pubescens. Pedes elongati nigri pilosi, tarsis rufescentibus; Tarsuum articulus primus parvus, obliquus, inferus, stipuliformis.

Var. b. differt tantum pedibus rufis, aut totis, aut genubus nigris, & quod duplo minor.

NOTOXUS.

Palpi quatuor magni securiformes.

Ligula membranacea bifida, laciniis longioribus porrectis ciliatis obtusis.

Antennæ extrorsum crassiores, articulo ultimo majore oblique acuminato.

1. N. mollis: elongatus pubescens fuscus, elytris fasciis duabus apiceque pallidis, abdomine rufescente.

Fabr. syst. eleut. 1. 287. 3. *Payk. fn.* 1. 248. 1. *Panz. fn.* 5. *f.* 5.

Attelabus mollis. Linn. syst. nat. 2. 621. 11. *fn. sv.* 642.

Clerus mollis. Herbst. col. 7. 210. 4. *Tab.* 109. *f.* 4. *Illig. col. bor.* 1. 285. 5. *Marsh. ent. br.* 1. 322. 2.

Clerus fusco-fasciatus. De Géer Ins. 5. 159. 2. *Tab.* 5. *f.* 6, 7.

Curcullio. Uddmann. Diss. 28. *Tab.* 1. *f.* 9.

Habitat in lignis recens detruncatis, passim.

Descr. Clero Formicario vix latior, sed multo longior. Caput exsertum fuscum pubescens, parum convexum, crebre rugoso-punctatum, ore testaceo; oculi magni globosi nigri. Antennæ ferrugineæ tenues, thorace longiores, extrorsum crassiores. Thorax elongatus angustus pubescens fuscus, postice depresso-coarctatus, supra in-æqualis, sub-canaliculatus, crebre punctatus. Scutellum parvum rotundatum fuscum. Elytra thorace latiora, valde elongata, rude punctato-striata, fusca, pubescentia, fascia baseos in-æquali, ab humero oblique ad suturam ducta, altera in medio transversa, angulata, suturam vix attingente, apiceque late pallidis. Pectus piceo-testaceum punctatum, pubescens; abdomen rufescens punctatum. Pedes elongati pallidi, femoribus annulo apicis fusco.

TIL-

TILLUS.

Palpi inæquales, anteriores filiformes, posteriores securiformes. Ligula membranacea inter palpos porrecta, integra.

Antennæ serratæ, extrorsum crassiores.

1. T. elongatus: villosus ater, lineari-elongatus, elytris punctato-striatis, nigro-coerulescentibus.

Femina: Thorace supra rubro.

Fabr. syst. eleut. 1. 281. 1. *Oliv. ent.* 2. 22. 4. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *a-e. Payk. fn.* 1. 153. 1. *Panz. fn.* 43. *f.* 16. *Marsh. ent. br.* 229. 1. *Ent. Heft.* 2. 112. *femina.*

Chrysomela elongata. Linn. syst. nat. 2 603. 122.

Clerus elongatus. Illig. col. bor. 1. 286. 8. *Mas: Thorace toto nigro. Illig. Payk. loc. cit. var. b. Ent. Heft. loc. cit. mas.*

Tillus ambulans. Fabr. syst. eleut. 1. 282. 4. *Marsh. ent. br.* 230. 2.

Lagria atra. Panz. fn. 8. *f.* 9. *Crit. Rev. p.* 60.

Habitat in Scaniæ pratis sylvaticis passim. Dom. *Quensel, Fallén.*

Descr. Statura elongata fere Not. mollis, sed duplo minor & ultra. Caput crassum exsertum convexum nigrum pubescens, parce rugoso-punctatum; oculi magni globosi nigri. Antennæ nigræ, vix longitudine thoracis, arcuatæ, interne profunde serratæ, extrorsum crassiores, articulo ultimo oblongo acuminato. Thorax elongatus sub-cylindricus con-

vexus, postice paullo angustior, hinc inde impressus, inæqualis, vix punctatus, pubescens, in mare totus niger, in femina supra rufus nitidus. Scutellum parvum rotundatum nigrum punctatum. Elytra thorace latiora, lineari-elongata, convexa, tenue puncteto-striata, pubescentia, nigra, parum cœruleo-nitentia. Corpus nigrum sub-punctatum, cærulescenti-micans. Pedes mediocres nigri, tarsis evidenter 5-articulatis.

Obs. Genus Corynetes Fabr. Herbst. præcedentibus affine, sed tarsi omnes tantum 4-articulati, quare in sectione tertia collocandum.

Familia II. Malacodermi.

Antennæ filiformes, sæpe serratæ.

Corpus elongatum molliusculum, præsertim elytra. Thorax brevior, marginatus.

Tarsi evidenter 5-articulati, primo plerumque reliquis longiori.

LYMEXYLON.

Palpi antici porrecti: in mare articulo penultimo magno, appendiculo ovato fisso, ultimo ovato, acuto; In femina sub-filiformes truncati.

Antennæ breves filiformes, articulo ultimo acuto.

1. L. Dermestoides: cylindricum pubescens, thorace brevi transverso, antennis thorace brevioribus, serratis.

Femi-

Femina: testacea tota, oculis, alis pectoreque nigris.

Fabr. syst. eleut. 2. 87. 1. *Oliv. ent.* 2. 25. 4. 1. *Tab.* 1. *f.* 1. *a-d.* *Panz. fn.* 22. *f.* 2. *Payk. fn.* 2. 161. 1. *Schellenb. Ent. Beytr.* 1. 5. *Tab.* 1. *f. omn.*

Cantharis Dermestoides. Linn. syst. nat. 2. 650. 25. *fn. sv.* 702.

Lytta Francofurthana. Herbst. Archiv. 5. 145. 5. *Tab.* 30. *f.* 4.

Mas: niger, elytris testaceis apice nigris, pedibus pallidis. *Payk. loc. cit. mas.*

Lymexylon proboscideum. Fabr. syst. eleut. 2. 87. 3. *Panz. fn.* 22. *f.* 3. *Schellenb. Ent. Beytr.* 1. 8. *Tab.* 2. *f.* 1-4. *femina.*

Mas: var. *b.* totus niger, pedibus anticis pallidis. *Payk. loc. cit. mas. var.*

Lymexylon morio. Fabr. syst. eleut. 2. 88. 6.

Lymex. Marci. Oliv. ent. 2. 25. 4. 2. *Tab.* 1. *f.* 2.

Lymex. proboscideum. mas. Schellenb. Ent. Beytr. 1. 8. *Tab.* 2. *f.* 5-8.

Lymex. barbatum. Panz. fn. 22. *f.* 4. *Crit. Rev.* 1. *p.* 94.

Melo Marci. Linn. syst. nat. 2. 681. 13.

Habitat in truncis quercus, alni, abietis, apud nos rarius.

Descr. Mas magnitudine fere Notoxi mollis. Caput magnum deflexum rotundatum, creberrime

pun-

punctulatum, pubefcens, nigrum, oculis lateralibus globofis; Palpi anteriores maximi, atri, articulo penultimo multifido, crifpo. Antennæ thorace cum capite breviores, interius acute ferratæ, fufcæ, bafi teftaceæ. Thorax brevis transverfus, antice nonnihil rotundatus, elevatus, poftice truncatus, angulis omnibus obtufis, fupra parum convexus, crebre punctatus, niger pubefcens. Scutellum fub-triangulare, apice obtufum, nigrum punctatum, medio fubcarinatum. Elytra latitudine thoracis, lineari-elongata, convexa, mollia, creberrime punctulata, pallide teftacea, apice fufca, lineis tribus longitudinalibus elevatis, obfoletis notata. Alæ amplæ nigricantes. Corpus nigrum fubnitidum punctatum, ano teftaceo. Pedes pallidi, femoribus pofticis plerumque nigro-fufcis.

Var. b, maris differt tantum elytris totis nigris vel nigro-fufcis.

Femina major, longior, tota rufo-teftacea, antennarum apice, alis, pectore abdominisque bafi nigricantibus; Palpi anteriores elongati pallidi fimplices, articulo ultimo majore cylindrico truncato; cetera ut in mare.

Varietatem feminæ poffideo quadruplo minorem, capite thoraceque brunneis, cæterum fimillimam.

2. L. Navale: lineari-elongatum cylindricum pubefcens, thorace oblongo antice rotundato, elytris attenuatis fub-acuminatis.

Femina: lutea, capite, alis elytrorum margine apiceque nigricantibus.

Fabr. fyft. eleut. 2. 88. 4. *Oliv. ent.* 2. 25. 5. 4. *Tab.* 1. *f.* 4. *a, b.* *Payk. fn.* 2. 161. 2. *Panz fn.* 22. *f.* 5.

Can-

Cantharis navalis. Linn. syst. nat. 2. 650. 25. *fn. sv.* 718. *It. Westrog.* 153. *Tab.* 2. *f.* 2-4.

Mas: niger, elytrorum basi interiori, abdomine pedibusque flavescentibus. *Payk. loc. cit. mas.*

Lymexylon flavipes. Fabr. syst. eleut. 2. 88. 5. *Panz. fn.* 22. *f.* 6.

Pterophorus. Herbst. Archiv. 5. 105. 1. *Tab.* 27. *f.* 1. *a, b.*

Habitat intra Quercus lignum, quod perforat & destruit.

Descr. Præcedente vix brevius, sed duplo angustius, cylindricum. Caput magnum globosum nigrofuscum, creberrime punctulatum, dense fusco-pubescens, fronte sub-canaliculata; oculi maximi laterales fusci. Palpi anteriores nigricantes articulo penultimo maximo dilatato crispo. Antennæ longitudine thoracis, tenues, nigro-fuscæ, basi pallidiores. Thorax latitudine longior, antice rotundatus, elevatus, postice sub-sinuatus, supra modice convexus, inæqualis, tenue punctatus, nigro-fuscus, testaceo-variegatus. Scutellum oblongo-triangulare obtusum nigrum. Elytra elongata, antice thorace latiora, convexa, apicem versus valde attenuata, fere acuminata, obsolete punctulata, pubescentia, nigra, basi, suturaque ultra medium flavescentibus. Alæ longæ nigricantes. Pectus nigricans punctatum. Abdomen flavo-testaceum pubescens. Pedes elongati flavescentes.

Femina differt: Palpis anticis crassis simplicibus, totis pallidis, articulo ultimo majore ovato subtruncato; thorace toto rufo-testaceo; elytris pallidis, margine tantum & apice nigricantibus, pectoreque pallidius testaceo; ceterum statura & magnitudine simillima.

L A M-

LAMPYRIS.

Palpi quatuor sub-clavati, anteriores articulo ultimo conico subulato.
Maxilla bifida. Labium corneum integrum.
Antennæ filiformes compressæ, apice acuminatæ. Caput parvum occultatum.

1. L. noctiluca: elongata depressa supra fusca, thoracis limbo cinereo, femina aptera.

Linn. syst. nat. 2. 643. 1. Fabr. syst. eleut. 2. 99. 2. Oliv. ent. 2. 28. 12. 2. Tab. 1. f. 2. De Geer Ins. 4. 31. 1. Tab. 1. f. 14-33. Payk. fn. 2. 171. 1. Marsh. ent. br. 1. 361. 1. Müller in Illig. Mag. 4. 188 sequ. Panz. fn. 41. f. 7. sed femina puta non genuina, sed forte Larva Silphæ.

Cantharis noctiluca. Linn. fn. sv. 699.

Habitat in graminosis subhumidis non infrequens, noctu luce Phosphorea fulgens; mas ægre investigatur.

Descr. Magnitudo & fere statura Cantharidis fuscæ. Caput parvum fuscum, sub thorace omnino occultatum; oculi maximi globosi nigri. Antennæ thorace fere breviores, compressæ, dilute fuscæ. Thorax antice semi-circularis, vel potius semi-ovalis, postice sinuato-truncatus, angulis acutis, supra crebre rugoso-punctatus, sub-pubescens, disco elevatiori fusco, limbo laterali & antico explanatis cinereis, marginibus reflexis. Scutellum mediocre triangulare fuscum obtusum. Elytra lineari-elongata depressa, mollia, fusca immaculata, crebre rugoso-punctata, tenue pubescentia, lineis tribus elevatis

vatis obſoletis. Corpus ſubtus dilute fuſcum, abdominis lateribus ſerratis, ultimis ſegmentis ſubtus læte flavis. Pedes breviuſculi dilute fuſceſcentes.

Femina longe major, omnino aptera; caput & antennæ ut in mare, ſed oculi minores; thorax paullo brevior, alias ſimilis; reliquum corpus conſtat ſegmentis decem, primo breviori, medio producto, emarginato, absque rudimento elytrorum; ſupra totum fuſcum immaculatum, ano pallidiori; ſubtus mari ſimilis.

Larva feminæ ſimillima, ſed punctum flaveſcens utrinque in ſinguli ſegmenti apice, etjam in thoracis angulis.

2. L. ſplendidula: elongata depreſſa ſupra fuſca, thorace antice lunulis duabus ſeneſtrato-pellucidis; femina aptera.

Linn. ſyſt. nat. 2. 644. 3. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 99. 2. Oliv. ent. 2. 28. 11. 1. Tab. 1. f. 1. a-d. Payk. fn. 2. 171. 2. Panz. fn. 41. f. 8. Marſh. ent. br. 1. 362. 2. Muller in Illig. Mag. 4. 188. ſequ.

Cantharis. Uddmann. Diſſ. 23. 47.

Habitat in Finlandiæ pratis ſylvaticis rarius.

Deſcr. Statura & affinitas præcedentis, ſed fere duplo minor. Caput parvum occultatum fuſcum, oculis maximis globoſis nigris. Antennæ tenues pallide fuſceſcentes, longitudine thoracis. Thorax ſemi-circularis, brevior quam in præcedente, poſtice dilatatus, ſinuatus vel bi-emarginatus, ſupra crebre punctatus, tenue pubeſcens, diſco convexus, lateribus & antice explanato-depreſſus, fuſcus, intra marginem anticum utrinque lunula magna albo-feneſtrata, pellucida glabra. Scutellum triangulare fuſcum. Elytra lineari-elongata depreſſa mollia, fuſca immaculata,

culata, crebre punctata, lineis tribus longitudinalibus elevatis sub-carinatis. Pectus obscure testaceum; abdomen subtus nigrum obscurum, segmentis duobus penultimis lamina transversa emarginata flavissima, ultimo squama angusta emarginata cinerascente. Pedes breves livide testacei.

Femina vix major mare, cinereo-albida variegata; in thorace lunulæ flavescenti-pellucidæ ut in mare; segmentum corporis primum fere tripartitum, rudimenta monstrat scutelli & elytrorum, minutissima licet, ægre discernenda.

Obs. Lampyris corrusca, Linn. Syst. nat. 2. 644. 2. quam in Finlandia lectam refert vir illustrissimus, mihi plane ignota est.

L Y C U S.

Os productum, sub-rostratum. Palpi quatuor inæquales, articulo ultimo majore, oblique truncato, sub-securiformi.

Maxilla & Ligula simplices.

Antennæ filiformes compressæ, thorace longiores.

Corpus elongatum depressum. Thorax parvus marginatus.

1. L. sanguineus: ater nitidus, thoracis lateribus elytrisque sanguineis, his obsolete striatis villosis,

Fabr. syst. eleut. 2. 116. 29. Oliv. ent. 2. 29. 4. 1. Tab. 1. f. 1. a-c. Payk. fn. 2. 174. 1. Panz. fn. 41. f. 9.

Lampyris sanguinea. Linn. syst. nat. 2. 646. 17.
Cantharis sanguinea. Linn. fn. sv. 704. a.

Lam-

Lampyris villosa. *De Géer, Inſ.* 4. 47. 4.

Pyrochroa ſanguinea. *Roſſ. fn. etr.* 1. 166. 412.

Var. *b.* Thorace toto nigro, elytris obſcuris. *Payk. loc. cit. var. b.*

Habitat in pratis ſylvaticis, & in truncis Pini & abietis non infrequens; var. *b.* in Bothnia orientali rariſſime.

Deſcr. Magnitudo variat, ſequenti plerumque minor. Caput deflexum, baſi latum, ad os anguſtatum, roſtratum, atrum nitidum; oculi globoſi diſtantes. Antennæ craſſæ compreſſæ atræ, longitudine dimidii corporis. Thorax ſub-quadratus, fere planus, marginibus omnibus reflexis, medio canaliculatus, niger nitidus, lateribus late ſinuatim ſanguineis pubeſcentibus, plica elevata oblique adſcendente utrinque. Scutellum oblongum truncatum nigrum nitidum. Elytra thorace paullo latiora, lineari-elongata, depreſſa, obſoletiſſime ſtriata, læte ſanguinea, pube denſa ſaturatius coccinea tecta. Corpus totum glabrum atrum nitidum. Pedes validi compreſſi atri nitidi, tibiis arcuatis.

Var. b. ſimillima, tantum colore diverſa.

2. L. Aurora: niger, holoſericeo-pubeſcens, thorace rubro-reticulato, diſco fuſco, elytris coſtato-reticulatis ſanguineis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 116. 30. *Payk. fn.* 2. 175. 2. *Panz. fn.* 41. *f.* 10.

Pyrochroa aurora. *Herbſt. Archiv.* 5. 105. 4.

Lampyris ſanguinea. *De Géer, Inſ.* 4. 45. 2. *Tab.* 2. *f.* 1-4.

Cantharis ſanguinea. *Linn. fn. ſv.* 704. *b.*

Habitat in pratis ſylvaticis, & in truncis arborum putreſcentibus, paſſim.

Deſcr. Statura praecedentis omnino, ſed plerumque duplo minor, praeſertim femina. Caput deflexum nigrum, baſi latum depreſſum, ore parum producto teſtaceo. Antennae craſſae compreſſae nigrae pubeſcentes, baſi exteriori fulvo-holoſericeae. Thorax parvus, antice rotundatus, poſtice latior, ſinuato-truncatus, margine undique reflexo ſanguineo; ſupra planus, coſtis elevatis ſanguineis anaſtomiſantibus in quinque areas diviſus, media longitudinali ovato-lanceolata utrinque acuta, areis omnibus impreſſis fuſcis. Scutellum elongatum nigrum pubeſcens, apice emarginatum. Elytra thorace multo latiora, valde elongata, poſterius latiora, ſupra depreſſa, tota ſanguinea glabra; in utroque elytro coſtae quatuor elevatiores, praeter marginem & ſuturam, & in ſingulo interſtitio linea elevata longitudinalis humilior, omnes rugis crebris elevatis transverſis connexae, unde perfecte & concinne reticulatae evadunt. Alae amplae nigricantes. Corpus nigrum, pube holoſericea renitens. Pedes validi compreſſi nigri, pube holoſericea fulveſcente inducti.

Obſ. Clariſſ. a Linné in Fn. Sv. loc. cit. hanc & praecedentem ſpeciem commiſcuit, adeo ut prior deſcriptionis pars L. ſanguineo, poſterior L. aurorae competat, ut egregie monſtravit Dom. Illiger in Mag. 3. 177. 29.

3. L. affinis: niger, holoſericeo-pubeſcens, elytris ſanguineis, coſtis diſci quatuor, rugisque crebris transverſis elevatis.

Payk. fn. 2. 176. 3.

Lycus aurora var. thorace toto nigro. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 116. 30. not.

Ha-

Habitat in ſylvaticis rarius.

Deſcr. Statura & ſumma ſimilitudo præcedentis, attamen vere diverſus, fere duplo minor. Caput & antennæ ut in præcedente. Thoracis quoque ſtructura eadem omnino, etjam quod ad coſtas elevatas diſci, ſed totus niger immaculatus, & antice evidenter acute emarginatus. Scutellum elongatum nigrum pubeſcens, apice truncatum, vix emarginatum. Elytra thorace latiora, lineari-elongata, ſupra depreſſa, tota ſanguinea; in ſingulo coſtæ quatuor valde elevatæ, præter ſuturam & marginem, interſtitiis omnibus rugis transverſis elevatis crebris, ſed absque coſtis humilioribus interjectis, unde areæ incluſæ transverſim oblongo-quadratæ, nec exacte retiformes ut in priori; coſtæ & rugæ omnes pube rigida concolore ſcabræ. Corpus & pedes nigra, tenue holoſericeo-pubeſcentia.

4. L. minutus: ater, holoſericeo-pubeſcens, antennarum apice teſtaceo, elytris coſtatis ſanguineis crebre reticulato-punctatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. *117. 34. Oliv ent.* 2. *29.* 11. *13. Tab.* 1. *f. 13. Payk. fn. 2. 176.* 4. *Panz. fn. 41. f.* 11.

Lampyris nigro-rubra. De Géer, Inſ. 4. 46. 3.

Lampyris puſilla. Marſh. ent. br. 1. *363. 3.*

Habitat in ſylvaticis minus frequens.

Deſcr. Statura præcedentium omnino, ſed plerumque proximo adhuc minor. Caput atrum pubeſcens, fronte inter antennas acuminata, ſulcata, impreſſa, ore inflexo piceo; oculi laterales globoſi prominuli. Antennæ craſſæ compreſſæ pubeſcentes, dimidio corpore longiores, atræ, articulo ultimo oblongo pallide teſtaceo. Thorax totus niger, ſub-quadratus, ſupra

planus, marginibus valde reflexis, disco costis elevatis in plures areas diviso, alio tamen modo quam in prioribus, area enim media anterius dilatata. Scutellum elongatum nigrum, apice emarginatum. Elytra lineari-elongata depressa, tota sanguinea; in singulo costæ quatuor elevatæ, præter suturam & marginem, & in quovis interstitio stria duplex e punctis profundis impressis, costa humiliori & rugis transversis interstinctis, unde concinne reticulato-punctata apparent. Corpus atrum sub-nitidum pubescens. Pedes compressi nigri, tibiis arcuatis.

DASYTES.

Palpi in-æquales, extrorsum crassiores, apice oblique truncati. Ligula membranacea elongata cylindrica, apice rotundata integra.

Antennæ filiformes, thorace longiores, sæpius serratæ. Corpus lineari-elongatum, pilosum. Thorax brevis marginatus, vix elytris angustior.

1. D. cæruleus: elongatus hirtus supra cæruleus, thorace profundius parce punctato, elytris apice rotundatis, antennis nigris.

Fabr. syst. eleut. 2. 73. 7. *Payk. fn.* 2. 157. 2. *Panz. fn.* 96. *f.* 10.

Melyris cærulea. Illig. col. bor. 1. 308. 1.

Lagria cærulea. Ross. fn. Etr. 1. 108. 275.

Telephorus cæruleus. De Géer, Ins. 4. 76. 8.

Habitat in Scaniæ, Hallandiæ floribus passim.

Descr.

Defcr. D. nigro major, præfertim multo longior. Caput porrectum cæruleum, profunde fed non crebre punctatum, fronte foveolata pilofa; oculi nigri prominuli. Antennæ nigræ, maris dimidio corpore longiores, articulis fex ultimis valde elongatis cylindricis, feminæ thorace paullo longiores, obtufe ferratæ. Thorax cæruleo-virefcens, pilofus, antice truncatus, lateribus & poftice rotundatus, marginatus, fupra modice convexus, profunde, fed parce punctatus. Scutellum parvum rotundatum cæruleum. Elytra thorace latiora, lineari-elongata, apice rotundata, fupra convexa, crebre, at obfoletius rugofo-punctata, pilofa, cærulea; feminæ pofterius nonnihil dilatata. Corpus cæruleum nitidum pilofum. Pedes elongati nigro-cærulefcentes.

Obf. Melyris cyanea Oliv. Ent. 2. 21. 8. 8. Lagria viridis Roff. Mant. 1. 35. 87. huic quidem valde fimilis, fed vere diftincta, thorace creberrime punctato, pofterius anguftiori, angulato, elytrisque acuminatis, ut rite obfervavit Dom. Illiger in Col. Bor. 1. 309; fed hæc apud nos non occurrit.

2. D. niger: oblongus niger hirtus, tenue punctulatus, thorace utrinque impreffo, antennis obtufe ferratis.

Fabr fyft. eleut. 2. 72. 4. *Payk. fn.* 2. 156. 1. *Panz. fn. 96. f. 9.*

Melyris villofus. Oliv. ent. 2. 21. 9. 10. *Tab.* 2 *f.* 10. *a, b.*

Melyris nigra. Illig. col. bor. 1. 309. 2.

Dermeftes niger. Linn. fyft. nat. 2. 564. 26. *fn. fv.* 439.

Anobium atrum. Bierkand. Act. Holm. 1783 246.

Habitat in floribus frequens.

Defcr. Anobio pertinace minor, præfertim mas; totus niger, parum virefcenti-micans, pube brevi erecta fufca hirtus. Caput exfertum nigrum, parce punctatum, fronte fere plana, foveolis tribus impreffa; oculi globofi nigri. Antennæ nigræ pilofæ, thorace parum longiores interne ferratæ, dentibus obtufis. Thorax niger nitidus, longitudine latior, antice truncatus, lateribus & poftice rotundatus, tenue marginatus, fupra modice convexus, fubtiliter & non crebre punctatus, fulco longitudinali intra marginem utrinque impreffus. Scutellum mediocre rotundatum nigrum. Elytra thorace paullo latiora, elongata, convexa, crebre punctulata, nigra. Corpus & pedes nigra pubefcentia.

Mas plerumque duplo minor, capite paullo latiori, antennisque nonnihil longioribus differt.

3. D. floralis: oblongus niger hirtus punctatus thorace æquo non impreffo, antennis profunde acute ferratis.

Melyris floralis: *Oliv. ent.* 2. 21. II. 13. *Tab.* 3. *f.* 13. *a*, *b*.

Habitat in floribus minus frequens.

Defcr. Statura & fumma affinitas præcedentis, fed vere diverfus; femina paullo major, præfertim latior; elytra magis rigida. Caput exfertum nigrum punctatum, fronte convexa, vix foveolata. Antennæ longitudine dimidii corporis, nigræ, cinereo-pubefcentes, profunde ferratæ, dentibus triangularibus acutis, in utroque Sexu. Thorax niger, fub-nitidus pilofus, antice truncatus, lateribus & poftice rotundatus, angulis pofticis tamen magis prominulis quam in priori; fupra modice convexus, crebrius punctatus, intra bafin transverfim obfolete impreffus, fed fovea lateralis nulla. Scutellum fub-triangulare nigrum

grum punctatum. Elytra oblongo-ovata convexa nigra sub-nitida, crebre & sat profunde rugoso-punctata, pubescentia, humeris gibbis. Corpus nigrum nitidum punctulatum pubescens. Pedes nigri pilosi, tibiis tarsisque fusco-piceis.

Mas duplo minor, femina, capite thorace latiori antennisque paullo longioribus

4. D. nigricornis: oblongus, supra viridi aeneus pubescens, elytris profunde punctatis, antennarum basi tibiisque testaceis.

Fabr. syst. eleut. 2. 73. 10. *Payk. fn.* 2. 158. 3.

Melyris nigricornis. Illig. Mag. 1. 81. 2 3.

Habitat in frondibus abietis, tempore vernali, passim.

Descr. Magnitudo & statura proxime praecedentium omnino. Caput viridi aeneum nitidum punctatum, fronte sub-depressa, supra os foveolata; oculi prominuli nigri. Antennae thorace paullo longiores, obtuse serratae, basi ferrugineae, extrorsum nigrae pubescentes. Thorax transversus, antice truncatus, lateribus & postice rotundatus, tenue marginatus, supra modice convexus, aequalis, crebre punctatus, viridi-aeneus nitidus, parce fusco-hirtus. Scutellum triangulare obtusum viridi-aeneum. Elytra oblongo-ovata, lateribus latius marginata, supra convexa, viridi-aenea nitida, profunde, at non ita crebre punctata, pilosa. Corpus nigrum nitidum punctulatum. Femora nigra, tibiis tarsisque testaceis.

5. D. flavipes: lineari-elongatus nigro-virescens hirtus, tenue punctulatus, antennarum basi tibiisque testaceis.

Fabr. syst. eleut. 2. 73. 6. *Payk. fn.* 2. 158. 4.

Melyris flavipes. Oliv. ent 2. 21. 12. 16. Tab. 3. f. 16. a, b.

Melyris plumbea. Illig. col. bor. 1. 310. 3. Oliv. ent. 2. 21. 10. 12. Tab. 2. f. 12. a, b. var. pedibus obscuris.

Tillus virens. Marsh. ent. br. 1. 230. 4.

Habitat in floribus sat frequens.

Descr. D. nigro non brevior, sed multo angustior, linearis, præsertim mas. Caput nigro-æneum punctulatum, fronte impressa; oculi nigri prominuli. Antennæ nigræ pilosæ, maris dimidio corpore fere longiores, articulis 6-11 linearibus elongatis; feminæ breviores, obtuse serratæ; in utroque sexu articuli 2 s. 3 baseos plerumque testacei. Thorax longitudine vix latior, antice oblique truncatus, lateribus & postice rotundatus, supra parum convexus, tenue punctatus, nigro-virescens, pilosus. Scutellum obtusum concolor. Elytra valde elongata linearia flexilia, supra parum convexa, subtilissime creberrime punctulata, pubescentia, nigro-virescentia. Corpus nigrum pubescens punctatum. Pedes elongati, primi paris fere toti testacei, posteriores testacei femoribus nigris.

6. D. linearis: filiformi-elongatus virescens opacus, punctatissimus, thorace elongato sub-canaliculato, abdomine æneo nitido.

Fabr. syst. eleut. 2. 73. 11. Payk. fn. 3. add. 454. 2-3. Act. Holm. 1799. 115.

Tillus filiformis. Creutz. ent. vers. 1. 121. 13. Tab. 3. f. 25. a. Panz. fn. 67. f. 17.

Ha-

Habitat in floribus, præsertim in viciniis maris, in Finlandia, Bahusia, Hallandia.

Descr. D. flavipede sæpe longior, sed duplo angustior, filiformis, tenuis; corpus totum supra virescenti-æneum opacum, creberrime punctulatum, tenue pallido-pubescens. Caput ovatum, fronte impressa faveolata; oculi nigri prominuli. Antennæ nigræ, thorace paullo longiores, obtuse serratæ. Thorax elongatus sub-cylindricus, marginatus, antice paullo latior, compressus, dorso obsolete canaliculatus. Scutellum rotundatum concolor. Elytra thorace multo latiora, valde elongata, linearia, rigida, parum convexa, obsoletissime striata, apice acuminata, dehiscentia. Pectus & abdomen viridi-ænea nitida, tenue pubescentia. Pedes tenues nigri, femoribus parum æneo-nitentibus.

CANTHARIS.

Palpi quatuor, articulo ultimo securiformi aut ovato. Maxilla bifida.
Labium integrum. Antennæ filiformes.
Tarsuum articulus quartus bilobus.

Fam. 1. Elytris nigricantibus.

Sect. 1. Majores, elytris abdomen occultantibus, palpis securiformibus.

1. C. fusca: nigra, thorace punctato, rufo, macula antica nigra, abdominis limbo rubro, pedibus nigro-fuscis.

Linn. syst. nat. 2. 647. 2. *fn. sv.* 700. *Fabr. syst. eleut.* 1. 294. 1. *Illig. col. bor.* 1. 295. 2.

Payk. fn. 1. 258. 1. Fallén. Canth. 1. 8. 1. Marsh. ent. br. 1. 365. 1.

Telephorus fuscus. De Géer, Inf. 4. 60. 1. Tab. 2. f. 5-15.

Habitat in plantis frequens, menſe junio.

Deſcr. E majoribus generis. Caput nigrum, infra oculos rufum. Antennæ nigræ, baſi ferrugineæ, maris dimidio corpore longiores, feminæ breviores in utroque ſexu extrorſum attenuatæ. Thorax transverſim ovatus, undique rotundatus, intra margines depreſſo-explanatus, diſco convexus, canaliculatus, tenue punctatus, pubeſcens, totus rufus, macula nigra angulata, margini antico contigua, jam majori, jam minori. Scutellum parvum rotundatum nigrum. Elytra lineari-elongata, parum convexa, creberrime rugoſo-punctulata, nigra, pube brevi cinerea adſperſa. Pectus nigrum pubeſcens; abdomen nigrum, limbo toto, poſtice latius, rufo-teſtaceo; anus maris attenuatus, ſegmento ultimo anguſtiori; feminæ latior, obtuſus, rotundatus. Pedes aut toti nigri, aut femoribus anticis baſi interiori teſtaceis.

2. C. ruſtica: nigra, thorace punctato, rufo, macula diſci nigra, femoribus omnibus rufis apice nigris.

Fallén. Canth. 1. 9. 2.

Cantharis fuſca var. Illig. col. bor. 1. 295. 2. c.

Telephorus fuſcus. Oliv. ent. 2. 26. 6. 1. Tab. 1. f. 1. a-c.

Habitat in plantis ubique, præcedenti adhuc frequentior.

Deſcr. Statura, magnitudo, & ſumma affinitas præcedentis; differt tamen macula nigra thoracis in medio

medio disci collocata, nec marginem anticum attingente, ut & femoribus omnibus rufis, apice plus minusve nigris; in utraque specie occurrunt ambi sexus, nec promiscue copulatos unquam vidi. unde verosimillimum mihi videtur, distinctas esse species, etsi valde affines.

3. C. dispar: nigra, thorace lævi rufo immaculato, abdominis limbo pedibusque rufis, genubus tibiisque posticis nigris.

Fabr. syst. eleut. 1. *295. 3. Fallén. Canth.* 1. *9.* 3. *Payk. fn. 1.* *259.* 1. 3. *femina.*

Cantharis livida var. Illig. col. bor. 1. 296. 3. a.

Canth. rufipes. Herbst. Archiv. 5. 107. 2.

Habitat in plantis & fruticibus sat frequens.

Descr. Præcedentibus simillima, sed paullo minor, angustior. Caput rufum ore pallidiori, maculaque verticis nigra, jam majori angulata, jam parva angustata; oculi globosi nigri. Antennæ dimidio corpore longiores nigræ, articulis 2 s. 3 baseos testaceis. Thorax longitudine parum latior, antice rotundatus, postice sub-truncatus, angulis obtusis, disco convexus, obsolete canaliculatus, impunctatus, rufus, lateribus depresso-explanatus pallidis, margine omni reflexo. Scutellum triangulare obtusum fuscum, cinereo-pubescens. Elytra lineari-elongata nigro-fusca, creberrime rugoso-punctulata, densius cinereo-pubescentia. Pectus nigrum, pube albido-argentea nitida tectum. Abdomen nigrum, lateribus & postice utrinque rufum, versus anum latius. Pedes rufi, antici toti, medii femorum macula apicis, tibiarumque medio nigris, postici femorum apice latius, tibiis tarsisque totis nigro-fuscis.

Obs. Maris abdomen constat segmentis octo, ultimo parvo angusto cylindrico sub-retracto; feminæ tan-

tantum segmenta septem gerit, ultimo magno, basi lato, extrorsum angustato; talis conformatio in plerisque speciebus exstat. Cum C. livida Linn. Fabr. fere omni puncto convenit hæc species, colore elytrorum tantum excepto; sed dum in utraque, ambi occurrunt sexus, qui invicem copulantur, neque, in his saltem terris, mixti cohabitant, consultius duxi, illas ut diversas species considerare, donec plena experientia identitatem monstraverit. Species plurimæ hujus generis inter se admodum similes, quare ad locum & copulationem attendere necessum est.

4. C. pellucida: nigra, ore, thorace abdomineque totis rufis, pedibus rufis, tibiis posterioribus nigris.

Fabr. syst. eleut. 1. *296. 10.* *Payk. fn.* 1. *261. 5.* *Fallén. Canth.* 1. 10. 4.

Var. *b.* femoribus apice, abdomineque basi nigris.

Habitat in floribus sat frequens.

Descr. Proxime præcedenti simillima, sed adhuc paullo minor; differt præcipue, vertice toto pone oculos nigro, ore solo pallide rufescente. Antennæ, thorax, scutellum, elytra, pectus, ut in præcedente omnino; abdomen totum rufum. Pedes rufi, tibiis posticis semper, intermediis plerumque nigrofuscis.

In var. b. femorum posteriorum apex, & discus baseos abdominis plus minusve nigra, unde præcedenti nimis appropinquat, vertice toto nigro tantum distincta; a C. nigricante differt: thorace immaculato, elytrisque nigrioribus, minus dense cinereo-pubescentibus.

5. C.

5. C. violacea: nigra, capite, thorace, abdomine pedibusque rufis, elytris cæruleis, antennarum articulo primo pallido.

Payk. fn. 1. 260. 4. *mas var.* *Fallén. Canth.* 1. 10. 5.

Habitat in floribus umbellatis, ad Kinnakulle Westrogothiæ passim; alibi rarius.

Descr. Magnitudo & statura C. disparis. Caput pallide rufum, maris plerumque vertice inæqualiter nigro; oculi globosi nigri; palpi apice nigricantes. Antennæ nigræ, articulo tantum primo testaceo, macula apicis nigra; maris longitudine fere corporis, feminæ paullo breviores. Thorax sub-orbiculatus, plerumque totus pallide rufus, rarius in masculis tenue nigro-marginatus. Scutellum fuscum, dense pallido-pubescens. Elytrorum structura ut in prioribus, sed tota cæruleo-violacea, subtilissime pubescentia. Pectus nigrum vel nigro-piceum; abdomen totum luteo-rufescens, interdum serie e punctis nigris impressis utrinque. Pedes in femina pallide rufescentes, tarsis solis fuscis; in mare femora aut externe nigro-lineata, aut annulo lato nigro cincta, & tibiæ apice nigræ.

Obs. Dom. de Raykull varietatem maris loc. cit. descripsit. Species certe distincta, & notis constantibus ab affinibus diversa.

6. C. nigricans: fusco-nigra, ore, antennis, thoracis abdominisque limbo, pedibusque flavo-testaceis, tibiis posticis fuscis.

Fabr. syst. eleut. 1. 296. 9. *Illig. col. bor.* 1. 298. 5. *Fallén. Canth.* 1. 11. 7.

Cantharis obscura. Linn. fn. sv. 706. *Marsh. ent. br.* 1. 365. 2. *Descr. Linn. fn.*

Can-

Canth. obscura var. Payk. fn. 1. 262. 7. in ipsa descriptione cum sequente confusa.

Var. *b.* Thoracis disco aut macula parva nigra, aut toto pallide rufo. *Illig. loc. cit. var. b.*

Habitat in fruticibus & plantis frequens; var. *b.* rarius occurrit.

Descr. Statura & affinitas C. pellucide, sed minor, pallidior. Caput nigrum, ore late testaceo. Antennæ totæ pallidæ, apice tantum supra obscuriores. Thorax statura præcedentium, pallidus, in vivo fere albidus, disco elevato obcordato nigro nitido. Elytra nigra, pube densa depressa brevissima cinereoalbida tecta, unde cinerea apparent; pube detrita, obsolete rugulosa videntur. Pectus nigrum, argenteo-pubescens; abdomen disco baseos nigrum, limbo toto. segmentorumque marginibus pallidis. Pedes pallide testacei femorum posticorum apice, & tibiis ejusdem paris semper nigro fuscis.

Var. b. differt tantum thorace aut immaculato, aut macula parva nigra notato; femora postica in hac var. vix apice nigra.

7. C. obscura: nigra, thoracis lateribus, summoque abdominis margine rufo-pallidis, pedibus totis nigris.

Linn. syst. nat. 2. 648. 5. Fabr. syst. eleut. 1. 296. 7. Illig. col bor. 1. 295. 1. Payk. fn. 1. 262. 7. Fallén, Canth. 1 11. 6. Marsh. ent. br. 1. 365. 2. Descr. Linn. syst.

Telephorus obscurus. Oliv. ent. 2. 26. 8. 3. Tab. 2. f. 10. a, b.

Habitat in fruticibus & plantis frequens.

Descr.

Descr. Magnitudo & statura praecedentis. Caput totum nigrum, mandibulis solis luteo-testaceis. Antennae nigrae, articulis primis subtus & basi testaceis. Thorax statura praecedentium, niger nitidus, lateribus anguste pallidis. Scutellum & elytra nigra, subtilissime & obsolete rugoso-punctata, tenue cinereo-pubescentia. Pectus nigrum, argenteo-pubescens. Abdomen nigrum, margine summo anoque pallescentibus. Pedes toti nigri, tibiis anticis apice interiori fulvo-villosis.

8. C. elongata: lineari-elongata nigra antennarum tibiarumque basi sub-testaceo, thorace longiori subquadrato.

Fallén. Canth. I. II. *8.*

Cantharis atra. Payk. fn. I. *266. 13. Herbst. Archiv. 5. 108. 5.*

Habitat in frondibus abietis passim.

Descr. Magnitudo & statura elongata omnino C. pallidae. Caput laeve nigrum nitidum, ore fusco-piceo; oculi magni globosi nigri. Antennae corpore paullo breviores nigrae, basi fusco-testaceae. Thorax niger nitidus, longitudine vix latior, subquadratus, angulis anticis rotundatis, posticis nonnihil prominulis; supra convexus, in medio posteriori canaliculatus, intra margines anguste impressus, margine omni reflexo. Scutellum triangulare nigrum. Elytra thorace latiora, valde elongata, fere linearia, vel apicem versus nonnihil dilatata, apice obtuse rotundata, supra sub-depressa, creberrime rugoso-punctata, nigra, sub-nitida, cinereo-pubescentia. Corpus subtus nigrum obscurum, tenue pubescens, segmentis posterioribus in mare tenue albo-marginatis. Femora nigra apice testacea; tibiae & tarsi fusci, basi cinereo-pallescentes.

9. C. paludosa: lineari-elongata nigra, mandibulis, antennarum tibiarumque basi pallidis, thorace breviore sub-transverso.

Fallén. Canth. i. 12. 10.

Cantharis atra. Thunb. Act. Ups. 5. 106. 34.

Habitat in paludibus umbrosis sylvarum Westrogothiæ passim.

Descr. Statura & summa affinitas præcedentis, sed fere duplo minor, C. testaceæ æqualis, & thorax multo brevior, unde vere diversa mihi videtur. Caput nigrum sub-punctatum, vertice obsolete canaliculato; mandibulæ totæ pallide testaceæ; palpi nigri. Antennæ corpore multo breviores nigræ, basi subtus pallescentes, supra infuscatæ. Thorax transversus, longitudine multo latior, angulis omnibus obtusis, rotundatis, supra convexus niger subnitidus pubescens, intra margines reflexos undique anguste impressus. Scutellum & elytra ut in priori. Corpus nigrum obscurum cinereo-pubescens. Pedes nigri pubescentes, tibiarum basi pallidiori, tarsis fuscis.

10. C. atra: elongata fusco-nigra, antennarum basi tibiisque totis pallide luteis, thorace breviori sub-transverso.

Linn. syst. nat. 2. *649. 16. Fabr. syst. eleut. i.* *297. 18. Illig. col. bor.* 1. *301.* 10. *Fallén. Canth. i.* 12. *9.*

Telephorus ater. Oliv. ent. 2. *26. 13.* 12. *Tab. 1. f. 3. a, b.*

Habitat in fruticibus & plantis non infrequens.

Descr. Statura & magnitudo C. testaceæ; proxime præcedenti valde affinis. Caput nigrum sub-punctatum

ctatum pubescens, fronte obsolete canaliculata. Antennæ corpore multo breviores nigræ, articulis primis baseos totis pallide luteis. Thorax, scutellum, Elytra, corpus, ut in C. palludosa omnino. Femora nigra, apice late luteo-pallida, & tibiæ totæ ejusdem coloris; tarsi paullo obscuriores.

Obs. E speciebus proxime descriptis, ambi sexus cogniti, in copula sæpius capti, & invicem simillimi; nec unquam promiscue habitantes, mirus copula junctos vidi, quare illos sejungere rectius mihi videtur. Num C. atra Cl. Linnæi ad hanc vel præcedentem pertinet, ægre est dijudicandum, dum colorem pedum non memorat; Synonyma vero Olivieri & Illigeri certe huic nostro competunt; C. atra Dom. de Payk. ad C. elongatam nob. referenda, ob magnitudinem & colorem pedum.

11. C. flavilabris: oblonga nigra, ore, antennarum basi, thoracis limbo, tibiis anoque pallide rufo-testaceis.

Fallén. Canth. 1. 12. 11.

Habitat in Westrogothiæ graminosis rarius.

Descr. Statura brevior, magnitudo & affinitas C. thoracicæ, n:o 13 infra. Caput nigrum nitidum subtilissime punctulatum, ore toto infra antennas luteo; palpi fusci. Antennæ corpore paullo breviores nigræ, basi luteo-testaceæ. Thorax transversus, angulis anticis rotundatis, posticis sub-rectis, supra convexus niger nitidus lævis, intra margines impressus, margine omni reflexo anguste testaceo, in mare magis obscuro. Scutellum triangulare nigrum. Elytra elongata, thorace paullo latiora, parum convexa, nigra, sub-nitida, creberrime rugoso-punctata, tenue pubescentia. Pectus nigrum pubescens. Abdomen nigro-fuscum, lateribus & segmentorum marginibus

angufte, ano late luteo-teftaceis. Femora nigra, apice late lutea; tibiæ totæ luteæ; tarfi fufcefcentes.

12. C. pulicaria: oblonga nigra, mandibulis, thoracis limbo toto, abdominis margine, anoque teftaceis.

Fallén. Canth. I. *13. 12. Fabr. fyft. eleut. 1. 303. 50.*

Telephorus pulicarius. Oliv. ent. 2. 26. 16. 17. Tab. 3. f. 20. a, b.

Habitat in graminofis rarius.

Defcr. Magnitudo, ftatura & affinitas præcedentis, attamen vere diftincta. Caput nigrum, tenue punctatum, mandibulis folis teftaceis. Antennæ corpore breviores nigræ, articulis primis bafeos fubtus teftaceis. Thoracis ftructura ut in præcedente, difco elevato nigro, limbo omni, laterali latius flavo-teftaceo, ut fere teftaceus dici queat, macula magna difci nigra. Scutellum ut in priori. Elytrorum forma & color etjam eædem, fed fubtiliffime rugofo-punctata, denfius cinereo-pubefcentia. Corpus nigrum pubefceus, abdominis margine angufte, ano late teftaceis. Pedes toti nigri, ungulis folis teftaceis.

Obf. Synonymon Olivieri certum mihi videtur; Fabricii etjam forte huc pertinet, etfi margines abdominis tenue teftaceos immerito pro tentaculis habuerit.

13. C. thoracica: rufo-teftacea, vertice, antennarum apice, elytrisque nigris, pectore piceo.

Telephorus thoracicus. Oliv. ent. 2. 26. 12. 10. Tab. 1. f. 2. a, b.

Can-

Cantharis fulvicollis. *Illig. col. bor.* 1. *302.* 11. *Payk. fn.* 1. *266.* *12.* *Fallén. Canth.* 1. *13.* *13.*

Cantharis bicolor. Herbst. Archiv. *5* 108. 11.

Var *b.* Pectore etjam testaceo.

Telephorus niger De Geer Inf. *4.* *72.* *5.*

Cantharis cærulocephala. *Thunb. Act. Upf.* 4. *18.* *3* *1.*

Habitat in frutetis passim; in Betula alba, locis paludosis, præsertim mihi obvia.

Descr. Magnitudo & statura C. testaceæ, proxime præcedentibus affinis. Caput rufo-testaceum, vertice toto supra antennarum insertionem nigro nitido, interdum cærulescenti-micante; oculi globosi nigri. Antennæ corpore paullo breviores fusco-nigræ, articulis 3 s. 4 baseos testaceis. Thorax transversus, structura omnino ut in proxime præcedentibus, totus rufo-testaceus nitidus. Scutellum triangulare flavo-testaceum pubescens. Elytra elongata nigra pubescentia, creberrime rugoso-punctata. Pectus nigro-piceum, in var. b. pallidius testaceum. Abdomen flavo-testaceum immaculatum. Pedes toti flavo-testacei, tarsis obscurioribus.

Obs. C. fulvicollis Cl. Fabricii, Ent. Syst. 1. 300. 35. vix huc pertinet, nam corpus ut nigrum designat; Ex Anglia speciem, huic jam descriptæ simillimam accepi, cui scutellum nigrum, abdomen nigro-fuscum, margine anoque pallidis, & femorum basis intima nigra; forte hæc C. fulvicollis Fabricii vera.

Cantharis lateralis, a Cl. Linnæo in Fn. Sv. 707. ut Sveciæ incola allata, nemini Entomologorum Patriæ jam viventium cognita est, quantum mihi innotuit; anne igitur conjecturare licet, specimen a Linnæo descriptum, ex America Boreali a D. Prof. Kalm

allatum fuisse, & indigenis immixtum, unde patria ejus vera oblita fuerit.

Sect. 2. Minores, elytris sæpe abbreviatis, Palporum articulo ultimo ovato.

14. C. flaveola: flava, vertice attenuato nigro punctato, elytris fuscis, apice rotundatis sulphureis, abdomine vix brevioribus.

Payk. fn. 3. add. 446. 16. Herbst. Archiv. 8. 171. 12. Fallén. Canth. 1. 14. 14.

Cantharis immunis. Marsh. ent. br. 1. 374. 20.

Telephorus minimus. Oliv. ent. 2. 26. 17. 19. Tab. 1. f. 6. a-d.

Habitat in foliis arborum, præsertim quercus, passim.

Descr. Parva, C. testacea multo angustior, vix vero brevior. Caput magnum exsertum flavum, vertice pone oculos valde attenuato nigro, crebre punctulato; oculi maximi prominuli nigri. Antennæ corpore vix breviores, basi flavescentes, extrorsum fuscæ. Thorax parvus, capite multo angustior, antice & postice, sed vix lateribus marginatus, supra convexus, inæqualis, hinc inde foveolatus, tenue punctatus, maris plerumque totus flavus, feminæ maculis duabus nigris oblongis paribus, interdum confluentibus, extus sinuatis. Scutellum triangulare flavum. Elytra thorace latiora, lineari-elongata, parum convexa, obsoletissime punctata, fusca, interdum in medio pallidiora, apice rotundata, late sulphurea. Alæ fuscæ, elytris multo longiores. Corpus

pus flavum, pectore fæpe obfcuriori. Pedes elongati toti flavi.

15. C. fafciata: nigra, ore thoracisque lateribus rufis, elytris punctato-ftriatis, fafcia flavefcente, apiceque fulphureis.

Fallén. Canth. 1. *16.* 20.

Telephorus fafciatus. Oliv. ent. 2. 26. 18. 20. *Tab.* 3. *f.* 14. *a*, *b*.

Habitat in quercu Weftrogothiæ rariffime.

Defcr. Statura & fumma affinitas præcedentis, fed fere duplo minor. Caput magnum exfertum nigrum, pone oculos valde attenuatum, crebre punctatum, vertice canaliculato, ore late flavo-rufefcente; oculi maximi globofi nigri. Antennæ corpore paullo breviores flavefcentes, extrorfum fufcæ. Thorax capite multo anguftior, fub-quadratus, antice pofticeque truncatus, lateribus rotundatus, undique marginatus, fupra convexus, crebre rugofo-punctulatus, medio canaliculatus, niger, lateribus late rufo-teftaceis. Scutellum parvum triangulare nigrum. Elytra thorace latiora, lineari-elongata, abdomine paullo breviora, fupra parum convexa, regulariter & fat profunde punctato-ftriata, nigro-fufca, fafcia media lata, extus dilatata, dilute flavefcente, apiceque rotundato determinate fulphureo. Pectus nigro-piceum nitidum; Abdomen pallide rufefcens. Ano nigricante. Pedes elongati, anteriores quatuor flavefcentes, poftici nigro-fufci, tarfis pallidioribus.

16. C. biguttula: nigra punctata, vertice attenuato, thorace immarginato, elytris longitudine abdominis, apice accuminatis fulphureis.

Payk. fn. 3. *add.* 445. 15. *Fallén. Canth.* 1. 14. 15.

Cantharis biguttata. Payk. fn. 1. 267. 14.

Telephorus biguttatus. De Géer Inf. 4. 77. 10.

Var. *b.* Elytris nigris immaculatis. *Payk. Fallén loc. cit. var. b.*

Habitat in quercetis umbrofis paffim.

Defcr. Statura & magnitudo C. flaveolæ. Caput magnum exfertum nigrum obfcurum, crebre punctatum, pone oculos attenuatum, ore lutefcente, palpis apice nigris acuminatis; oculi magni prominuli nigri. Antennæ longitudine corporis, fufcæ, bafi fubtus flavefcentes. Thorax niger obfcurus, capite anguftior, quadrangulus, longitudine latior, margine antico & poftico elevato, plerumque teftaceo, lateribus deflexis immarginatis; fupra parum convexus, creberrime punctulatus, ante bafin foveola media impreffus. Scutellum triangulare obtufum nigrum. Elytra thorace latiora, valde elongata, corpus æquantia, fupra fub-depreffa, nigra obfcura, creberrime rugofo-punctulata, fub-pubefcentia, verfus futuram lineis 2 f. 3 elevatis obfoletis ftriata, apice acuminata fulphurea. Pectus nigro-piceum fub-nitidum; abdomen fufcum, fegmentorum marginibus anoque flavefcentibus. Femora flava, tibiis tarfisque fufcefcentibus.

Var. b, differt, corpore in utroque fexu fere dimidio minore, elytris apice concoloribus, & femoribus, præfertim pofticis plerumque fufcis; an fpecies diftincta?

17. C. biguttata: nigra, vertice fub-attenuato, thorace transverfo marginato lævi, elytris abdomine brevioribus, apice fulphureis. *Linn.*

Linn. syst. nat. 2. 648. 11. *fn. sv.* 712. *Fabr. syst. eleut.* 1. 304. 53. *Payk. fn.* 3. *add.* 445. 14. *Panz. fn.* 11. *f.* 15. *Fallén Canth.* 1. 14. 16. *Marsh. ent. br.* 1. 372. 15. *Thunb. Act. Ups.* 5. 86. 2.

Telephorus biguttatus. Oliv. ent. 2. 26. 16. 18. *Tab.* 2. *f.* 12. *a, b.*

Var. *b.* Elytris apice concoloribus.

Habitat in frutetis & floribus passim.

Descr. Statura præcedentium, sed paullo brevior. Caput magnum nigrum nitidum læve, pone oculos nonnihil attenuatum; mandibulæ testaceæ, oculi præsertim maris, maximi, globosi, nigri. Antennæ crassæ pubescentes fuscæ, maris longitudine corporis, feminæ breviores. Thorax brevis transversus, undique tenue marginatus, dorso lævis nitidus, subtiliter canaliculatus, maris plerumque niger, margine antico & postico tenue flavo testaceis, feminæ rufo-testaceus, disco toto sinuato nigro. Scutellum triangulare nigrum. Elytra thorace latiora, linearia, sub-lævia, fusca, pubescentia, abdomine breviora, apice sulphurea. Pectus nigrum, flavo-marginatum; abdomen nigrum, lateribus, ano, præsertim in masculis, segmentorumque marginibus flavis. Pedes nigro-fusci, femorum basi intima, geniculisque interdum pallidis.

Var. b. differt tantum elytrorum apice concolore; mares tantum hujus varietatis vidi.

18. C. sanguinolenta: nigra, thorace lævi rufo, capitis latitudine, elytris abbreviatis apice sulphureis, tibiis pallidis.

Fallén Canth. 1. 15. 17.

Cantharis minima var. Linn. fn. sv. 713. *b. Payk. fn.* 1. 268. 15. *b.*

Habitat in fruticibus & plantis passim.

Descr. Præcedenti similis & affinis, sed paullo minor, brevior. Caput nigrum nitidum læve, thorace vix latius, nec vertice attenuatum; os luteum; oculi parvi parum prominuli. Antennæ corpore paullo breviores, crassæ, basi flavescentes, extrorsum nigro-fuscæ. Thorax totus rufo-testaceus, lævis, nitidus, antice paullo latior, angulo prominulo obtuso, lateribus vix marginatus. Scutellum parvum triangulare nigrum. Elytra thorace paullo latiora, linearia, crebre rugoso-punctata, abdomine multo breviora, nigro-fusca, apice sulphurea. Corpus fuscum, lateribus, segmentorum marginibus, anoque, præsertim in mare, læte flavis. Femora nigro-fusca, tibiis tarsisque flavis.

Femina variat rarius macula parva nigra in disco thoracis.

19. C. minima: nigra, thorace marginato lævi, latitudine capitis, elytris abbreviatis apice sulphureis, pedibus fuscis.

Linn. syst. nat. 2. 649. 12. *fn. sv.* 713. *Fabr. syst. eleut.* 1. 304. 51. *Payk. fn.* 1. 268. 15. & 3. *add.* 447. 17. *Fallén Canth.* 1. 15. 18.

Var. *b* Elytris fuscis immaculatis. *Fallén. l. c. var. b.*

Habitat in fruticibus & plantis frequens.

Descr. Statura & summa affinitas proxime præcedentium. Caput nigrum nitidum læve, thoracis latitudine, oculis parvis parum prominulis. Antennæ corpore breviores, totæ nigræ. Thorax brevis transversus, antice paullo latior, undique marginatus, niger

ger nitidus lævis, margine antico & poſtico plerumque, lateralibus etjam interdum flavis. Elytra ut in priori, nigro-fuſca, rugulofa, apice fulphurea. Corpus nigrum, abdominis ſegmentis tenue albo-marginatis. Anus maris flavus. Pedes nigri, baſi femorum geniculisque interdum pallidioribus.

Var. b. differt elytrorum apice concolore nigro-fuſco; thorax aut totus niger, aut tenue flavo-marginatus; antennæ rarius baſi flaveſcentes.

20. C. brevicollis: nigra, thorace brevi transverſo marginato latitudine capitis, elytris pedibusque fuſcis.

Payk. fn. 1. *269. 16. Fallén Canth. 1. 16. 19.*

Habitat in fruticibus & plantis non infrequens.

Deſcr. Minima noſtratum; ſtatura præcedentis, ſed triplo minor & ultra. Caput nigrum nitidum læve, ore fuſco; oculi parum prominuli nigri. Antennæ fuſcæ, corpore multo breviores. Thorax brevis transverſus, latitudine capitis, undique marginatus, ſupra depreſſus, niger lævis. Scutellum triangulare fuſcum. Elytra thorace parum latiora, linearia, longitudine fere abdominis, fuſca immaculata, crebre punctulata. Corpus fuſcum, abdominis inciſuris in vivo pallidioribus. Pedes fuſci.

Obſ. Species hujus ſectionis ab hoc genere differunt: Palporum articulo ultimo ovato, apice acuminato, fere ſubulato; Genitalia etjam discrepant, præſertim ſexus maſculini, tentaculis elongatis ciliatis, plerumque exſertis prædita; forte proprium genus conſtituere debeant.

Fam. 2. Elytris pallescentibus.

21. C. Alpina supra testacea, vertice attenuato nigro, thorace transverso postice sub-emarginato, utrinque unidentato.

Payk. fn. 1. 259. 2. *Fallén Canth.* 2. 17. 21.

Var. *b.* Supra dilute fusca, elytris pallidioribus, femoribus nigro-fuscis.

Habitat in pratis sylvaticis rarius, tam in Svecia boreali quam meridionali.

Descr. Longitudo C. lividæ, sed angustior. Caput porrectum, depressum, pone oculos elongatum, valde attenuatum, creberrime punctatum, nigrum, ore late testaceo; oculi magni nigri, valde prominuli. Antennæ corpore multo breviores testaceæ, articulis apice nigris. Thorax transversus, fere quadrangulus, antice truncatus, lateribus parum rotundatus, postice late, sed non profunde emarginatus, angulis in dentem parvum reflexum productis; undique reflexo-marginatus, disco convexus, in medio canaliculatus, sat profunde punctatus, testaceus, macula media intra basin & alia ante apicem fuscis, in mare parvis, in femina majoribus, fere confluentibus, & discum totum occupantibus. Scutellum parvum triangulare fuscum. Elytra thorace multo latiora, valde elongata, linearia, apice obtuse rotundata, creberrime rugoso-punctata, pubescentia, luride testacea. Corpus nigro-fuscum pubescens, abdominis lateribus, segmentorum marginibus, anoque subtestaceis. Pedes toti testacei, tarsis fusco-annulatis; femora postica interdum fuscescentia.

Var. b. differt tantum colore supra obscuriori, femoribusque quatuor posterioribus nigro-fuscis.

22. C. livida: rufo-testacea, thorace rotundato immaculato, macula frontali, pectore, ab-

abdominis bafi, genubus tibiisque pofticis nigris.

Linn. fyft. nat 2. 647. 3. *fn. fv.* 701. *Fabr. fyft. eleut.* 1. 295. 2 *Illig. col. bor.* 1. 296. 3. *var. b. Fallén Canth.* 2. 17. 22. *Marfh. ent. br.* 1. 366. 4.

Telephorus lividus Oliv. ent. 2. 26. 7. 2. *Tab.* 2. *f.* 8.

Telephorus flavus. De Géer Inf. 4. 70. 2.

Cantharis difpar, mas. Payk. fn. 1. 259. 3.

Habitat in hortis & frutetis paffim, apud nos minus frequens.

Defcr. Magnitudo & ftatura & omnia ut in C. difpari, fub n:o 3 antea defcripto, excepto colore elytrorum toto pallide teftaceo in utroque fexu. Macula nigra verticis fere femper parva linearis; cetera ut in defcriptione C. difparis omnino.

23. C. affimilis: brevior, fupra teftacea, vertice antennisque nigris, fubtus nigra, femorum bafi tibiisque anticis teftaceis.

Payk. fn. 1. 261. 6. *Fallén Canth.* 2. 18. 23.

Var. *b.* Mas thorace rufo-teftaceo immaculato, pedibus totis nigris.

Var. *c.* Mas, thoracis difco, pedibusque totis nigris. *Fallén loc. cit. var. b. Payk. l. c. not.*

Habitat ad littora lacuum & fluviorum paffim.

Defcr.

Defcr. Præcedente paullo minor, præfertim multo brevior, alias facie fimilis. Caput parvum breve, thorace anguftius, fubtiliffime punctulatum, maris nigrum, ore late teftaceo; feminæ teftaceum, macula verticis jam majori, jam minori nigra; oculi parvi nigri. Antennæ corpore breviores nigræ, articulo primo femper, fecundo rarius teftaceis. Thorax antice obtufe rotundatus, poftice finuato-truncatus, difco convexus, teftaceus, nitidus, lævis, marginibus reflexis pallidioribus. Scutellum triangulare fufcum pubefcens. Elytra thorace parum latiora, minus quam in præcedentibus elongata, fubtiliffime creberrime punctulata, pallide teftacea, pubefcentia. Pectus nigrum pubefcens; Abdomen nigrum, lateribus, fegmentorum marginibus, anoque teftaceis. Pedes nigri, femoribus bafi ultra medium teftaceis; tibiæ anteriores etjam interdum uno latere teftaceæ.

Var. b. differt femoribus totis nigris, & antennarum articulo primo fupra nigro.

Var. c. præterea maculam nigram in difco thoracis gerit, plerumque parvam, interdum dilatatam, difcum fere totum occupantem.

24. C. **liturata**: fupra teftacea, thorace poftice litura angulata nigra, pedibus teftaceis, femoribus nigro-lineatis.

Fallén. Canth. 2. 18. 24.

Cantharis affimilis var. Payk. fn. 1. 262. 6. b.

Var. *b.* Pedibus nigro-fufcis, genubus teftaceis. *Fallén l. c. var. b.*

Var. *c.* duplo minor, & ultra. *Fallén l. c. var. d.*

Habitat in floribus & plantis non infrequens.

Defcr.

Defcr. Præcedenti fimillima, fed paullo minor, & vere diftincta. Caput breve rufo-teftaceum, fubtiliffime punctulatum, oculis parvis globofis nigris; infra antennas plerumque lineolæ duæ nigræ approximatæ, & fupra bafin antennarum puncta duo parva transverfa nigra; ipfe vertex utrinque oblique niger. Antennæ corpore paullo breviores nigro-fufcæ, bafi obfcure teftaceæ. Thorax antice obtufe rotundatus, poftice fere truncatus, fubtiliffime punctatus, pallide teftaceus; in difco pofteriori litura finuata nigra, antice bicufpis, lateribus producta, poftice interrupta, ubi intrat plaga lobata teftacea, a litura circumfcripta; interdum litura hæcce in lineolas non cohærentes diffoluta; alia interdum vice, præfertim in feminis, tota nigra confluens, punctis aut parvis, aut nullis difci teftaceis. Elytra vix thorace latiora, elongata, creberrime punctulata, pubefcentia, cinereo-teftacea. Pectus nigrum pubefcens; abdomen nigrum, lateribus, ano, fegmentorumque marginibus tenue pallefcentibus. Femora aut teftacea nigro-lineata, aut nigra, teftaceo-lineata; genua femper teftacea, ut & tibiæ, interdum macula nigra apicis notatæ.

Var. b. differt tantum pedibus obfcurioribus nigro-fufcis; genua tamen, & tibiæ anteriores extus teftacea.

Var. c. femper duplo minor & ultra; vertex latius niger: femora nigra, apice tibiisque teftaceis; abdomen in utroque fexu fere totum nigrum pubefcens, vix pallido-marginatum; cetera omnia conveniunt, ut vix fpecie diftingui queat; promifcue tamen non copulantur.

25. C. clypeata: fupra pallida, vertice thoracisque difco anterius anguftato nigro, pedibus pallidis, pofticis infufcatis.

Illig. col. bor. 1. 299. 7.

Cantharis nivea. Panz. fn. 57. f. 5. Crit. Rev. 1. 63. Fallén. Canth. 2. 19. 25.

Var. *b.* Femina, femoribus omnibus, fæpe etjam tibiis nigro-fufcis, bafi apiceque pallidis.

Habitat in frutetis umbrofis paffim.

Defcr. C. teftacea duplo major, varietati c, præcedentis æqualis & fimilis. Caput thorace latius, nigrum nitidum, fubtiliffime punctulatum, ore late pallido. Oculi magni globofi nigri prominuli. Antennæ corpore paulo breviores, pallidæ, annulis apiceque fufcis. Thorax rotundatus, undique reflexus, pallidus, in vivo albidus, difco elevato nigro obcordato, anterius attenuato, in ipfo apice fæpe ramulum reclinatum utrinque emittente. Scutellum triangulare fufcum. Elytra thorace paullo latiora, lineari-elongata, crebre rugofo-punctata, pubefcentia, livido-teftacea. Pectus nigrum punctulatum pubefcens; abdomen bafi nigrum, lateribus, fegmentorum marginibus anoque pallidis. Pedes pallidi, femoribus tibiisque pofticis interdum in medio fufcis.

Var. b. differt colore pedum obfcuriori; plaga nigra thoracis in his etjam plerumque major, totum fere difcum occupans.

26. C. rufa: rufo-teftacea, thorace fubquadrato, elytris ochraceis, oculis, alis pectoreque nigricantibus.

Linn. fyft. nat. 2. 647. 3. Fn. fv. 703. Illig. col. bor. 1. 297. 4 Fallén. Canth. 2. 21. 31.

Cantharis livida. Herbft. Archiv. 5. 107. 3. Panz. fn. 57 f. 3.

Var. *b.* Pectore etjam pallido.

Habitat in frutetis prope Holmiam. *Dom. Schönherr.*

Defcr.

Descr. Statura & summa similitudo C. lividæ, sed minor & distincta. Caput breve rufo-testaceum, subtilissime punctulatum, vertice omnino immaculato; oculi parvi globosi nigri. Antennæ corpore paullo breviores, testaceæ, extrorsum fuscescentes. Thorax sub-quadratus, longitudine tamen latior, & antice nonnihil rotundatus, disco convexus, obsolete canaliculatus, rufo-testaceus nitidus lævis. Scutellum triangulare dilute fuscum. Elytra thorace paullo latiora, lineari-elongata, pallide ochracea, crebre rugoso-punctata, pubescentia. Pectus nigrum cinereo-pubescens. Abdomen testaceum, segmentis anticis basi fuscis. Pedes toti rufo-testacei immaculati, tarsis apice obscurioribus.

Var. b. junior videtur, pectore abdominisque basi corpore concoloribus pallidis.

Obs. C. livida Panz. loc. cit. ad hanc vel sequentem speciem pertinere videtur, nam magnitudo minor & vertex immaculatus cum C. livida non concordant.

27. C. bicolor: rufo-testacea, oculis, alis, pectore, abdominis basi, genubusque posterioribus nigris.

Fabr. syst. eleut. 1. 303. 48. *Panz. fn.* 39. *f.* 13. *Illig. col. bor.* 1. 297. 4. *not.* *Fallén. Canth.* 2. 22. 32.

Habitat in Smolandia. *Dom. Bogeman*; in Hallandiæ frutetis, prope Halmstad, ipse; raro tamen occurrit.

Descr. Statura & summa affinitas præcedentis, sed fere duplo minor. Caput rufum nitidum, oculis globosis nigris. Antennæ basi testaceæ extrorsum nigricantes. Thorax ut in præcedente, rufo-testaceus immaculatus. Scutellum triangulare pallidum. Elytra

Elytra vix thorace latiora, lineari-elongata, cinereo-ochracea, creberrime rugoſo punctata, pubeſcentia. Pectus nigrum punctulatum pubeſcens. Abdomen rufo-teſtaceum, ſegmentis anterioribus baſi nigro-fuſcis. Pedes rufo-teſtacei, genubus quatuor poſterioribus nigro-fuſcis; tibiæ & tarſi poſtici etjam obſcuriores.

28. C. fuſcicornis: nigra, thorace quadrangulo rufeſcente, elytris ochraceis apice fuſcis, pedibus pallidis.

Fallén. Canth. 2. 20. 27.

Telephorus fuſcicornis. Oliv. ent. 2. 26. 11. 9. Tab. 1. f. 4. a, b.

Cantharis melanocephala. Panz. fn, 39. f. 12.

Cantharis flavicollis. Marſh. ent. br. 1. 375. 22.

Habitat in fruticibus & plantis rarius; in Scania *Dom. Fallén;* in Kinnakulla Weſtrogothiæ ipſe.

Deſcr. Statura & magnitudo C. clypeatæ. Caput depreſſum punctulatum, totum nigrum, pone oculos nonnihil anguſtatum; oculi globoſi nigri prominuli. Antennæ corpore breviores nigræ, baſi fuſco-teſtaceæ. Thorax ſub-quadratus, longitudine tamen paullo latior, undique tenue marginatus, dorſo parum convexus, ſubtiliſſime punctulatus, rufo-pallidus immaculatus. Scutellum triangulare obtuſum fuſco-ferrugineum. Elytra thorace parum latiora, valde elongata, crebre rugoſo-punctata, pubeſcentia, pallide ochracea, apice rotundato nigro-fuſco. Pectus & abdomen nigro-fuſca punctulata pubeſcentia, ano ſolo teſtaceo. Pedes pallide teſtacei vel luteſcentes, femoribus interdum ſuperne linea fuſca notatis.

29. C.

29. C. **melanura**: luteo-rufa, thorace elongato antice anguſtiori, antennis, tarſis, apiceque elytrorum nigris.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 302. 43. *Illig. col. bor.* 1. 299. 6. *Payk. fn.* 1. 263. 8. *Panz. fn.* 85. *f.* 6. *Fallén Canth.* 2. 20. 26. *Marſh. ent. br.* 1. 368. 7.

Telephorus melanurus. Oliv. ent. 2. 26. 8. 4. *Tab.* 3. *f.* 21.

Telephorus bimaculatus. De Géer, Inſ. 4. 71. 3.

Habitat in Scaniæ floribus ſat frequens, *Dom. Fallén.*

Deſcr. Magnitudo & ſtatura fere C. lituratæ, C. livida minor. Caput thorace anguſtius, rufum nitidum punctulatum, fronte inter antennas canaliculata; Palpi nigricantes; oculi globoſi nigri, maris magis prominuli. Antennæ corpore paullo breviores nigræ, articulo primo rufo. Thorax latitudine longior, anterius anguſtatus, rotundatus, poſtice latior, truncatus, lateribus rectis obliquis; undique tenue marginatus, diſco convexus, canaliculatus, ſubtiliſſime punctulatus, rufo-teſtaceus nitidus. Scutellum triangulare obtuſum teſtaceum. Elytra thoracis baſi vix latiora, valde elongata, crebre rugoſo-punctata, teſtaceo-ochracea, apice rotundata nigra. Alæ nigræ. Corpus totum luteo-rufum immaculatum pubeſcens. Pedes luteo-rufeſcentes, tarſis nigro-fuſcis.

Obſ. Cantharis melanura Linnæi, fere indubito eadem ac Cantharis nigripes Fabr. Meydalis notata Payk. adeoque non hujus generis, ut antea monſtravit Dom. Illiger loc. cit. & Mag. 1. 380. 42, 43.

30. C. pilosa: lineari-elongata fusco-testacea, longius pilosa, thorace angustiori sub-quadrato, marginato.

Payk. fn. 1. 264. 9. Fallén. Canth. 2. 20. 28.

Var. *b.* obscurior, tota nigro-fusca.

Habitat in frutetis umbrosis passim, praesertim in Svecia boreali; var. *b.* in Lapponia.

Descr. Statura elongata angusta C. pallidae. Caput porrectum fusco-testaceum punctulatum, pone oculos attenuatum, oculis globosis nigris prominulis. Antennae nigro-fuscae, basi pallidiores. Thorax capite cum oculis fere angustior, sub-quadratus, vel latitudine fere longior, undique tenue marginatus, supra parum convexus, medio canaliculatus, fusco-testaceus, pilosus. Scutellum triangulare fuscum. Elytra thorace multo latiora, valde elongata, linearia, crebre rugoso-punctata, fusco-ochracea, pubescentia longiori cinerea obsita. Corpus subtus fuscum pubescens, ano pallidiori. Pedes fusco-testacei, jam dilutiores, jam magis obscuri.

Var. b. differt tantum colore totius corporis obscuriori, fere fusco.

31. C. pallida: lineari-elongata nigra nitida, antennarum basi, elytris pedibusque pallidis, thorace angustiori postice truncato.

Fabr. syst. eleut. 1. 299. 27. Illig. col. bor. 1. 301. 9. Payk. fn. 1. 264. 10. Panz. fn. 85. f. 7. Fallén. Canth. 2. 21. 29. Marsh. ent. br. 1. 368. 6.

Telephorus pallidus. Oliv. ent. 2. 26. 14. 14. Tab. 2. f. 9. a, b.

Var.

Var. *b*. Elytris apice nigro-fuſcis. *Illig.* *Payk.* *Fallén* *l.* *c.* *var.* *b.*

Cantharis pallipes. *Fabr.* *ſyſt.* *eleut.* 1. *299.* *24.*

Telephorus pallipes. *Oliv.* *ent.* 2. *26.* *14.* *13.* *Tab.* 1. *f.* *5.* *a*, *b*.

Cantharis melanocephala. *Herbſt.* *Archiv.* *5.* *108.* 10.

Habitat in pratis ſylvaticis, præſertim in foliis Quercus roboris, non infrequens.

Deſcr. Statura elongata tenuis, præcedente fere adhuc anguſtior. Caput depreſſum nigrum nitidum, vix punctulatum, pone oculos attenuatum; Palpi fuſci; oculi globoſi nigri prominuli. Antennæ corpore paullo breviores nigræ, baſi pallidæ. Thorax capite anguſtior, antice rotundatus, poſtice paullo latior, truncatus, undique tenue marginatus, niger nitidus, diſco convexus, ſub-punctatus. Scutellum triangulare nigro-fuſcum. Elytra thorace paullo latiora, lineari-elongata, crebre rugoſo-punctata, pallide ochracea. Corpus nigrum, tenue pubeſcens, ano concolore. Pedes elongati pallidi, femoribus interdum linea nigra ſuperne, præſertim in feminis.

Var. b. differt tantum elytrorum apice nigro-fuſco; in utraque varietate ambo occurrunt ſexus.

32. C. teſtacea: brevior nigra ſub-nitida, thorace quadrato lateribus teſtaceo, antennarum baſi, elytris tibiisque pallidis.

Linn. *ſyſt.* *nat.* 2. *649.* *15.* *fn.* *ſv.* *714* *Fabr.* *ſyſt.* *eleut.* 1. *304.* *52.* *Illig.* *col.* *bor.* *1.* *300.* *8.* *Payk.* *fn.* *1.* *265.* 11. *Fallén.* *Canth.* *2.* *21.* *30.* *Marſh.* *ent.* *br.* 1. *367.* *5.*

Telephorus testaceus mas. DeGéer Inf. 4. 71. 4.
Var. *b.* Pedibus totis pallidis. *Illig. Payk. Fallén. loc. cit. var. b.*
Cantharis testacea. Panz. fn. 57. *f.* 4.
Telephorus testaceus. Oliv. ent. 2, 26. 12, 11. *Tab.* 3. *f.* 19. *a*, *b*.

Habitat in fruticibus & plantis frequens.

Descr. Parva, præcedente duplo minor, brevior. Caput nigrum nitidum punctulatum, mandibulis solis testaceis; oculi globosi atri prominuli. Antennæ corpore breviores nigræ, basi testaceæ. Thorax quadrangulus, longitudine paullò latior, undique marginatus, disco convexus, tenue punctulatus, plaga longitudinali utrinque dilatata nigra nitida, lateribus late pallide testaceis. Scutellum triangulare nigrum punctulatum. Elytra thorace latiora, lineari-elongata, crebre rugoso-punctata, pallide ochracea, pubescentia. Corpus nigrum sub-pubescens. Femora nigra, apice testacea; tibiæ flavescentes, tarsis obscurioribus.

Var. b. differt tantum femoribus totis pallide testaceis; anus feminæ etjam plerumque testaceus.

MALACHIUS.

Palpi filiformes, apice sub-setaceæ. Maxilla unidentata. Antennæ filiformes, corpore breviores, articulis obconicis, sæpe serratæ. Tarsuum articulus quartus reliquis æqualis, non bilobus. Ad latera pectoris & abdominis vesiculæ rufæ retractiles.

1. M. æneus: viridi-æneus hirtus, ore pallido, elytris extrorsum sanguineis.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 1. 306. 3. *Oliv. ent.* 2. 27. 4 2. *Tab.* 2. *f.* 6. *a-d.* *Illig. col. bor.* 1. 302. 1. *Payk. fn.* 1. 269. 1. *Panz. fn.* 10. *f.* 2. *Fallén Canth.* 2. 23. 1.

Cantharis aenea. Linn. syst. nat. 2. 648. 7. *fn. sv.* 708. *Marsh. ent. br.* 1. 369. 8.

Telephorus aeneus. De Géer, Inf. 4. 73. 6. *Tab.* 2. *f.* 16-18.

Habitat in urtica dioica aliisque plantis, non infrequens.

Descr. Reliquis nostris hujus generis major. Caput breve latum, inter antennas transversim impressum, viridi-æneum, ore tumido late pallido seu albido; oculi globosi brunnei. Antennæ nigræ setaceæ, uno latere sub-serratæ; in masculis articulus secundus apice productus, acuminatus, pallidus, & tertius spina apicis arcuata recurva pallida armatus. Thorax transversim ovatus, undique rotundatus, tenue marginatus, supra parum convexus, viridi-æneus nitidus pilosus lævis, angulo antico oblique sanguineo. Scutellum parvum rotundatum æneum. Elytra thorace vix latiora, oblonga, sub-lævia, pilosa, antice convexa, medietate interiori antico, diagonaliter ab humero ultra medium suturæ secto, viridi-æneo, limbo exteriori apiceque toto sanguineis. Corpus viridi-æneum nitidum, tentaculis lateralibus sanguineis; margines segmentorum abdominis interdum tenue sanguinei. Pedes elongati obscure viridi-ænei pubescentes.

2. M. bipustulatus: viridi-æneus hirtus, ore flavo, elytris apice rubris, antennarum articulo tertio brevi.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 1. 306. 4. *Oliv. ent.* 2. 27. 5. 3. *Tab.* 1. *f.* 1. *a, b, c.* *Illig. col. bor.* 1. 303. 2. *a, b.* *Payk. fn.* 1. 270. 2. *Panz. fn.* 10. *f.* 3. *Fallén. Canth.* 2. 23. 2. *a.*

Cantharis bipustulata. Linn. syst. nat. 2. 648. 8. *fn. sv.* 709. *Marsh. ent. br.* 1. 369. 9.

Telephorus bipustulatus. De Geer, Ins. 4. 75. 7.

Habitat in fruticibus & plantis frequens.

Descr. Statura & formatio partium omnino ut in præcedente, sed plerumque dimidio minor, præsertim mas. Caput viridi-æneum, fronte profunde impressa, ore late flavo-albido, labro transversim carinato. Antennæ corpore breviores nigræ setaceæ, maris singulares, articulo primo magno, obconico, subtus & apice albido; secundo brevi transverso, subtus appendice magno dilatato formicato albido acuto; tertio etjam brevi transverso, acumine parvo recto albido; quarto magno, lato, hamato, acumine arcuato reflexo albido; sequentes ob-conici, sensim minores; in femina antennæ breviores, simplices, unicolores, articulo primo majori ob-conico; 2 & 3 brevibus perfoliatis, subtus nonnihil productis; quarto reliquis latiori, subtus dilatato. Thorax viridi-æneus, structura ut in præcedente omnino, summo margine anguli antici plerumque sanguineo. Scutellum ut in priori. Elytriorum structura etjam eadem, sed tota viridi-ænea, apice solo macula ovata sanguineo-rubra. Corpus & pedes ut in præcedenti; abdomen elytris paullo longius, feminæ stylo ani acuminato, maris obtusiori retractili.

3. M. viridis: coerulea-virescens hirtus, ore flavo, antennis simplicibus, articulo secundo brevi, tertio longiori obconico.

Fabr.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 307. 8. *Oliv. ent.* 2. 27. 7. 6. *Tab.* 3. *f.* 14. *a*, *b*. *Payk. fn.* 1. 271. 3.
Malachius bipuſtulatus var. Illig. col. bor. 1. 303. 2. *d. Fallén Chanth.* 2. 23. 2. *var. e.*
Cantharis cyanea. Thunb. Muſ. Upſ. 4. *p.* 55.

Var. *b*. Elytris apice puncto minuto coccineo.
Payk. fn. 3. *add.* 447. 3. *b*.
Malachius elegans. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 307. 7.
Malachius bipuſtulatus. Fallén Canth. 2. 23. 2. *var b.*

Habitat in collibus aridis pratorum, in Svecia meridionali non infrequens.

Deſcr. Statura & ſumma affinitas præcedentis, ſed duplo minor, & vere diverſus, ut ex formatione antennarum conſtanter alia in utroque ſexu, patet; Color aut æneo-viridis, aut cœruleo-vireſcens, aut cœruleo-violaceus. Caput fronte parum impreſſa, ore minus late pallido, interdum rufeſcente. Antennæ ſimplices nigræ, dimidio corpore parum longiores, ſetaceæ; articulus primus magnus ob-conicus, in mare valde incraſſatus; ſecundus breviſſimus perfoliatus; tertius longus obconicus; ſequentes obconici, ſenſim minores. Thorax, ſcutellum, elytra ut in priori, ſed omnino immaculata, unicoloria, pilis erectis fuſcis hirta. Corpus & pedes ut in præcedente.

Var. b. differt tantum puncto minuto coccineo in apice interiori elytrorum; os plerumque rufeſcens in hac varietate, & ſegmenta abdominis latius ſanguineo-marginata.

4. M. Sanguinolentus: lineari-elongatus glaber nigro-æneus, thoracis lateribus, elytrisque totis rubris.

Fabr. syst. eleut. 1. 307. 9. *Oliv. ent.* 27. 7. 7 *Tab.* 3. *f.* 13. *a*, *b*. *Illig. col. bor.* 1. 304. 3. *Ross. fn. etr.* 1. 172. 425. *Fallén. Canth.* 2. 24. 3.

Malachius rufus. Herbst. Archiv. 5. 108. 5.

Cantharis coccinea. Schall. *Act. Hall.* 1. 303.

Cantharis sanguinolenta. Marsh. ent. br. 1. 370. 10.

Habitat in Scaniæ floribus rarissime. *Dom. Fallén.*

Descr. Longitudo fere M. viridis, sed duplo angustior, linearis. Caput nigrum læve, fronte plana; oculi globosi brunnei. Antennæ thorace parum longiores, nigræ, crassæ, obtuse serratæ. Thorax rotundatus, vix capite latior, nigro-æneus, lævis, glaber, lateribus late rubris. Scutellum parvum rotundatum nigrum. Elytra thorace latiora, valde elongata, linearia, lævia, glabra, tota rubra, interdum umbra fusca circum scutellum inducta. Corpus nigro-æneum nitidum, segmentis abdominalibus sæpe rubro-marginatis. Pedes toti nigro-ænei.

5. M. fasciatus: brevior, nigro-æneus glaber, elytris nigris, fascia media abbreviata apiceque rufis.

Fabr. syst. eleut. 1. 309. 20. *Oliv. ent* 2. 27. 10. 12. *Tab.* 1. *f.* 2. *a*, *b*. *Illig. col bor.* 1. 304. 4. *a*, *b*. *Payk. fn.* 1. 273. 6. *Panz. fn.* 10. *f.* 5. *Fallén Canth.* 2. 25. 7.

Cantharis fasciata. Linn. syst. nat. 2. 648. 10. *fn. sv.* 711. *Marsh. ent. br.* 1. 371. 11.

Tele-

Telephorus fasciatus. De Géer Ins. 4. 76. 9.

Habitat in plantis oleraceis, in hortis, ad domos, non infrequens.

Descr. Minutus. Caput latum, deflexum, nigro-virescens, fronte plana, foveolis tribus parvis impressa; oculi prominuli nigri. Antennæ thorace paullo longiores filiformes crassiusculæ, obtuse serratæ, totæ nigræ. Thorax rotundatus, vel transversim ovatus, ad latera deflexus, supra convexus, nigro-virescens, lævis. Scutellum minutum rotundatum nigrum. Elytra oblonga linearia, saturate nigra, sublævia; paullo ante medium fascia lata sanguinea, suturam non attingens, & in ipso apice macula magna ovata ejusdem coloris. Corpus & pedes nigro-ænea nitida, marginibus segmentorum pallide rufis.

Variat fasciis elytrorum pallidius rufescentibus, ut & luteo-variegatis; in masculis apex elytrorum nonnihil retusus, ungue arcuato atro nitido in ipso apice armatus, & externe tuberculo atro minori, ambæ in macula rufa apicis locatæ.

6. M. pulicarius: obscure viridi-æneus, ore albido, thoracis lateribus rubris, elytris pubescentibus, apice luteo-rufis.

Fabr. syst. eleut. 1. 308. 19. Oliv. ent. 2. 27. 8. 9. Tab. 1. f. 5. a, b. Illig. col. bor. 1. 306. 6. Payk. fn. 1. 272. 4. Panz. fn. 10. f. 4. Fallén Canth. 2. 24. 5.

Habitat in Scaniæ plantis passim.

Descr. Statura M. viridis, sed triplo minor, M. fasciato fere æqualis. Caput latum porrectum nigro-æneum, fronte foveolata, ore late albido, mandibulis apice nigro-piceis; oculi globosi brunnei. Antennæ flavescentes, supra linea nigro-fusca, maris lon-

longitudine fere corporis, feminæ breviores. Thorax transverſim ovalis, vix capitis latitudine, lateribus deflexus, undique marginatus, pallide rufus, diſco elevatiori longitudinaliter nigro-æneo. Scutellum parvum rotundatum æneum. Elytra thorace vix latiora, oblonga, convexa; obſcure viridi-ænea, fuſco-hirta; maris apice retuſo-excavata, ut ſuperne inſpecta oblique truncata appareant, exterius acuminata, & faſcia marginali flava ornata; in cavitate inferiori, ſeu in ipſo margine apicis, unguiculi atri arcuati conſpiciuntur; apex elytrorum feminæ integer, late flavus. Corpus ſubtus nigro-æneum, marginibus ſegmentorum tenue pallidis. Pedes nigro-vireſcentes, tarſis, præſertim anticis, pallidis.

7. M. rubricollis: niger, ore albido, thorace toto, elytrorumque apice pallide rufis, elytris nigro coeruleis, pedibus nigris.

Fallén Canth. 2. 25. 6.

Cantharis rubricollis. Marſh. ent. br. 1. 371. 12.

Malachius ruficollis. Oliv. ent. 2. 27. 9. 10. *Tab.* 2. *f.* 9. *a, b.*

Malachius pulicarius var. Illig. col. bor. 1. 306. 6. *b.*

Habitat in Scania rarius. *Dom. Fallén.*

Deſcr. Statura omnino, & ſumma affinitas præcedentis, ſed fere duplo minor, & ut videtur diverſus. Caput latum nigrum, fronte foveolata, ore pallido. Antennæ corpore breviores, ſubtus pallidæ, ſuperne nigræ. Thoracis ſtructura ut in præcedente, ſed totus pallide rufus immaculatus. Scutellum minutum nigrum. Elytra thorace paullo latiora, poſterius nonnihil dilatata, convexa, lævia, nigro-cœruleſcentia, apice integra, late flavo-rufeſcentia. Corpus nigrum, ſegmentorum marginibus late rufeſcentibus. Pedes nigri, tarſis vix dilutioribus. Duo tantum

tum ſpecimina, eaque feminea vidi. A M. ruficolli Fabr. Panz. differt pedibus totis nigris, apiceque elytrorum minus late flaveſcente.

8. M. cardiacæ: niger nitidus, ſegmentorum abdominis marginibus, punctoque apicis elytrorum ſanguineis, antennis maris pectinatis.

Payk fn. I. 272. 5. *Fallén Canth.* 2. 24. 4. *Cantharis Cardiacæ. Linn. ſyſt. nat.* 2. 649. 13. *fn. ſv.* 720. *Fabr. ſyſt. eleut.* I. 304. 54.

Femina: antennis acute ſerratis.

Cantharis pedicularia. Linn. ſyſt. nat. 2. 648. 9. *fn. ſv.* 710?

Habitat in Leonuro Cardiaca, a Linné; in graminoſis aridis Weſtrogothiæ, ipſe.

Deſcr. Magnitudo & ſtatura M. faſciati omnino. Caput nigrum nitidum, fronte plana ſub-impreſſa, ore piceo. Antennæ totæ nigræ; maris dimidio corpore longiores, ſimplici ſerie pectinatæ, radiis elongatis ſub-clavatis; feminæ breviores, acute ſerratæ. Thorax rotundatus, lateribus & poſtice marginatus, diſco convexus, totus niger nitidiſſimus lævis. Scutellum parvum obtuſum nigrum. Elytra thorace parum latiora, lineari-elongata, convexa, ſubtiliſſime punctulata, tenue pubeſcentia, nigra nitida, apice ſanguineo-rubra; in maſculis apex retuſus, margine infimo reflexo, lobato, nigro. & intra marginem prope ſuturam ſpinula parva erecta; feminæ elytra apice integra. Corpus ſubtus nigrum nitidum, veſiculis pectoris, ſegmentorumque abdominis marginibus late ſanguineis. Pedes elongati tenues, toti nigri.

Obſ. Sin minus femina hujus ſpeciei Cantharis pedicularia Linnæi erit, hæc mihi plane ignota eſt.

Malachius pedicularius Oliv. & forte Fabr. aliud Infectum videtur, antennis filiformibus non ferratis.

9. M. præuftus: niger nitidus, antennarum bafi, elytrorum apice, pedibusque flavis, femoribus bafi nigris.

Fabr. fyft. eleut. 1. 308. 17.

Malachius productus. Oliv. ent. 2. 27. 13. 18. Tab. 3. f. 17. a, b.

Malachius flavipes var. Fallén Canth. 2. 26. 8. b. dito mas. Illig. Mag. 1. 382. 17. & 23. fed non jure.

Habitat prope Holmiam rarius. *Dom. Schönherr.*

Defcr. Statura fere præcedentis, fed minor, brevior, præfertim mas. Caput latum nigrum nitidum, fronte plana, parum impreffa; oculi globofi brunnei, prominuli. Antennæ corpore breviores, bafi pallidæ, extrorfum nigro-fufcæ. Thorax transverfim ovalis, undique rotundatus, tenue marginatus, fupra convexus, lævis, niger parum æneo-nitens. Scutellum parvum rotundatum nigrum. Elytra thorace paullo latiora, oblonga, convexa, fubtiliffime punctulata, nigra nitida, apice late rufo-flava; in mare retufa, apice ipfo reflexo, lobato, fornicato, difformi, intus fpinula nigra, fere recondita, armato; in femina apex elytrorum integer, magis rubicundus. Alæ magnæ aqueæ. Corpus nigrum nitidum, veficulis fanguineis, fegmentorum marginibus tenue pallidis. Pedes quatuor anteriores flavi, femoribus bafi nigris; poftici in mare nigri, tibiarum apice tarfisque pallidis; in femina flavefcentes, femoribus nigris.

10. M.

10. M. flavipes: nigro-virescens opacus, antennarum basi tibiisque flavis, thorace oblongo, postice angustato, sub-emarginato.

Fabr. syst. eleut. 1. 309. 23. *Payk. fn.* 1. 274. 7. *Fallén Canth.* 2. 26. 8.

Malachius pallipes. Oliv. ent. 2. 27. 11. 14. *Tab.* 2. *f.* 7. *a*, *b*.

Habitat in pratis aridis sylvaticis rarius; in Hallandia prope Halmstad frequentior mihi occurrit.

Descr. M. fasciato minor, præsertim mas. Caput latum fusco-virescens, ad os attenuatum, fronte plana, sub-foveolata. Oculi magni globosi prominuli. Antennæ vix dimidio corpore longiores, filiformes, pilosæ, articulo primo nigro apice flavo, 2, 3, 4, flavis, reliquis nigris. Thorax antice rotundatus, vix capite latior, sed latitudine multo longior, posterius valde attenuatus, productus, sub-emarginatus; supra antice convexus, pone medium transversim impressus, totus fusco-virescens lævis. Scutellum breve obtusum fusco-virens. Elyrra thoracis basi latiora, apicem versus valde dilatata, convexa, fusco-virescentia, opaca, lævia; in masculis intra apicem juxta suturam spinula longior erecta tenuis fusca in quovis elytro. Alæ maris amplæ aqueæ; femina omnino aptera, Corpus nigro-virescens subnitidum, vesiculis pallidis. Femora quatuor anteriora nigro-virescentia, apice, tibiis tarsisque flavis; Pedes postici toti nigro-virescentes.

Obs. Structura thoracis & elytrorum a reliquis generis speciebus aliena, in utroque sexu similis, speciem vere distinctam denotat, minime cum M. præusto confundendam.

CYPHON.

Palpi anteriores subulati; posteriores articulo ultimo bifido.

Labium bifidum, laciniis acutis.

Antennæ filiformes, simplices.

Corpus ovale vel rotundatum; Thorax brevis transversus.

1. C. melanurus: oblongo ovatus testaceus pubescens, elytrorum apice abdomineque fuscis, antennis fuscis basi testaceis.

Fabr. syst. eleut. 1. *502. 6.*
Crioceris pallida. Marsh. ent. br. 1. 227. *20.*

Var. *b.* vertice obscuriori, elytrorum sutura anguste, apice late nigro-fuscis.

Cistela læta. Panz. fn. 8. f. 8.

Cyphon pallidus. Panz. Crit. Rev. 1. *91. Payk. fn. 2. 119.* 1. *b. Fabr. syst. eleut* 1. *501. 1?*

Var. *c.* Totus testaceus, antennarum apice oculisque nigris.

Var. *d.* Elytris nigris, macula humerali oblongo testacea.

Habitat in plantis umbrosis passim; var. d in Scania rarius. *Dom Quensel. Mus. Dom. Schönherr.*

Descr. Statura aliquatenus Cistelæ murinæ, sed duplo fere minor, præsertim angustior. Caput parvum deflexum punctatum pubescens testaceum, vertice

tice obſcuriori; oculi magni globoſi nigri prominuli. Antennæ corpore paullo breviores nigræ, baſi teſtaceæ. Thorax fere ſemi-orbicularis, poſtice ſinuato-truncatus, lateribus explanato-marginatus, diſco convexus, punctatus, pubeſcens, totus ruſo-teſtaceus immaculatus. Scutellum triangulare teſtaceum punctatum. Elytra thorace paullo latiora, & quadruplo longiora, apicem verſus attenuata, non vero apice ipſo acuta, ſupra convexa, creberrime punctulata, pubeſcentia, pallidius teſtacea, apice nigro-fuſca. Pectus fuſco-piceum, ſuturis teſtaceis; abdomen nigro-piceum, punctulatum, ano teſtaceo; ſegmentum ultimum in maſculis emarginatum, ciliatum; in femina integrum rotundatum. Pedes toti pallide teſtacei vel flaveſcentes.

Var. b. Simillima, modo ſutura elytrorum tota, & apex latius nigro-fuſca; in hac varietate etjam ambo ſexus occurrunt.

Var. c. differt tantum colore totius corporis pallide teſtaceo, exceptis modo oculis & antennarum apice nigris; baſis abdominis etjam interdum obſcurior.

Var. d, in omnibus var. b. ſimillima, modo elytra tota nigra, macula oblonga, teſtacea in ipſa baſi exteriori excepta; Caput etjam magis obſcurum.

Obſ. Hanc Speciem verum C. melanurum Fabricii eſſe, ex Muſæo Dom. T. Lund Hafniæ convictus ſum; num vero C. pallidus Fabr. etjam huc pertineat, vix certe conteſtari poſſum.

2. C. lividus: ovalis livido-teſtaceus pubeſcens, oculis antennarumque apice nigro-fuſcis, thorace breviori transverſo.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 501. 2.

Ciſtela pallida. Panz. fn. 8. f. 7.

Cyphon pallidus. Payk. fn. 2. 118. 1. a.

Crioce-

Crioceris mollis. Marsh. ent. br. 1. 225. 15.

Habitat in pratis sylvaticis umbrosis, praesertim in foliis alni, sat frequens.

Descr. Praecedente vix longior, sed multo latior, magis obtusus, & vere distinctus. Caput parvum deflexum punctulatum pubescens testaceum, vertice fusco; oculi globosi nigri prominuli. Antennae corpore breviores nigrae, articulis tribus baseos testaceis. Thorax brevis transversus, antice obtuse rotundatus, postice bisinuatus, lateribus depresso-marginatus, disco convexus, creberrime punctulatus, livido-testaceus pubescens, disco posteriori saepe fusco. Scutellum triangulare punctatum griceum. Elytra oblongo-ovata, thorace latiora, pone medium paullo dilatata, apice acuminata, supra convexa, creberrime punctata, pubescentia, grisea, seu livido-testacea, jam dilutiora, jam magis infuscata. Corpus subtus & pedes pallide testacea immaculata.

3. C. marginatus: ovalis nigro-fuscus pubescens, antennarum basi, thoracis margine laterali & antico, tibiisque testaceis.

Fabr. syst. eleut. 1. 502. 5. *Panz. Crit. Rev.* 1. 91.

Cistela nimbata. Panz. fn. 24. *f.* 15.

Var. *b.* Elytrorum plaga magna disci, abdominisque basi subtus pallide testaceis.

Cyphon pallidus. Payk. fn. 2. 119. 1. *var. c.*

Crioceris circumfusa. Marsh. ent. br. i. 227. 22?

Habitat in umbrosis suffocatis rarius.

Descr. Statura omnino praecedentis, sed duplo minor. Caput deflexum punctulatum nigro-fuscum, oculis globosis nigris prominulis. Antennae corpore paul-

paullo breviores nigræ, basi testaceæ. Thorax brevis transversus, antice & lateribus obtuse rotundatus, postice bi-sinuatus, lateribus explanato-marginatus, disco convexus, crebre punctulatus, nigro-fuscus pubescens, margine laterali late, antico anguste testaceis. Scutellum triangulare nigro-fuscum punctatum. Elytra thorace latiora, oblongo-ovata, apice acuminata; supra convexa, creberrime punctata, pubescentia, nigro fusca immaculata. Corpus nigro-fuscum punctulatum pubescens, segmentorum marginibus tenue pallescentibus. Femora nigra, tibiis tarsisque fusco testaceis.

Var. b. simillima, sed in elytris plaga magna disci pallide testacea, limbo omni, apicis latius nigricante; in abdomine subtus macula media baseos magna, etjam testacea; cetera ut in var. a, omnia.

4. C. pubescens: ovatus nigro-fuscus sub-pubescens, thorace brevissimo sinuato, supra, elytris tibiisque griseo-testaceis.

Fabr. syst. eleut. 1. 502. 4.

Cantharis variabilis var Thunb. Mus. Ups. 4 54.

Habitat in frutetis frequens.

Descr. Statura proxime præcedentium, sed longe minor, Anthreno musæorum fere æqualis. Caput ovatum nigrum, fronte convexa, subtilissime punctulata, ore fusco-testaceo; oculi globosi nigri prominuli. Antennæ vix dimidio corpore longiores, articulo primo magno dilatato nigro-fusco, 2 & 3 parvis, obscure testaceis, reliquis nigris obconicis. Thorax brevissimus transversus, antice & postice bi-sinuatus, angulis sub-acutis, lateribus deflexis obliquis brevissimis marginatis; supra convexus, subtilissime punctulatus, totus griseo testaceus, pube brevissima rigida adspersus. Scutellum parvum triangu-

 gu-

gulare fuscum. Elytra thorace latiora, ovata, apice acuminata, supra convexa, crebre & profundius punctata, pube brevi adspersa, griseo-testacea seu livida; apice saepe dilutiora. Corpus nigro-fuscum punctatum glabrum, segmentis vix pallido-marginatis. Femora plerumque nigro-fusca, tibiis tarsisque dilutioribus. Mas & femina simillimi, in copula saepius capti.

Obs. Quod hic verus C. pubescens Fabr. sit, ex Musaeo Dom. T. Lund Hafniae vidi.

5. C. griseus: ovatus nigro-fuscus pubescens, thorace brevissimo sinuato, elytris griseo-testaceis, antennarum basi pedibusque totis pallidis.

Fabr. syst. eleut. 1. 302. 3.

Cyphon coarctatus. Payk. fn. 2. 120. 3.

Cantharis variabilis var. Thunb. Mus. Ups. 4. 54.

Var. *b.* nigro-fuscus holosericeus totus, ore, antennarum basi, pedibusque testaceis.

Crioceris nigricans. Marsh. ent. br. 1. 226. 17.

Var. *c.* Pallide rufo-testaceus totus, oculis nigris, antennis apice fuscis; plerumque mas.

Cyphon coarctatus. Payk. fn. 2. 120. 3. var. b.

Crioceris concolor. Marsh. ent. br. 1. 226. 19.

Habitat in foliis arborum & fruticum, ut & in plantis & gramine locis umbrosis, ubique frequens.

Descr.

Descr. Statura, magnitudo & formatio partium ut in præcedente omnino, & illi nimis affinis; differre tamen videtur: Antennarum basi tota, sæpe ultra medium pallida; pedibus totis læte pallidis, & pube, ut videtur, longiori, depressa holosericea; nec cum præcedente copula junctum vidi. Caput nigricans, ore testaceo. Antennæ extrorsum nigricantes, articulo primo majori toto, ut & 3 s. 4 sequentibus pallidis. Thorax nigro-fuscus totus, pube holosericea nitente tectus. Elytra testacea, jam dilutiora, jam saturatius castanea, jam fuscescentia. Corpus nigricans. Pedes toti pallide testacei.

Var. b. differt tantum colore totius corporis nigro-fusco, pube griseo-holosericea tecto, antennarum basi pedibusque totis, solis pallide testaceis; Apex elytrorum interdum pallidior.

Var. c. plerumque paullo minor, & sæpius in copula ut mas observatus; corpus totum unicolor pallidum, jam dilutius testaceum, jam saturatius rufescens, præsertim in thorace; oculi semper nigri, & antennæ extrorsum fuscæ; abdominis discus rarius obscurior.

6. C. Padi: ovatus nigro-fuscus holosericeo-pubescens, elytrorum apice tibiisque pallidis.

Chrysomela Padi. Linn. syst. nat. 2. 588. 14. fn. sv. 513.

Var. *b.* Pallidius fuscus, elytrorum disco posteriori latius pallido.

Crioceris Padi. Marsh. ent. br. 1. 226. 18.

Cyphon coarctatus, var. pygmæa. Payk. fn. 2. 121. not.

Cyphon discolor. Panz. fn. 99. t. 8?

Habitat in foliis arborum & fruticum, præsertim in frondibus abietis frequens.

Descr. Statura & summa affinitas proxime præcedentium, sed plus duplo minor. Caput ovatum nigricans punctulatum, ore paullo dilutiori; oculi globosi nigri prominuli. Antennæ vix dimidii corporis longitudine, articulo primo magno dilatato fusco, 2 & 3 parvis obscure testaceis, reliquis obconicis nigricantibus. Thoracis structura omnino ut in prioribus, totus nigricans, tenue punctulatus, holosericeopubescens. Elytra profundius punctata, pubescentia, nigro-fusca, apice macula magna angulata pallida, margine tamen ipso fusco. Corpus nigricans sub-nitidum, tenue punctulatum. Femora nigro-fusca, apice tibiis tarsisque pallidis.

Var. b. differt colore totius corporis dilutius fusco, & macula apicis elytrorum pallida altius versus basin, interdum oblique ad humerum usque assurgente, margine tamen & sutura semper fuscis.

7. C. hemisphæricus: Saltatorius sub-orbiculatus depressus niger pubescens, antennarum basi tibiisque pallidis.

Fabr. syst. eleut. 1. *502.* 7. *Payk. fn.* 2. *119.* 2. *Panz. fn. 96. f.* 7.

Chrysomela hemisphærica. Linn. syst. nat. 2. *595. 68 Marsh. ent. br.* 1. *199 71.*

Chrysomela fusca. De Geer Ins. 5. *348. 56.*

Habitat in plantis aquaticis, præsertim cicuta virosa, passim.

Descr. Vix C. pubescentis longitudine, sed latior, sub-orbiculatus. Caput deflexum nigricans pubescens, vix punctulatum; oculi majusculi globosi nigri. Antennæ dimidio corpore longiores nigræ,

basi

basi pallidæ. Thorax ut in præcedentibus, brevissimus, transversus, antice & postice bi-sinuatus, angulis omnibus nonnihil productis acutis, lateribus deflexis brevissimis obliquis tenue marginatis; supra convexus niger, nitidus, pubescens, vix punctulatus. Scutellum triangulare nigrum pubescens. Elytra magna, thorace latiora, ovata, apicem versus attenuata, acuminata, dorso parum convexa, subtilissime punctulata, pubescentia, nigra, sub-nitida. Corpus nigro-piceum pubescens punctulatum. Femora nigro-picea apice testacea, postica crassissima saltatoria; tibiæ & tarsi pallescentes. Variat corpore toto pallidiori, forte nuper exclusus; an Altica orbiculata Panz. Fn. 8. f. 6?

A T O P A.

Palpi filiformes, articulo ultimo majore sub-cylindrico obtuso. Maxilla bifida.

Ligula membranacea, basi angusta, cylindrica, apice dilatata quadrifida, laciniis subulatis distantibus.

Antennæ filiformes. Corpus oblongo-ovatum.

1. A. Cervina: oblongo-ovata fusca, dense pallido-pubescens, ano ungulisque subtestaceis.

Payk. fn. 2. 117. 1. 6.

Chrysomela Cervina. Linn. syst. nat. 2. 602. 115. fn. sv. 575.

Cistela Cervina. Oliv. ent. 3 54. 4. 1. Tab. 1. f. 2. a.

Crioceris Cervina. Marsh. ent. br. 1. 220. 2.

Atopa cinerea. Fabr. syst. eleut. 2. 15. 2.

Var. *b.* fusca, antennis, elytris, pedibus anoque pallide testaceis: forte femina.

Atopa Cervina. Fabr. syst. eleut. 2. 15. 1. *Payk. fn.* 2. 116. 1. *a.*

Ptinus testaceo-villosus. De Géer Ins. 4. 235. 6. *Tab.* 9. *f.* 8.

Crioceris cinerea. Marsh. ent. br. 1. 220. 3.

Habitat in arboribus & plantis passim.

Descr. Magnitudo & fere statura mediocris Carabi. Caput porrectum nigro-fuscum, cinereo-pubescens, subtilissime punctulatum, fronte plana, supra antennarum insertionem elevata. Antennæ dimidio corpore longiores fuscæ, articulo secundo reliquis breviori. Thorax brevis transversus, antice angustior. sub-truncatus, postice sinuatus, angulis acutis, lateribus obliquis tenue marginatis; supra convexus, pulvinatus, subtilissime punctulatus, nigro-fuscus, pube densa pallida tectus. Scutellum breve cordatum fuscum pubescens. Elytra thorace paullo latiora, oblongo-ovata, apicem versus attenuata, late marginata, supra modice convexa, subtilissime creberrime punctulata, nigro-fusca, dense cinereo-pubescentia. Corpus nigricans cinereo-pubescens, ano fusco-testaceo. Pedes nigro-fusci pubescentes, ungulis solis testaceis.

Var. b. quoad partium conformationem & pubescentiam simillima omnino, sed plerumque paullo major, latior; Caput thorax & corpus subtus etjam colore conveniunt, modo anus late dilutius testaceus; Antennæ vero, elytra & pedes toti pallide testacei.

Fa-

Familia 12. Sternoxi.

Antennæ filiformes vel ſetaceæ, parum elongatæ, ſæpe ſerratæ. Corpus oblongum durum. Thorax ſubtus poſterius inter pedes primarios in ſternum productus. Caput breve ſub-retractum.

ELATER.

Palpi ſecuriformes. Maxilla unidentata, obtuſa. Ligula bifida. Antennæ filiformes, ſæpe ſerratæ. Thoracis anguli poſtici in ſpinam producti. Sub thorace ſternum ſeu muro poſticus elongatus, foramini in baſi abdominis intruſus, cujus ope Inſectum, dorſo impoſitum, reſilire poſſit.

Fam. 1. Ore porrecto, fronte plana vel impreſſa.

Sect. 1. Fronte inæquali, impreſſa.

1. E. rufus: rufo-ferrugineus, capite thoracisque diſco obſcurioribus, oculis nigris.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 225. 24. *De Géer, Inſ.* 4. 144. 1 *Tab* 5 *f* 18. *Herbſt. col.* 10. 24. 35. *Tab.* 160. *f.* 6. *Payk. fn.* 3. 1. 1. *Panz. fn.* 10 *f.* 11.

Habitat in truncis Pini & abietis rarius.

Deſcr. Maximus noſtratum hujus generis, El. ferrugineo longior, pollicaris. Caput fuſco-ruſeſcens

 cre-

crebre punctatum, fronte inter antennas profunde impressa; oculi magni globosi nigri. Antennae rufo-ferrugineae, thorace parum longiores, compressae, articulis obconicis, basi angustis, unde utrinque subserratae. Thorax latitudine multo longior, lateribus anterius dilatato-rotundatus, posterius emarginatus, angulis iterum prominulis, validis; supra convexus, crebre punctatus, rufo-ferrugineus, disco longitudinaliter sub-fusco, obsolete canaliculato. Scutellum parvum oblongum elevatum rufum, pallido-pubescens. Elytra thorace paullo latiora, valde elongata, posterius attenuata, apice rotundata, supra parum convexa, rufo-ferruginea, sat profunde puncta-to-striata, interstitiis subtilissime punctulatis. Thorax subtus creberrime & profunde punctatus, obscure rufo-testaceus; Pectus & abdomen pallidius rufescentia, subtilissime punctulata. Pedes breves validi rufescentes.

2. E. fasciatus: squamosus niger, thorace canaliculato albido-variegato, elytris pallido-adspersis, fasciaque postica undulata pallida.

Linn. syst. nat. 2. *655.* 27. *fn. sv.* 737. *Fabr. syst. eleut.* 2. 229 43. *Oliv. ent.* 2. 31. 31. 39 *Tab.* 5. *f.* 46. & *Tab.* 1. *f.* 5. *Herbst. col.* 10. 13 25. *Tab.* 159. *f.* 7. *Payk. fn.* 3. 15. 18. *Panz. fn.* 76. *f.* 2.

Elater inaequalis. De Géer Ins. 4. 148. 6.

Habitat in truncis putrescentibus, & sub cortice arborum emortuarum, passim.

Descr. Inter majores, El. pectinicornis longitudine, sed latior. Caput parvum rotundatum inaequale nigrum, fronte profunde impressa; in illaesis fere tectum

ctum squamis pallido-argenteis nitidis, praesertim versus latera; squamis detritis, superficies profunde rugoso punctata. Antennae nigrae, vix dimidio thorace longiores, articulo primo magno granulato, reliquis uno latere productis, dentibus obtusis. Thorax latitudine longior, antice angustatus, semi-circulariter emarginatus, angulis acutis, lateribus ante medium dilatato-rotundatus, posterius sinuato-emarginatus, angulis iterum prominulis acutis validis planis; basi sinuatus, ante scutellum emarginatus; supra convexus, valde inaequalis, pone medium profunde & late canaliculatus; in illaesis individuis fere tectus squamulis pallide argenteis, praesertim versus latera, immixtis in dorso squamis nigris, maculas irregulares formantibus; squamis detritis, thorax niger obscurus, profunde excavato-punctatus. Scutellum ovatum, sub-acuminatum, punctatum, depressum nigrum. Elytra thorace vix latiora, elongata, posterius attenuata, apice rotundata, supra parum convexa, dorso depressa, squamis rotundatis nigris tecta, immixtis squamis albido-argenteis, hinc inde maculas irregulares, & pone medium fasciam flexuosam formantibus; detritis squamis, superficies nigro-brunnea, crebre punctulata, obsoletissime striata videtur. Corpus subtus nigrum, dense pallido-squamosum. Pedes tenues nigri, squamis pallidis variegati.

3 E. conspersus: squamosus nigro-piceus, pallido-irroratus, thorace inaequali postice angustiore, angulis compressis elevatis, carinatis.

Habitat sub cortice arborum emortuarum rarius.

Descr. Magnitudo, statura & summa affinitas praecedentis, sed vere distinctus. Caput parvum rotundatum granulato-squamosum nigro-piceum, fronte

te parum impreſſa. Antennæ rufo-piceæ breviſſimæ, vix medium thoracis attingentes, articulo primo magno obconico compreſſo, reliquis breviſſimis, uno latere longius productis, obtuſis. Thorax antice late emarginatus, angulis acutis, lateribus anterius dilatatus, rotundatus, poſterius attenuatus, angulis retrorſum recta protenſis, compreſſis, elevatis, carinatis; ſupra antice valde convexus, poſterius profunde canaliculatus & depreſſus, hinc inde foveolatus, inæqualis, granulato-ſquamoſus, nigro-piceus, angulis & lateribus, præſertim ſubtus ferrugineo-brunneis. Scutellum oblongum depreſſum brunneum, albido-ſquamoſum. Elytra thoracis baſi latiora, elongata, poſterius attenuata, apice rotundata, ſupra parum convexa, dorſo depreſſa, ſquamis parvis granulatis brunneis tecta, & immixtis pallidis hinc inde confluentibus variegata; detritis ſquamis, elytra piceo-ferruginea, crebre rugoſo-punctata, obſoletiſſime ſtriata apparent. Corpus ſubtus ferrugineo-piceum punctulatum, ſquamis pallidis irroratum. Pedes ferrugineo-picei, parum pallido-ſquamoſi.

Obſ. Elater adſperſus, Herbſt. Col. 10. 12. 24. hinc affinis videtur, ſed non idem.

4. E. atomarius: ſquamoſus ater opacus, atomis albis ſparſis irroratus, antennis acute ſerratis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 229. 42. *Herbſt. col.* 10. 14. 26. *Tab.* 159. *f.* 8. *Panz. fn.* 46. *f.* 1.

Elater carbonarius. Oliv. ent. 2. 31. 22. 24. *Tab.* 2. *f.* 11. *Roſſ. fn. etr.* 1. 177. 440. *Schranck. Auſtr.* 184. 343.

Habitat ſub cortice arborum emortuarum, in Finlandia, rarius. *Dom. Argillander.*

Deſcr.

Defcr. Magnitudo, ftatura & fumma affinitas El. fafciati. Corpus totum fupra, in illæfis individuis, fquamis minutis granulatis atris tectum, immixtis aliis albiffimis, acutis, fparfis, nec unquam confluentibus; fquamis detritis, fuperficies tota nigra, crebre & profunde punctata, elytris obfolete fulcatis. Frons minus profunde impreffa, quam in El. fafciato; Antennæ paullo longiores, articulis triangularibus acuminatis. Thorax paullo longior, lateribus minus dilatato-rotundatis, pofterius vix emarginatis; Corpus fubtus nigro-piceum punctulatum, atomis albiffimis anguftis raris adfperfum; dentes anguli poftici thoracis breves deplanati, & reliqua omnia ut in El. fafciato.

5. E. lepidopterus: fufco-brunneus obfcurus, fquamis luteo-aureis crebris fparfis obductus, antennis obtufe ferratis.

Panz. fn. 76. f 4. Crit. Rev. 1. 108.

Elater Chryfoprafus. Herbft, col. 10. 18. 29. Tab. 159. f. 12.

Habitat fub cortice arborum emortuarum rariffime, lectus in Silva Kinnenfi Weftrogothiæ.

Defcr. Statura & fumma affinitas El. fafciati & atomarii, fed fere dimidio minor. Caput & thorax nigricantia, vel fufco-brunnea, fupra fquamis oblongis, fornicatis, acutis, luteo-aureis fere tecta, interlucente fuperficie profunde punctata. Elytra magis brunnea, fquamis luteo-aureis minus crebris, immixtis fquamis fufco brunneis, unde magis nebulofa. Corpus fubtus nigricans, punctulatum, fquamis luteo-aureis adhuc minoribus, anguftioribus, fat crebris adfperfum. Frons profunde impreffa. Antennæ nigræ, dimidio thorace parum longiores, ferratæ,

tæ, dentibus obtusis. Thorax antice late emarginatus, lateribus modice rotundatus, angulis posticis depressis brevibus, vix prominulis; supra convexus, profunde canaliculatus, & foveolis plurimis, paribus, impressus. Scutelli & elytrorum forma ut in prioribus. Pedes ferrugineo-brunnei, femoribus aureo-squamosis.

6. E. murinus: brevior, latus, fusco-nigricans, pubescens, albido-variegatus, thorace inæquali antennis tarsisque ferrugineis.

Linn. syst. nat. 2. 655. 28. fn. sv. 738. Fabr. syst. eleut. 2. 228. 37. Oliv. ent. 2. 31. 25. 29. Tab. 2. f. 9. a, b. Herbst. col. 10. 39. 46. Tab. 161. f. 8. Payk. fn. 3. 34. 38. Marsh. ent. br. 1. 385. 26.

Elater rufipes. De Geer Inf. 4. 150. 10.

Habitat in graminosis sat frequens.

Descr. El. fasciato multo brevior, sed latior; magnitudine tamen valde variat. Caput rotundatum nigrum punctatum, dense griseo-pubescens, fronte triangulariter impressa. Antennæ longitudine thoracis, obtuse serratæ, ferrugineæ, articulo primo magno nigro. Thorax vix latitudine longior, structura fere ut in El. fasciato, etjam postice canaliculatus & foveolatus, nigro-fuscus, punctatus, pube densa grisea & albida variegatus. Scutellum rotundatum fuscum, albido-pubescens. Elytra thorace latiora, parum elongata, apicem versus attenuata, supra parum convexa. tenue punctato-striata, interstitiis subtilissime punctulatis; nigro-fusca, pube densa cinerea & albida variegata. Corpus nigrum punctulatum griseo-pubescens. Pedes picei, tarsis ferrugineis.

7. E.

7. E. holosericeus: brevis nigricans, supra pube holosericea griseo-pallescente sub-fasciatus, pedibus fusco-testaceis.

Fabr. syst. eleut. 2. 228. 39. *Oliv. ent.* 2. 31. 27. 31. *Tab.* 3. *f.* 33. *Herbst. col.* 10. 107. 127. *Tab.* 168. *f.* 5. *Payk. fn.* 3. 35. 39. *Marsh. ent. br.* 1. 386. 28.

Elater undulatus. Herbst. col. 10. 41. 47. *Tab.* 161. *f.* 9. *Archiv.* 4. III. 8.

Habitat in plantis & fruticibus frequens.

Descr. Praecedente minor, angustior. Caput rotundatum fuscum punctatum pubescens, fronte parum impressa. Antennae vix longitudine thoracis, tenues, sub-serratae, nigrae. Thorax latitudine medii vix longior, antice late sed non profunde emarginatus, lateribus nonnihil rotundatus, angulis posticis retrorsum porrectis, lineola elevata carinatis; supra valde convexus, subtilissime punctulatus, foveolis vix ullis impressus, nisi in ipsa basi; pube brevi, densa pallescente holosericea, varie circumflexa, tectus, unde vario situ mutabili colore micat. Scutellum rotundatum depressum pubescens. Elytra thorace latiora, praesertim in medio dilatata, apicem versus attenuata, supra parum convexa, tenue striata, & in striis leviter punctata, interstitiis subtilissime punctulatis; Pubescentia similis ac in thorace etjam elytra tegit, fasciatim alio versu flexa, unde fasciae mutabiles fuscae vel pallidae pro diverso situ apparent. Corpus nigrum, subtilissime punctulatum & pubescens. Femora fusco-picea, tibiis tarsisque dilutius ferrugineis.

8. E. castaneus: brevior niger, thorace pube fulvescente mutabili tecto, elytris flavis apice nigris, antennis pectinatis.

Linn.

Linn. Syst. nat. 2. 654. 18. fn. sv. 727. Fabr. Syst. eleut. 2. 232. 57. Oliv. ent. 2. 31. 39. 51. Tab. 3 f. 25. & Tab. 5. f. 51. Herbst. col. 10. 37. 44. Tab. 161. f. 6. Payk. fn. 3. 11. 13. Panz. fn. 77. f. 4.

Elater flavo-pectinicornis. De Geer Inf. 4. 153. 15.

Habitat in graminosis frequens.

Descr. Statura fere praecedentis, sed mas minor. Caput nigrum punctatum, fronte foveolatâ, vertice fulvo-hirto. Antennae nigrae, maris thorace longiores, pectinatae, radiis elongatis, compressis, clavatis; feminae breviores acute serratae. Thorax latitudine longior, antice vix vel parum emarginatus, lateribus in medio rotundatis, posterius emarginatis, spina iterum prominente; supra valde convexus, subtilissime punctulatus, pube densa fulvo-aurea, pro situ mutabili, tectus. Scutellum depressum nigrum ovatum. Elytra thorace latiora, posterius attenuata, parum convexa, punctato-striata, tenue pubescentia, flavo-testacea, apice ipso nigro. Corpus totum subtus uti pedes nigra sub-nitida, tenue pubescentia.

9. E. trifasciatus: elongatus niger, cinereo-pubescens, elytris brunneis griseo-villosis, fasciis tribus undato-flexuosis denudatis.

Herbst. col. 10. 31. 39. Tab. 160. f. 12. Panz. fn. 3. f. 14. Crit. Rev. 1. 108.

Elater undulatus. De Geer Inf. 4. 155. 18. Tab. 5. f. 23-26. Payk. fn. 3. 8. 10.

Elater. Uddman. Diss. 22. 44.

Habitat sub cortice arborum emortuarum rarius.

Descr.

Defcr. Statura fere El. teffellati, fed longior. Caput nigrum punctatum, denfe grifeo-pubefcens, fronte triangulariter profunde impreffa. Antennæ vix thorace longiores, nigræ, ferratæ, tenues. Thorax niger obfcurus, latitudine multo longior, antice vix emarginatus, lateribus parum rotundatis; pofterius fub-emarginatis, angulis elongatis prominulis acutis; fupra modice convexus, creberrime punctatus, grifeo-pubefcens, fulculo longitudinali in medio, & pone medium foveola angufta transverfa utrinque impreffus. Scutellum oblongum obtufum nigrum. Elytra thorace parum latiora, valde elongata, pofterius attenuata, parum convexa, regulariter punctato-ftriata, interftitiis vix punctulatis; plerumque nigro-fufca, rarius brunneo-teftacea, pube denfa depreffa cinerea tecta, relictis fafciis tribus nudis fufcis aut brunneis, prima prope bafin, arcuata; fecunda juxta illam, ante medium, flexuofa; tertia pone medium, fub-undata. Corpus nigrum fub-nitidum punctulatum, tenue pubefcens. Pedes toti nigri, unguilis teftaceis.

10. E. bifafciatus: elongatus niger, cinereo-pubefcens, elytris fub-nudis nigris, fafciis duabus anticis cinereo-villofis.

Habitat fub cortice arborum emortuarum rarius.

Defcr. Statura & fumma affinitas præcedentis, fed multo minor, anguftior. Caput nigrum, creberrime punctatum, cinereo-pubefcens, fronte impreffa. Antennæ thorace longiores, compreffæ, acute ferratæ, nigræ totæ. Thorax omnino ut in præcedente, fed minus denfe pubefcens. Scutellum & elytra quoad formam ut in præcedente, fed elytra nigra, fere nuda, vel pube tenuiffima nigro-fufca adfperfa, bafi ipfa, fafciisque duabus flexuofo-undatis ap-

approximatis griseo-pubescentibus, paullo ante medium. Corpus & pedes nigra sub-nitida, tenue pubescentia. An mas praecedentis?

11. E. linearis: lineari-elongatus niger, thorace cruce impressa, supra rufo macula disci nigra, elytris pallide testaceis.

Linn. syst. nat. 2. 653. fn sv. 723. Fabr. syst. eleut. 2. 233. 62. Oliv. ent. 2. 31. 35. 46. Tab 7. f. 67. a, b. Herbst. col. 10. 55. 62. Tab. 162. f. 12.

Elater variabilis De Géer, Ins. 4. 154. 17. mas.
Elater dispar mas. Payk. fn. 3. 37. 42.
Elater bicolor. Panz. fn. 8. f. 11. Marsh. ent. br. 1. 378. 7.

Var. *b.* Thorace rufo immaculato. *Herbst. Oliv. De Géer. Payk. loc. cit. var.*

Elater livens. Fabr. syst. eleut. 2. 232. 59?

Var. *c.* Thorace rufo-immaculato, elytris nigris margine pallido. *De Géer. Payk. loc. cit. femina.*

Elater mesomelus. Linn. syst. nat. 2. 653. 16. fn. sv. 725. Fabr. syst. eleut. 2. 233. 60. Oliv. ent. 2. 31. 34. 44. Tab. 5. f. 54. Herbst. col. 10. 54 61. Tab. 162. f. 11. Panz. fn. 7. f. 6. Marsh. ent. br. 1. 378. 6.

Habitat in pratis sylvaticis passim, var. c. tamen raro occurrit.

Descr. El. castaneo plerumque longior, sed angustior, linearis. Caput nigrum profunde punctatum, ore testaceo; frons inter antennas profunde impressa,

pressa, margine antico elevato, plerumque testaceo oculi globosi prominuli brunnei. Antennæ longitudine dimidii corporis, tenues, serratæ, nigræ, basi testaceo-variæ. Thorax capite vix latior, antice truncatus, lateribus parum rotundatus, angulis posticis validis elevatis arcuatis acutis; supra convexus punctatus rufus, profunde canaliculatus, & paullo pone medium transversim impressus, macula media disci nigra, plerumque parva rhomboidali, rarius dilatata, discum fere totum occupante. Scutellum oblongum elevatum nigrum obtusum. Elytra thorace latiora, valde elongata, linearia, apice acuminata, regulariter & profunde punctato-striata, punctis sæpe ocellatis, pallide testacea, tenue pubescentia, sutura sæpe fuscescente. Corpus subtus nigrum pubescens, margine undique anguste testaceo. Femora nigra apice testacea; tibiæ & tarsi obscure testacei.

Var. b. differt tantum thorace supra toto rufo absque macula nigra.

Var. c. plerumque paullo major, antennæ nonnihil breviores, frontis margo latius testaceus, & elytra nigra, margine laterali tantum pallido; cetera ut in præcedentibus omnino.

12. E. borealis: lineari-elongatus niger glaber, antennis serratis, thorace oblongo sub-foveolato, elytris crenato-striatis.

Payk. fn. 3. 6. 7.

Habitat in Finlandia, Bothnia, rarius.

Descr. Statura elongata & fere magnitudo præcedentis. Caput nigrum, creberrime punctatum; frons profunde impressa, margine antico elevato rotundato; oculi globosi prominuli nigri. Antennæ nigræ, vix thorace longiores, acute serratæ. Thorax latitudine multo longior, antice truncatus, lateribus fere rectis, paralelis, marginatis, angulis posticis validis

 eleva-

elevatis acutis; supra parum convexus, punctis majoribus confluentibus variolosus, obsolete canaliculatus, & pone medium utrinque foveola transversa impressus, totus niger obscurus. Scutellum oblongum depressum nigrum. Elytra thorace vix latiora, valde elongata, in medio nonnihil dilatata, apicem versus attenuata, rotundata, supra parum convexa, profundius striata, striis transversim crenatis, interstitiis carinatis nigra glabra. Corpus nigrum nitidum, parum cœrulescenti-micans. Pedes nigri, tibiarum apice tarsisque dilutius fuscis.

13. E. cinctus: elongatus niger glaber nitidus, elytris tenue punctato-striatis, margine rufo-ferrugineis, pedibus piceo-testaceis.

Payk. fn. 3. 10. 12.

Habitat in graminosis rarius; in Bothnia orientali *Dom. Haft.*; in Scania *Dom. Fallén*; in Hallandia *ipse.*

Descr. Magnitudo & fere statura El. linearis. Caput nigrum glabrum punctatum, fronte sub-foveolata, marginata; oculi globosi nigri. Antennæ vix thorace longiores, nigro-piceæ, simplices, articulis obconicis. Thorax latitudine longior, antice late emarginatus, lateribus rotundatus, medio dilatatus, angulis posticis in spinam elongatam acutam productis; supra valde convexus, obsolete canaliculatus, subtilissime & parce punctulatus, niger nitidus, certo situ parum violaceo-micans. Scutellum oblongum obtusum convexum nigrum. Elytra thorace parum latiora, valde elongata, apicem versus attenuata, subacuminata, modice convexa, tenue punctato-striata, interstitiis lævibus; nigro-picea nitida, violaceo-submicantia; margo inflexus saturate rufo-ferrugineus. Cor-

Corpus nigrum nitidissimum, violaceo-micans. Pedes tenues testacei, femoribus basi piceis.

14. E. pectinicornis: elongatus viridi-æneus nitidus, thorace sulcato, antennis maris pectinatis, feminæ serratis.

Linn. syst. nat. 2. 655. 32. *fn. sv.* 74. *Fabr. syst. eleut.* 2. 231. 49. *Oliv. ent.* 2. 31. 23. 26. *Tab.* 1. *f.* 4. & *Tab.* 6. *f.* 4. 6. *Herbst. col.* 10. 17. 28. *Tab* 159 *f.* 11. *Payk. fn.* 3. 9. 11. *Panz. fn.* 77. *f.* 1. *Marsh. ent. br.* 1. 387. 31.

Elater æneo-pectinicornis. De Geer Inf. 4. 145. 2. *Tab.* 5. *f.* 3-5.

Habitat in pratis frequens.

Descr. Inter majores nostratum. Caput obscure viridi-æneum, creberrime punctatum, fronte plana, parum foveolata. Antennæ nigræ, maris dimidio corpore longiores, pectinatæ, radiis longis sub-clavatis; feminæ breviores, acute serratæ. Thorax latitudine longior, antice truncatus, lateribus rotundatus, postice paullo latior, spinis validis elongatis acutis, supra carinatis; dorso valde convexus, profunde canaliculatus, crebre punctatus, viridi-æneus, subpubescens. Scutellum ovatum depressum fuscum, dense griseo-pubescens. Elytra antice thorace latiora, posterius attenuata, acuminata, supra convexa, tenue punctato-striata, interstitiis subtilissime punctulatis, viridi-ænea nitida, sub-pubescentia. Corpus viridi-æneum nitidum tenue punctulatum & pubescens. Pedes nigri, genubus tarsisque dilutius fuscis. Femina latior, thorace paullo breviori; sæpe etjam obscurior, fusco-ænea.

15\. E. æneus: brevior æneus nitidus glaber, elytris posterius dilatatis, antennis brevibus simplicibus, pedibus rubris.

Linn. syst. nat. 2. 655. 31. fn. sv. 740. Fabr. syst. eleut. 2. 230. 47. Herbst. col. 10. 33. 41. Tab. 161. f. 2, 3. Payk. fn. 3. 16. 19.

Elater æneus rufipes. De Géer Ins. 4. 149. 8.

Elater impressus. Marsh. ent. br. 1. 387. 29.

Var. *b.* æneus, pedibus nigro-fuscis.

Elater Germanus. Oliv. ent. 2. 31. 24. 27. Tab. 2. f. 12.

Var. *c.* Coeruleo-violaceus, pedibus rubris. *Payk. loc. cit. var. b.*

Elater æneus. Oliv. ent. 2. 31. 24. 28. Tab. 8. f. 83.

Var. *d.* Coeruleo-violaceus, pedibus nigrofuscis. *Fabr. loc. cit. var. b. Payk. loc. cit. var. c.*

Elater Germanus. Linn. syst. nat. 2. 655. 30. fn. sv. 730.

Elater cyaneus. Marsh. ent. br. 1. 388. 32.

Habitat in graminosis aridis, & sub lapidibus frequens.

Descr. Præcedente brevior, sed latior, obtusus; magnitudo & color valde variant. Caput obscure æneum, crebre punctatum, fronte plana, sub-foveolata. Antennæ thorace fere breviores, nigro-fuscæ, tenues, simplices, articulis obconicis. Thorax vix latitudine medii longior, anterius attenuatus late emarginatus, lateribus rotundatus, angulis posticis elon-

longatis validis acutis, ſuperne carinatis; dorſo convexus, creberrime ſubtiliſſime punctulatus, viridi-æneus nitidus glaber, lævis; raro obſervatur canaliculæ mediæ rudimentum, poſtica verſus, & adhuc rarius foveolæ duæ rotundæ in dorſo antico. Scutellum ovatum ſub-depreſſum æneum pubeſcens. Elytra viridi-ænea nitida, baſi vix thorace latiora, pone medium dilatata, apicem verſus iterum attenuata, ſub-acuminata, ſupra modice convexa, ſat profunde ſtriata, præſertim baſi, interſtitiis ſubtiliſſime punctulatis. Corpus viridi-vel cœruleſcenti-æneum nitidum punctulatum. Pedes aut ſanguineo-rubri, tarſis fuſcis, aut obſcurius fuſco-picei, imo nigricantes, ut in var. b. & d.

Varietates c. & d, præterea tantummodo colore cœruleo-violaceo, interdum purpuraſcente differunt.

16. E. melancholicus: brevior niger glaber, fronte profundius impreſſa, antennis mediocribus ſimplicibus, elytris obſcure vireſcenti-æneis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 241. 100. *Payk. fn.* 3. 17. 20. *Panz. fn.* 93. *f.* 11. *ejusd. Crit. Rev.* 1. 106.

Var. *b.* Pedibus rubris. *Payk. l. c. var. b.*

Habitat in Svecia boreali, Lapponia, paſſim.

Deſcr. Statura fere præcedentis, ſed plerumque paullo minor, anguſtior. Caput nigrum, creberrime punctulatum, fronte profunde impreſſa. Antennæ nigræ, thorace longiores, compreſſæ, articulis obconicis, unde utrinque ſub-ſerratæ. Thorax latitudine longior, antice late, ſed non profunde emarginatus, lateribus parum rotundatus, angulis poſticis elongatis validis carinatis; ſupra convexus, creberrime & ſat profunde punctatus, niger nitidus, interdum

dum nonnihil æneo-nitens, glaber, æqualis, absque foveolis. Scutellum rotundatum depreſſum nigrum pubeſcens. Elytra thorace latiora, apicem verſus attenuata, ſub-acuminata, ſupra convexa, ſat profunde punctato-ſtriata, interſtitiis punctulatis, glabra viridi-ænea. Corpus ſubtus punctulatum, tenue pubeſcens, nigrum nitidiſſimum, parum violaceo-nitens. Pedes nigro-picei pubeſcentes.

Femina major, latior, antennis vix thorace longioribus.

Var. b. differt tantum pedibus totis rufo-teſtaceis.

17. E. impreſſus: brevior, obſcure fuſco-æneus pubeſcens, elytris poſterius dilatatis, thorace obſolete canaliculato, pedibus fuſcis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 230. 48. *Payk. fn.* 3. 18. 21.

Var. *b.* pedibus rufo-teſtaceis. *Payk. l. c. var. b.*

Habitat in Sylvaticis paſſim, præſertim in frondibus abietis,

Deſcr. Statura & magnitudo El. ænei. Caput fuſco-æneum, crebre punctatum, griſeo-pubeſcens, fronte plana ſub-foveolata. Antennæ fuſcæ, vix thorace longiores, articulis obconicis. Thorax latitudine longior, antice vix emarginatus, lateribus parum rotundatus, angulis poſticis prominulis acutis carinatis; ſupra parum convexus, medio obſolete ſulcatus, crebre & ſubtiliter punctatus, fuſco-æneus nitidus, pube depreſſa griſeo-albida rigida adſperſus. Scutellum depreſſum orbiculatum fuſcum, griſeo-pubeſcens. Elytra baſi thorace parum latiora, pone medium dilatata, apicem verſus attenuata, acuminata, ſupra parum convexa, tenue punctato-ſtriata, inter-

terstitiis subtiliter punctulatis, fusco-aenea sub-nitida, pube simili uti thorax adspersa, licet parcius. Corpus nigro-piceum punctulatum, parum violaceo-nitens, pube brevissima albida adspersum. Pedes nigro picei pubescentes.

Var. b, differt tantum pedibus pallide testaceis; Antennarum basis etjam in hac pallidior.

Obs. Foveolae binae in thoracis dorso impressae, in paucis tantum individuis extant, nec in charactere essentiali memorandae, dum in aliis speciebus etjam interdum observantur.

18. E. cruciatus: brevior glaber, thorace nigro, vittis duabus, rubris, elytris flavescentibus, cruce communi, lineolaque humerali nigris.

Linn. syst. nat. 2. 653. 12. fn. sv. 722. Oliv. ent. 2. 31. 32 41. Tab. 4. f. 40. Fabr. syst. eleut. 2. 232. 55. Herbst. col. 10. 19. 30. Tab. 159. f. 10. De Géer. Ins. 4. 149. 9. Payk. fn. 3. 36. 40. Panz. fn. 76. f. 6.

Var. *b.* lineola humerali ad fasciam usque producta, margineque exteriori nigro.

Habitat in frutetis passim.

Descr. Statura brevis, lata, & magnitudo El. aenei; variat etjam duplo minor & ultra. Caput nigro-piceum, fronte punctata, sub-foveolata, ore rufescente. Antennae vix thorace longiores, subserratae, obscure ferrugineae. Thorax latitudine parum longior, antice late emarginatus, lateribus rotundatis, posterius sinuatis, angulis posticis prominulis acutis carinatis; supra convexus, crebre punctatus, niger, glaber, utrinque vitta lata intra-marginali rufa, posterius dilatata. Scutellum rotundatum nigrum pubescens. Elytra thorace paullo latiora, in medio

nonnihil dilatata, apicem versus attenuata, sub-acuminata, supra modice convexa, sat profunde puncta-to-striata, interstitiis subtilissime rugoso-punctatis; glabra, flavo-testacea, sutura tota, fascia paullo pone medium margines non attingente, lineolaque humerali nigris. Corpus subtus nigrum glabrum, tenue punctulatum, thorace utrinque linea rubra, pectoris suturis, abdominisque margine omni, anali latius, rufo testaceis. Pedes rufescentes, geniculis tarsisque obscuris.

Var. b. plerumque minor, vitta nigra humerali longiori, ad fasciam usque producta, margineque, praesertim apicis, latius nigro; forte mas.

19. E. metallicus: oblongus fusco-æneus pubescens, thorace convexo lævi, elytris attenuatis, antennarum basi pedibusque testaceis.

Elater nigricornis. Panz. fn. 61. f. 5. Crit. Rev. 1. 109.

Habitat in pratis humentibus passim, minus frequens.

Descr. El. impresso fere duplo minor, præsertim angustior. Caput fusco-æneum, griseo-pubescens, fronte porrecta profunde rugoso-punctata & sub-foveolata. Antennæ vix thorace longiores, articulis obconicis, nigræ, articulo primo magno arcuato ferrugineo. Thorax latitudine paullo longior, antice late sed non profunde emarginatus, lateribus rotundatus, angulis posticis productis acuminatis, obsolete carinatis; supra valde convexus, subtiliter punctatus, fusco-æneus, griseo-pubescens, vix rudimento canaliculæ impressus. Scutellum rotundatum depressum fusco-æneum pubescens. Elytra vix thorace latiora, apicem versus sensim attenuata, acuminata, supra modice convexa, tenue punctato-striata,

ta, interstitiis subtilissime punctulatis, fusco-aenea sub-nitida, griseo-pubescentia. Corpus subtus nigro aeneum magis nitidum, tenue pubescens. Pedes pallide testacei, tarsis fuscis.

20. E. tessellatus: elongatus fusco-aeneus pubescens, thorace posterius latiori, elytris maculis griseo-villosis tessellatis.

Linn. syst. nat. 2. 655. 29. fn. sv. 739. Fabr. syst. eleut. 2. 229. 41. Oliv. ent. 2. 31. 26. 30. Tab. 3. f. 22. Herbst. col. 10. 32. 40. Tab. 161. f. 1. Payk. fn. 3. 7. 9. Marsh. ent. br. 1. 386. 27.

Elater rufo-unguiculatus. De Géer, Inf. 4. 48. 7.

Habitat in graminosis sat frequens.

Descr. Statura & fere magnitudo El. pectinicornis. Caput obscure aeneum punctatum, pubescens, fronte sub-foveolata. Antennae nigrae sub-serratae; feminae longitudine thoracis, maris paullo longiores. Thorax latitudine longior, antice late emarginatus, posterius paullo latior, lateribus fere rectis, postice in spinam elongatam acutam productis; supra convexus, fusco-aeneus, pubescens, crebre punctatus, vix canaliculatus, nisi obsoletissime. Scutellum rotundatum dense albido-pubescens. Elytra basi vix thorace latiora, posterius sensim attenuata, apice rotundata, supra modice convexa, obsoletius punctato-striata, interstitiis subtilissime punctulatis, fusco-aenea, maculis in singulo quatuor parium transversis, e pilis parvis depressis cinereis. Corpus subtus fusco-aeneum, magis lucidum, griseo-pubescens. Pedes nigri, griseo-pubescentes.

21. E. aſſimilis: elongatus fuſco-æneus immaculatus, undique cinereo-pubeſcens, thorace poſtice latiore.

Elater teſſellatus var. Payk. fn. 3. 8. var. a.

Var. *b.* Pube elytrorum in lineas alternantes condenſata. *Payk. l. c. var. b.*

Habitat in graminoſis frequens.

Deſcr. Statura & ſumma affinitas præcedentis, ſed plerumque paullo minor. Differt tantum pubeſcentia elytrorum maculas nullas formante, ſed in a, undique æqualiter ſparſa, in var. b, ſtriarum interſtitiis alternis denſius piloſis, unde in ſingulo elytro lineæ quatuor longitudinales magis cinereæ oriuntur; conformatio partium, color, & omnia præterea ſimilia; in utrisque vero ambi occurrunt ſexus, quare forte ſpecies diſtinctæ.

22. E. cylindricus: elongatus anguſtus fuſco-æneus pubeſcens, thorace longiori punctato, antennis longioribus ſub-ſerratis, ſterno canaliculato.

Payk. fn. 3. 24. 28. Roſſ. fn. Etr. Mant. 58. 142.

Elater obſoletus. Marſh. ent. br. 1. *387. 30.*

Habitat in pratis aridis non infrequens.

Deſcr. El. lineari paullo brevior, anguſtus, convexus, poſterius attenuatus. Caput fuſco-æneum punctatum, fronte lata, ſub-foveolata. Antennæ thorace longiores, nigræ, ſub-ſerratæ, articulis ſecundo & tertio parvis, cum in præcedentibus plerisque, ſecundus modo reliquis minor. Thorax latitudine paullo longior, antice leviter bi-ſinuatus, in medio nempe nonnihil productus, lateribus fere rectis,

ctis, margine tenuissimo infero, angulis posticis brevibus obtusis; supra valde convexus, crebre punctatus, fusco-æneus, griseo-pubescens, posterius obsolete canaliculatus. Scutellum depressum rotundatum fuscum pubescens. Elytra fusco-ænea pubescentia, thorace vix latiora, valde elongata, posterius sensim attenuata, apice sub-acuminata, supra valde convexa, dorso tamen ipso deplanata, tenue & obsolete punctato-striata, interstitiis subtilissime punctulatis. Mucro pectoralis incurvus canaliculatus punctatus. Corpus nigro-æneum sub-nitidum, tenue pubescens. Pedes nigri pubescentes.

23. E. nigripes: elongatus fusco-æneus pubescens, thorace brevi punctatissimo, elytris brevioribus sub-serratis, sterno convexo.

Habitat in pratis aridis non infrequens.

Descr. Affinis præcedenti, ejusdemque longitudinis & coloris, sed multo latior, & in pluribus diversus. Caput fusco-æneum, profunde punctatum, fronte lata plana, sub-foveolata, antice truncata, margine sub-reflexo. Antennæ vix thorace longiores nigræ sub-serratæ, articulis cordatis, secundo & tertio minoribus. Thorax longitudine latior, antice sub-bisinuatus, lateribus marginatus, vix rotundatus, angulis posticis brevibus obtusis; supra convexus, præsertim postice, crebre & profunde punctatus, fusco-æneus, pubescens, evidenter canaliculatus. Scutellum depressum rotundatum pubescens. Elytra elongata fusco-ænea pubescentia, thorace vix latiora; posterius sensim attenuata, apice rotundata, supra parum convexa, dorso deplanata, sat profunde punctato-striata, interstitiis evidenter punctulatis. Corpus subtus nigro-subæneum, punctulatum, pubescens, sterno sub-convexo, profunde punctato, minime

nime canaliculato. Pedes nigri pubescentes, unguiis testaceis.

Obs. Sub nomine: El. nigripes Frölich, e Germania mihi missus, sed descriptum non inveni; alii feminam præcedentis esse autumant, sed nimis discrepant, ut ex descriptione videndum.

24. E. Equiseti: brevior niger cinereo pubescens, thorace convexo lævi, elytris depressis, sterno lævi apice unidentato.

Herbst. col. 10. 67. 74. Tab. 163. f. 12.

Elater pilosus. Payk. fn. 3. 25. *29.*

Habitat in arenosis aridis tempore vernali, apud nos minus frequens.

Descr. Latitudo proxime præcedentis, sed brevior. Caput nigrum, griseo-pubescens, vix punctulatum, fronte nonnihil impressa, margine reflexo rotundato. Antennæ nigræ, thorace longiores, articulis obconicis, tertio a basi sequentibus non minori. Thorax antice late emarginatus, lateribus rotundatus, immarginatus, medio dilatatus, angulis posticis parvis rectis; supra valde convexus, pulvinatus, niger, sub-nitidus, cinereo-pubescens, obsoletissime canaliculatus, lævis, vix sub oculo acutissime armato punctulatus. Scutellum depressum canaliculatum, cordatum, apice acuminatum, nigrum, dense griseo-pubescens. Elytra thoracis basi nonnihil latiora, parum elongata, versus apicem attenuata, sub-acuminata, supra sub-depressa, nigra, dense cinereo-pubescentia, punctato-striata, interstitiis lævibus. Corpus subtus nigrum læve, tenue pubescens; mucro pectoralis lævis arcuatus, apice denticulo armatus. Pedes picei, femorum basi, geniculis tarsisque plerumque testaceis.

Obs.

Obf. Vix El. pilofus Fabr. Syft. Elevt. 2. 249. 99; ex defcriptione infufficiente faltem nil certo judicandum; Synonyma vero allata indubia.

25. E. rufipes: oblongus niger nitidus, thorace læviffimo immarginato medio latiori, elytris depreffis punctato-ftriatis, pedibus rufis.

Fabr. fyft. eleut. 2. 242. 105. *Oliv. ent.* 2. 31. 45. 62. *Tab.* 7. *f.* 72. *Herbft. col.* 10. 113. 134. *Tab.* 168. *f.* 12. *Payk. fn.* 3. 40. 45. *Panz. fn.* 93. *f.* 14. *Marfh. ent. br.* 1. 389 34.

Habitat in Veciæ auftralis graminofis rarius.

Defcr. Statura fere El. ruficollis; magnitudo variat, jam El. ruficolli longior, jam duplo minor. Caput nigrum læve, vix fubtiliffime punctulatum, fronte parum impreffa, antice rotundata, margine elevato reflexo. Antennæ nigræ, vix thorace longiores articulis obconicis, primo magno craffo, interdum piceo, fecundo minuto, tertio fequentibus æquali. Thorax niger nitidus, vix latitudine medii longior, antice emarginatus, lateribus rotundatus, immarginatus, in medio latior, angulis pofticis inflexis; fupra valde convexus, læviffimus, nec nifi fub oculo acutiffime armato fub-punctulatus videtur. Scutellum depreffum nigrum pubefcens cordatum, apice acuminatum. Elytra nigra nitida, vix thorace latiora, parum elongata, apice rotundata, fupra fub-depreffa, regulariter punctato-ftriata, interftitiis obfolete & fubtiliffime punctulatis. Corpus fubtus nigrum nitidum læve, tenue pubefcens. Pedes læte rufi, tarfis obfcurioribus.

26. E. Quercus: oblongus niger, elytris fufco-virentibus, thorace elongato poftice lævi,

lævi, fronte profunde punctata, pedibus fusco-testaceis.

Oliv. ent. 2. 31. 51. 72. *Tab.* 6. *f.* 60. *a, b.* *Herbst. col.* 10. 119. 142. *Tab.* 169. *f.* 8. *a, b.*

Elater pallipes. Payk. fn. 3. 14. 17.

Habitat in Sveciæ borealis montosis passim.

Descr. El. ruficolli plerumque paullo longior, sed non latior. Caput latum nigrum, fronte profunde rugoso-punctata, sub-foveolata, antice parum rotundata. Antennæ nigræ, vix thoracis longitudine, articulis cordatis, primo majori piceo, secundo parvo, tertio sequentibus æquali. Thorax latitudine multo longior, antice truncatus, lateribus rotundatus, marginatus, angulis posticis promiuulis acutis carinatis: supra modice convexus, niger opacus, antice subtilissime punctulatus, posterius lævissimus. Scutellum oblongo-ovatum depressum nigrum subpubescens. Elytra vix thorace latiora, lineari-elongata, apicem versus attenuata, sub-acuminata, supra modice convexa, fusco-virescentia opaca, pube tenuissima cinerea adspersa, obsoletius striata, interstitiis convexis creberrime granulato-punctatis; margo inflexus obscure ferrugineus. Corpus nigrum subnitidum punctulatum. Femora piceo-testacea; tibiæ pallidæ; tarsi iterum obscuriores.

Obs. El. pallipes Fabr. Ent. Syst. 2. 241. 102. quam ex India allatum possideo, vere diversus est, etsi similis; differt præcipue Antennis longioribus fusco-testaceis, thorace breviori, magis convexo, subpunctato, elytris depressis nigris, profundius punctato-striatis, interstitiis sub-lævibus, pedibus totis pallide testaceis; magis affinis El. rufipedi.

27. E. minutus: lineari-elongatus niger, pubescens, thorace punctato nitido oblongo,

go, elytris ſubdepreſſis opacis, pedibus nigris.

Linn. ſyſt. nat. 2. 656. 34. fn. ſv. 744. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 242. 106. Marſh. ent. br. 1. 381. 17.

Elater anguſtus. Herbſt. col. 10. 98. 114. Tab. 167. f. 4.

Habitat in graminoſis ſylvaticis rarius.

Deſcr. Bructeri paullo longior, ſed anguſtior, linearis, minus convexus. Caput breve latum nigrum, profunde punctatum, fronte inæquali impreſſa, margine antico ſub-truncato reflexo. Antennæ totæ nigræ craſſiuſculæ, acutius ſerratæ, articulo ſecundo & tertio parvis, nodoſis; in femina longitudinem thoracis attingunt, in mare longiores. Thorax latitudine longior, ſub-linearis, antice truncatus, lateribus rectis, deflexis, tenue marginatis, angulis poſticis brevibus obtuſis; ſupra convexus, oblongo-pulvinatus, niger nitidus, minus crebre, ſed evidenter punctatus, ſub-pubeſcens. Scutellum oblongum depreſſum nigrum, apice rotundatum. Elytra nigra opaca vel parum nitida, pubeſcentia, thorace vix latiora, valde elongata, linearia, apice rotundata, ſupra ſubdepreſſa, regulariter punctato-ſtriata, punctis ſtriarum plerisque oblongis, interſtitiis planis, obſolete punctatis; ſtria ſuturæ proxima reliquis profundius impreſſa, præſertim poſtice. Corpus nigrum ſub-nitidum, ſat profunde punctatum. Pedes nigri tarſis fuſcis.

Obſ. Forte hic verus El. minutus Linnæi & Marſhamii, ut mihi aſſeveravit Dom. Kirbii; El. minutus Paykulli ad El. Bructeri pertinet.

28. E. longulus: lineari-elongatus niger, thorace punctato medio latiori, elytris depreſſis, antennis fuſcis, tibiis pallidis.

Elater

Elater parvulus. *Herbst. col.* 10. 98. 115. *Tab.* 167. *f.* 5.

Habitat in ſylvaticis rariſſime; ſemel tantum in Weſtrogothia lectus.

Deſcr. Statura fere præcedentis, ſed paullo longior. Caput nigrum crebre punctatum, fronte parum foveolata, antice rotundata. Antennæ thorace longiores, craſſiuſculæ, fuſcæ; extrorſum pallidiores, parum ſerratæ, articulo ſecundo & tertio parvis nodoſis. Thorax latitudine medii vix longior, antice ſub-emarginatus, lateribus rotundatus; marginatus, angulis poſticis validis acutis, ſupra carinatis; ſupra convexus, pulvinatus, niger, ſub-nitidus, crebre & ſat profunde punctatus, fuſco-pubeſcens. Scutellum oblongum depreſſum nigrum ſub-acuminatum. Elytra thoracis baſi parum latiora, valde elongata linearia, apice ſub acuminata, ſupra ſub depreſſa, profunde punctato-ſtriata, interſtitiis planis, obſolete rugoſo-punctatis; ſaturate nigra opaca, fuſco-pubeſcentia. Corpus nigro-piceum punctatum pubeſcens. Femora nigra apice teſtacea; tibiæ & tarſi pallide teſtacei.

Obſ. El. parvulus Panz. Fn. 61. f. 7. ab hoc diverſus & El. Bructeri magis affinis; illum vero in Svecia lectum non vidi.

29. E. Serraticornis: oblongus nigro-ſubæneus, thorace longiori punctato, antennis longis acute ſerratis, pedibus fuſcis.

Payk. fn. 3. 21. 24.

Elater ſerricornis Herbst. col. 10. 100. 117. *Tab.* 167. *f.* 7.

Habitat in ſylvaticis rarius; in Finlandia *Dom. Pfeiff*, in Weſtrogothia *ipſe.*

Deſcr.

Descr. Statura elongata præcedentium, & magnitudo El. Bructeri. Caput breve latum, crebre punctatum, nigrum, fronte triangulariter impressa, antice obtusa. Antennæ dimidio corpore fere longiores, nigræ, compressæ, profunde & acute serratæ, articulis secundo & tertio parvis nodosis. Thorax latitudine multo longior, antice truncatus, lateribus marginatus nonnihil rotundatus, angulis posticis prominulis elongatis validis acutis; supra parum convexus, crebre punctulatus, niger, parum virescenti æneo-nitens, sub-pubescens. Scutellum depressum ovatum nigrum. Elytra thorace vix latiora, lineari-elongata, apice acuminata, supra parum convexa, tenue puncto-striata, interstitiis creberrime punctulatis; nigro-fusca, opaca, interdum fusco-virescentia, pube tenui adspersa. Corpus nigrum, magis æneo-nitidum. Femora fusca-picea, tibiis tarsisque dilutius fuscis.

30. E. Bructeri: oblongus fusco-æneus convexus, thorace breviori punctato, elytris punctatissimis obsolete striatis, pedibus fusco-pallidis.

Fabr. syst. eleut. 2. 243. 111. *Herbst. col.* 10. 91. 104. *Tab.* 166. *f.* 6. *Panz. fn.* 34 *f.* 13.

Elater æneo-niger. DeGéer, Ins. 4. 159. 21.

Elater minutus. Payk. fn. 3. 40. 46.

Elater nigro-æneus. Marsh. ent. br. 1. 382. 18.

Habitat in graminosis aridis non infrequens.

Descr. Parvus, convexus, sub-cylindricus. Caput breve latum fusco-æneum, crebre punctatum, fronte sub-foveolata, antice truncata, margine reflexo. Antennæ nigræ, vix thorace longiores, tenues, simplices, articulis ob-conicis, tertio vix sequentibus minore. Thorax latitudine medii vix longior, antice sub-

 bi-

bisinuatus, lateribus nonnihil rotundatus, tenue marginatus, angulis posticis brevibus validis sub-acutis; supra convexus, pulvinatus, sat profunde sed non crebre punctatus, fusco-æneus nitidus. Scutellum depressum rotundatum fusco-æneum pubescens. Elytra thorace paullo latiora, elongata, apice acuminata, supra convexa, striis tenuibus obsoletis vix punctatis exarata, interstitiis crebre punctatis; fusco-ænea, parum nitida, tenue fusco pubescentia. Corpus subtus nigrum glabrum punctulatum, parum æneo-renitens. Femora fusco-picea, tibiis tarsisque pallidioribus.

31. E. riparius: brevis latus fusco-æneus nitidus elytrorum striis impunctatis, antennarum basi pedibusque rufo-testaceis.

Fabr. syst. eleut. 2. 243. 110. *Payk. fn.* 3. 41. 47.

Elater æneus. Marsh. ent. br. 1. 388. 33.

Elater littoreus. Herbst. col. 10. 86. 98. *Tab.* 165. *f.* 12.

Habitat in humidis, sub lapidibus, & ad ripas aquarum passim.

Descr. Majoribus præcedentis speciei individuis vix longior, sed dimidio latior. Caput breve rotundatum fusco-æneum punctatum, fronte inæqvali sub-foveolata. Antennæ nigræ, vix thorace longiores, articulo primo magno crasso, plerumqve toto testaceo, interdum piceo, apice tantum pallidiori; 2, 3, 4. obconicis, fere æqvalibus, sæpe basi testaceis; seqventibus latioribus cordatis, exterioribus sensim brevioribus. Thorax longitudine latior, antice late emarginatus, lateribus rotundatus, marginatus, angulis posticis elongatis acutis carinatis; supra convexus, pulvinatus, fusco-æneus nitidus, parce punctatus, tenue pubescens. Scutellum depressum rotundatum fusco-æneum. Elytra thoracis latitudine, brevia, ovata, apice sub acuminata,

minata, ſupra parum convexa, fuſco-ænea nitida, regulariter ſtriata, ſtriis lævibus, baſi profundioribus, interſtitiis planis vix punctulatis. Corpus nigro-piceum vix punctulatum, ano dilutiori. Pedes rufeſcentes, femoribus ſæpe obſcurius piceo-rufis.

32. E. rivularius: brevior niger, ſupra ſub-æneus, antennis, pedibus, thoracis angulis poſticis, elytrorumque margine rufo-ferrugineis.

Elater riparius. *Panz. fn. 34. f. 12.*

Habitat in Lapponia ad rivulos. *Dom. Forsſtröm.*

Deſcr. Statura fere, & affinitas præcedentis, ſed duplo minor & anguſtior. Caput rotundatum fuſco-æneum punctatum, fronte inæquali foveo lata. Antennæ longitudine thoracis, totæ rufo-teſtaceæ, articulorum ſtructura ut in præcedente omnino. Thorax latitudine fere longior, antice late emarginatus, lateribus rotundatus marginatus, angulis poſticis prominulis elongatis acutis carinatis rufo-ferrugineis; ſupra convexus, pulvinatus, niger, parum æneo-nitens, punctatus, ſub-pubeſcens. Scutellum ut in priore. Elytra latitudine thoracis, oblonga, apice acuminata, ſupra modice convexa, nigro-ſubænea, regulariter & ſat profunde ſtriata, ſtriis lævibus, interſtitiis anguſtioribus ſub-convexis, vix punctulatis; margo exterior totus, & qvoqve ſutura tenue rufo-ferruginea. Corpus nigro-piceum, ano dilutiori. Pedes toti dilute rufeſcentes.

33. E. coſtalis: brevior convexus fuſco-æneus pubeſcens, elytris creberrime punctulatis, poſterius dilatatis, margine inflexo ferrugineo.

 Payk.

Payk. fn. 3. 37. 41.

Habitat in Bothnia Orientali & Finlandia rarius.

Defcr. Longitudo El. balteati, fed craffior, convexior. Caput rotundatum fufco-æneum pubefcens, crebre punctatum, fronte inæqvali foveolata. Antennæ nigræ longitudine dimidii corporis, fub-ferratæ, articulis obconicis, fecundo & tertio paullo minoribus. Thorax breviffimus, antice fere truncatus, lateribus rotundatus, marginatus, medio dilatatus, angulis pofticis iterum valde prominulis acutis; fupra valde convexus, pulvinatus, nigro æneus fub-nitidus, creberime punctatus, pubefcens. Scutellum depreffum, fub-cordatum, fufco-æneum. Elytra thorace latiora, pone medium adhuc magis dilatata, apice fub-acuminata, fupra valde convexa, fufco-ænea, undique creberrime vage punctata, pubefcentia, rudimentis obfoletiffimis ftriarum exarata; margo inflexus totus pallide ferrugineus. Corpus nigro-piceum tenue pubefcens, fegmentorum marginibus pallefcentibus. Femora fufco-picea apice teftacea; tibiæ & tarfi fufco-teftacei.

34. E. bipuftulatus: oblongus niger, thorace convexo nitido, elytris depreffis, macula bafeos rubra, pedibus teftaceis.

Linn. fyft. nat. 2. 652. 9. Fabr. fyft. eleut. 2. 247. 134. Oliv. ent. 2. 31. 49. 69. Tab. 2. f. 13. a, b. Herbft. col. 10. 83. 94. Tab. 165. f. 8. Payk. fn. 3. 30. 34. Panz. fn. 76. f. 10. Marfh. ent. br. 1. 375. 1.

Habitat in Svecia auftrali rarius.

Defcr. El. Balteato paullo minor, brevior, magis depreffus. Caput rotundatum nigrum, rugofo-punctatum, fronte inæqvali foveolata. Antennæ longitudine thoracis,

thoracis, piceæ, basi apiceque dilutius ferrugineæ, articulis obconicis, secundo & tertio paullo minoribus. Thorax latitudine medii fere brevior, antice late emarginatus, lateribus rotundatus, marginatus, medio dilatatus, angulis posticis prominulis acutis; supra valde convexus, pulvinatus, niger nitidus, creberrime punctulatus, fusco-pubescens. Scutellum depressum rotundatum nigrum, medio impressum. Elytra oblonga, basi thorace parum latiora, in medio dilatata, lateribus late marginata, apice rotundata, supra sub-depressa, punctato-striata, interstitiis punctulatis, nigra, sub-nitida, macula magna ovata humerali rufa. Corpus nigro-piceum nitidum punctulatum, ano dilutiori. Pedes piceo-ferruginei, tarsis dilutioribus.

35. E. affinis: elongatus niger depressus sub-pubescens, thorace oblongo punctulatissimo, elytrorum striis lævibus, antennis simplicibus.

Payk. fn. 3. 12. 15.

Habitat in Bothnia Occidentali, Finlandia, rarius.

Descr. Statura depressa fere præcedentis, sed plus duplo major & longior. Caput rotundatum nigrum, fronte plane creberrime rugoso-punctata, sub-foveolata. Antennæ nigræ, longitudine dimidii corporis; articulis obconicis, secundo parvo, tertio sequentibus æquali. Thorax latitudine multo longior, antice angustatus, truncatus, lateribus marginatus, parum rotundatus, angulis posticis nonnihil prominulis, elongatis, acutis, carinatis; supra modice convexus, niger nitidus, creberrime & subtilissime punctulatus, pube tenui griseo-holosericea depressa adspersus. Scutellum depressum rotundatum nigrum, griseo-pubescens. Elytra thorace latiora, valde elongata, apicem versus attenuata, rotundata, supra parum con-

vexa, nigra, sub-nitida, pubescentia, tenue striata, striis impunctatis, interstitiis creberrime punctulatis. Corpus totum nigrum, tenue punctulatum & pubescens. Pedes elongati tenues nigri, unguibus pallidis.

36. E. niger: oblongus niger nitidus fusco-hirtus, elytris leviter striatis, basi sulcatis, antennis serratis.

Oliv. ent. 2. *31. 28. 34. Tab. 6. 65. Herbst. col.* 10. 42. *48. Tab. 161 f.* 10. *Payk. fn.* 3. 11. 14. *De Géer. Inf.* 4. *151. 12. mas forte. Linn. syst. nat* 2. *656.* 33. *fn. sv.* 743.

Elater aterrimus. Fabr. syst. eleut. 2. 227. *34.*

Elater hirtus. Herbst. Archiv. 5. 114. 30.

Elater nigrinus. Marsh. ent. br. 1. *389. 35.*

Elater. Schall. Act. Hall. 1. 309. *spec.* 1.

Elater. Uddmann. Diss. 23. 35.

Habitat in pratis sylvaticis sat frequens.

Descr. Latitudo fere El. aenei, sat longior; mas plerumque duplo minor. Caput rotundatum, nigrum nitidum, crebre punctatum, fronte foveolata. Antennae totae nigrae compressae, sed profunde serratae, articulo secundo parvo, tertio sequentibus fere aequali; feminae longitudine thoracis, maris longiores. Thorax latitudine longior, antice vix emarginatus, lateribus rotundatus, marginatus, medio dilatatus, posterius sinuatus, angulis posticis iterum prominulis, validis, sub-carinatis; supra modice convexus, crebre punctulatus, niger nitidus, pube erecta fusca, certo situ grisescente, adspersus. Scutellum ovatum nigrum pubescens. Elytra nigra nitida, basi thorace latiora, apicem versus attenuata, rotundata, modice

modice elongata, ſupra parum convexa, tenue punctato-ſtriata, ſtriis quatuor interioribus in ipſa baſi profunde impreſſis, ſulciformibus; interſtitia ſtriarum ſubtiliſſime punctulata. Corpus totum nigrum nitidum, pube longiori hirtum. Pedes nigri, tarſis ſubpiceis.

Obſ. El. niger Cl. Linnæi vix huc pertinet, neque ex deſcriptione nimis ancipite certo dijudicandum, cuinam ex ſpeciebus affinibus tribuendum erit hoc Synonymon. El. aterrimus Cl. Fabricii, certe ſit jam deſcriptus eſt, etjam ſecundum Muſ. Dom. T. Lund; El. niger vero Fabr. ſyſt. eleut. 2. 227. 35. idem videtur ac El. aterrimus Olivierii & Herbſtii, qui thorace antice ſub-carinato diſtinguitur; Sed hic apud nos non occurrit.

37. E. fulvipes: elongatus nigro-piceus pubeſcens, antennis obtuſe ſerratis fuſco-teſtaceis, pedibus ferrugineis, elytris longiſſimis attenuatis.

Herbſt. col. 10. 46. 52. Tab. 162. f. 2.

Elater rufipes. Herbſt. Archiv. 5. 113. 28. Tab. 27. f. 12.

Elater fuſcus major. De Géer Inſ. 4. 146. 3.

Elater caſtanipes. Payk. fn. 3. 23. 27. Marſh. ent. br. 1. 381. 15.

Elater obſcurus. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 233. 63.

Elater. Schall. Act. Hall. 1. 309. Spec. 3.

Var. *b.* rufo-piceus totus, ſubtus dilutior.

Var. *c.* duplo minor, antennis paullo longioribus, pedibus obſcure ferrugineis; forte mas.

Habitat in truncis putridis, & ſub cortice arborum emortuarum, ſat frequens.

Deſcr. Inter majores noſtratum, præcedente longior, ſed non latior. Caput rotundatum nigrum, crebre & profunde punctatum, pubeſcens, fronte inæquali foveolata. Antennæ thorace paullo longiores, compreſſæ, fuſco-ferrugineæ, obtuſe ſerratæ, articulis ſecundo & tertio parvis nodoſis. Thorax latitudine medii vix longior, antice parum emarginatus, anguſtior, lateribus rotundatus, marginatus, medio dilatatus, angulis poſticis iterum prominulis arcuatis ſub-acuminatis, carinatis; ſupra modice convexus, punctis majoribus, verſus latera crebrioribus, adſperſus, baſi retuſus, ſub-canaliculatus, nigro-piceus nitidus pubeſcens, ſæpe capite & elytris dilutior, fuſco-ferrugineus. Scutellum oblongo-rotundatum piceum pubeſcens. Elytra pone baſin dilatata, thorace paullo latiora, verſus apicem ſenſim attenuata, longiſſima, thorace quadruplo longiora, apice rotundata, ſupra modice convexa, nigra, ſub-nitida, pubeſcentia, tenue punctato-ſtriata, punctis ſtriarum vix contiguis, interſtitiis ſparſim punctulatis. Abdominis dorſum rufo-ferrugineum. Corpus ſubtus piceum nitidum punctulatum pubeſcens, jam magis obſcurum, jam dilutius ferrugineum, præſertim in pectore & ano. Pedes rufo-ferruginei pubeſcentes, jam dilutiores, jam magis infuſcati.

Var. b. differt tantum colore totius corporis dilutiori; forte nuper excluſus.

Var. c, duplo minor & ultra; antennæ paullo longiores, ut & pedes magis fuſcæ; thorax anterius magis attenuatus, paullo longior, & minus convexus; cetera ut in a omnia, & cum illo cohabitat, forte mas.

Obſ. Quod hic El. obſcurus Cl. Fabricii ſit, ex Muſæo Dom. T. Lund Hafniæ convictus ſum; Dom. Illi-

Illiger hoc etjam conjecturaverit in Mag. 4. 100. 63; sed minime El. obscurus Linn. vel Payk.

38. E. ruficaudis: nigro-fuscus pubescens, thorace lineari-elongato, elytris piceis, abdominis marginibus anoque rufo-ferrugineis.

Elater obscurus. Payk. fn. 3. 2. 2.

Elater fuscus minor. De Géer Inf. 4. 147. 4.

Elater analis. Herbst. Col. 10. 66. 73. Tab. 163. f. 11.

Elater Sputator. Oliv. ent. 2. *31. 30.* 38. *Tab. 3. f.* 31.

Elater hæmorrhoidalis. Fabr. syst. eleut. 2. *235.* 71?

Habitat in pratis sylvaticis frequens, præsertim in foliis sorbi.

Descr. Statura lineari-elongata obtusa El. nigri; magnitudo valde variat; majores El. tessellato æquales, alii duplo minores. Caput nigrum pubescens, crebre punctatum, fronte plana impressa, antice truncata. Antennæ tenues simplices fusco-piceæ, longitudine thoracis, articulis ob-conicis, primo magno crasso; secundo sequentibus paullo breviori, reliquis æqualibus. Thorax latitudine plusquam dimidio longior, linearis, seu undique æquali latitudine, antice truncatus, lateribus tenue marginatus, angulis posticis brevibus obtusis; supra modice convexus, obsoletissime canaliculatus, creberrime subtiliter punctatus, pube depressa grisea adspersus, niger obscurus, angulis interdum dilutioribus fusco-ferrugineis. Scutellum depressum rotundatum punctatum nigro-piceum. Elytra thorace paullo latiora, fere linearia,

 apice

apice obtuſe rotundata, thorace vix triplo longiora, ſupra modice convexa, regulariter ſed non profunde punctato ſtriata, interſtitiis creberrime punctulatis; plerumque nigro-picea, ſæpe etjam dilutiora, brunneo-ferruginea, pube depreſſa griſea longiori adſperſa. Corpus nigro-piceum punctulatiſſimum pubeſcens, abdominis lateribus, ſegmentorum marginibus, anoque ſaturate rufo-ferrugineis. Pedes fuſco-ferruginei, femoribus anticis ſæpe obſcurius piceis. In individuis ubi elytra dilutiora, anus etjam latius, & pedes toti dilutius ferruginei.

39. E. vittatus: fuſco-piceus pubeſcens, thorace lineari-elongato, antennarum baſi, thoracis limbo, elytrorum vitta lata, ano pedibusque teſtaceis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 231. 53. Payk. fn. 3. 2. 3. Panz. fn. 98. f. 6.

Elater marginatus. Oliv. ent. 2. 31. 34. 43. Tab. 3. f. 29. & Tab. 8. f. 29. b. var.?

Elater lateralis. Marſh. ent. br. 1. 380. 13.

Var. *b.* Thoracis angulis tantum teſtaceis, elytris fuſcis apice teſtaceis.

Habitat in pratis ſylvaticis, præſertim coryletis, paſſim.

Deſcr. Statura & ſumma affinitas præcedentis, ſed minor; individua majora hujus Speciei, minoribus præcedentis æquales; alii duplo minores & ultra. Formatio partium in utrisque ſimillima, & omnino eadem, colores vero aliter ordinati. Caput nigrum, fronte ſæpius utrinque macula oblonga teſtacea. Antennæ extrorſum nigræ, baſi plus minusve teſtaceæ. Thorax nigro-fuſcus, margine antico & laterali, angulisque omnibus rufo-teſtaceis. Elytra pallidius teſtacea,

ſtacea, ſutura margineque laterali nigro-fuſcis, jam latius & diſtincte, ut diſcus longitudinalis teſtaceus vittam tantum refert; jam obſolete & abbreviate, ut elytra teſtacea dicenda, margine ſuturaque baſeos tantum fuſcis. Corpus ſubtus fuſco-piceum, margine omni anoque rufo-teſtaceis. Pedes toti pallide teſtacei.

Var. b. obſcurior, antennarum articulo primo tantum teſtaceo, thoracis lateribus vix pallidioribus & elytris a baſi ultra medium fuſcis, apice modo plus minusve pallido.

Obſ. Cum præcedente vix cohabitat, ut forte ſpecies diſtinctæ, etſi valde affines.

40. E. ſub-fuſcus: lineari-elongatus nigricans, antennis, ore, thoracis limbo, elytris ano pedibusque ferrugineo-teſtaceis.

Elater linearis. Payk. fn. 3. 3. 4.

Elater fuſcus flavipes. De Géer Inſ. 4. *151.* 11.?

Elater analis. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 240. 95.?

Elater longicollis. Herbſt. col. 10. 65. 71. Tab. 163. f. 9.?

Var. *b.* Ferrugineo-teſtaceus, vertice, thoracis diſco, pectore abdominisque baſi nigro-piceis.

Habitat in pratis ſylvaticis ſat frequens, præſertim in foliis Betulæ albæ.

Deſcr. Proxime præcedentibus valde affinis, ſed reſpectu longitudinis multo anguſtior, linearis; El. balteato vix longior, ſed magnitudine variat. Caput rufo-piceum pubeſcens, ſat profunde punctatum, fronte in-æquali foveolata, antice obtuſe rotundata, vertice nigricante. Antennæ ferrugineæ, vix thorace longi-

longiores, apice ſæpe fuſceſcentes, articulis obconicis, ſecundo & tertio parum minoribus. Thorax latitudine longior, ſub-linearis, antice nonnihil emarginatus, lateribus fere rectis, vel in medio parum rotundatis, marginatis, angulis poſticis brevibus obtuſis; ſupra modice convexus, ſat crebre punctatus, pubeſcens, fuſco-piceus nitidus, angulis omnibus ſemper, & plerumque limbo toto jam latius jam anguſtius rufo-teſtaceis. Scutellum oblongo-rotundatum fuſcum pubeſcens. Elytra pallidius teſtacea immaculata, pubeſcentia, thorace parum latiora, ſed plus triplo longiora, fere linearia, apice obtuſe rotundata, ſupra modice convexa, tenue, & minus regulariter punctato-ſtriata, interſtitiis crebre punctulatis. Corpus nigro-piceum nitidum punctatum, abdominis margine anguſte, ano late rufo-teſtaceis. Pedes toti pallide rufeſcentes.

Var. b. tantum colore pallidiori differt, & plerumque paullo major, forte femina.

Obſ. Synonyma allata minus certa, Paykullii excepto; ſub nomine El. ſub-fuſcus, e Germania miſſum obtinui.

41. E. longicollis: niger punctatiſſimus, antennis longioribus ſimplicibus, thorace anguſto lineari-elongato, elytris teſtaceis, ſutura margineque nigris.

Fabr. Syſt. eleut. 2. 241. 101. *var. Oliv. ent.* 2. 31. 38. 49. *var. Tab.* 8. *f.* 81. 6. *Illig. Mag.* 4. 102. 101.

Elater marginatus. Payk. fn. 35. 6. *Marſh. ent. br.* 1. 379. 9.

Elater marginellus. Herbſt. col. 10. 75. 84. *Tab.* 164. *f.* 10.

Ha-

Habitat in Svecia auſtrali rarius. *Dom. de Paykull.*

Deſcr. Magnitudo fere præcedentis, ſed elytra breviora, magis depreſſa. Caput nigrum obſcurum, creberrime rugoſo-punctatum, ore teſtaceo; frons valde impreſſa. Antennæ dimidio corpore fere longiores, nigro-fuſcæ pubeſcentes, articulis elongato-obconicis ſimplicibus, ſecundo parvo ſub-globoſo. Thorax latitudine dimidio longior, vel ultra, anguſtus, linearis, antice truncatus, lateribus vix marginatus, angulis poſticis brevibus obtuſis; ſupra modice convexus, creberrime punctulatus, ſub-pubeſcens, niger obſcurus, lateribus & angulis fuſco-ferrugineis. Scutellum rotundatum nigrum depreſſum. Elytra thorace latiora, ſed vix triplo longiora, apicem verſus attenuata, obtuſe rotundata, ſupra depreſſa, profunde punctato-ſtriata, interſtitiis convexis tenue punctulatis, pallide teſtacea, margine laterali toto latius nigricante, ſuturali anguſtius fuſco. Corpus nigro-fuſcum, ſegmentorum marginibus rufeſcentibus. Pedes teſtacei, femoribus anticis plerumque magis fuſcis.

Obſ. Varietas hujus Speciei pallida, ab Oliv. loc. cit. deſcripta, & in Panz. Fn. 93. f. 12. depicta, apud nos non lecta, quantum mihi innotuit.

42. E. ſcrutator: oblongus niger, antennis longioribus ſerratis, elytris tarſisque teſtaceis, thorace medio dilatato.

Herbſt. col 10. 73. 82. Tab. 164. f. 8.
Elater teſtaceus. Payk. fn. 3. 13. 16.

Var. *b.* Thoracis margine antico, angulisque poſticis rufo-teſtaceis.

Elater livens. Linn. ſyſt. nat. 2. 654. 19. fn. ſv. 728.?

Ha-

Habitat in Svecia auftrali rarius. *Dom. de Paykull.*

Defcr. Magnitudo & fere ftatura El. caftanei, paullo tamen anguftior, & magis convexns. Caput nigrum obfcurum, crebre punctatum, fronte late impreffa, antice rotundata, margine reflexo. Antennæ totæ nigræ, dimidio corpore longiores, compreffæ, ferratæ, articulo fecundo parvo nodofo. Thorax latitudine medii vix longior, antice late, fed non profunde emarginatus, lateribus rotundatus, medio dilatatus, marginatus, angulis pofticis iterum prominulis, carinatis, obtufis; fupra modice convexus, crebre at tenue punctulatus, pubefcens, totus niger nitidus. Scutellum ovatum nigrum pubefcens. Elytra tota pallide teftacea, pube longiori grifea adfperfa, thorace parum latiora, fed triplo longiora, apice obtufe rotundata, fupra modice convexa, regulariter punctato-ftriata, interftitiis fubtiliffime obfoletius punctulatis. Corpus totum nigrum fub-nitidum, tenue pubefcens. Pedes nigri tarfis obfcure teftaceis.

Var. b, in omnibus fimillima, modo thoracis margo anticus, anguli poftici, & interdum etjam margo lateralis rufo-teftacei; huic varietati convenit defcriptio El. liventis Cl. Linnæi, aptius quam ulli aliæ ex mihi cognitis indigenis.

Obf. El. teftaceus, Fabr. Syft. Elevt. 2. 238. 86. cui pedes teftacei adfcripti, certe alius, & ut opinor, varietas El. lateralis ejusdem auctoris, elytris pallide teftaceis immaculatis; nomen Herbftii ideo fpeciei noftro tribuendum.

Sect. 2. Fronte æquali, fub-convexa.

43. E. ferrugineus: oblongus niger, thorace fupra, elytrisque ferrugineis, his obfolete ftriatis, antennis acute ferratis.

Linn.

Linn. syst. nat. 2. 654. 20. *fn. sv.* 729. *Fabr. syst. eleut.* 2. 225. 25. *Oliv. ent.* 2. 31. 21. 22. *Tab.* 3. *f.* 35. *Herbst col.* 10. 27. 36. *Tab.* 160. *f.* 9. *Payk. fn.* 3. 23. 26. *Panz. fn.* 10. *f.* 10. *Marsh. ent. br.* 1. 382. 9.

Habitat in sylvis, apud nos rarissime.

Descr. Inter maximos nostratum; El. rufo fere latior, sed multo brevior, magis convexus. Caput parvum nigrum sub-nitidum, creberrime punctatum, fronte convexa, inter oculos producta, attenuata, apice tamen ipso obtusa; os & palpi obscure ferruginei. Antennæ longitudine thoracis, compressæ, nigro-piceæ, acute serratæ, articulis 2 & 3 parvis nodosis. Thorax latitudine medii fere brevior, anterius angustatus, emarginatus, lateribus rotundatus, marginatus, angulis posticis validis elongatis acutis carinatis; supra convexus, pulvinatus, creberrime subtilissime punctulatus, rufus, margine omni nigro, plerumque anguste, antico vero interdum late nigro-fusco; rarissime superficies tota infuscata. Scutellum ovatum depressum nigro-fuscum. Elytra thorace vix latiora, modice elongata, posterius sensim attenuata, apice obtusa, supra valde convexa, obsolete striata, confertissime granulato-punctata, rufo-ferruginea immaculata. Corpus subtus nigrum, confertissime punctulatum. Pedes toti nigri.

44. E. sanguineus: ater hirtus, thorace convexiori obsolete canaliculato, elytris sanguineis immaculatis, tarsis piceis.

Linn. syst. nat. 2. 654. 21. *fn. sv.* 731. *Fabr. syst. eleut.* 2. 238. 83. *Oliv. ent.* 2. 31. 40. 53. *Tab.* 1. *f.* 7. & *Tab.* 5. *f.* 48. *a. Herbst. col.* 10. 59. 65. *Tab.* 163. *f.* 3. *De Géer Ins.* 4. 151.

151. 13. Payk. fn. 3. 33. 37. a. Panz. fn. 5. f. 13. Panz. ent. Germ. 1. Tab. 8. f. omn. Marſh. ent. br. 1. 382. 20.

Elater ſanguineus major. Schall. Act. Hall. 1. 306. 2. 1.

Habitat in truncis putridis, & ſub cortice arborum emortuarum, ut & in pratis ſylvaticis paſſim.

Deſcr. Statura fere El. teſſellati, & ſæpe illo major; dantur tamen duplo minores & ultra, forte mares. Caput parvum atrum, fuſco-hirtum, fronte rotundata convexa, creberrime punctata. Antennæ longitudine thoracis, compreſſæ, nigræ, obtuſe ſerratæ, articulo ſecundo parvo nodoſo, tertio obconico, ſequentibus multo minori. Thorax ater ſub-nitidus, fuſco-hirtus, latitudine baſeos vix longior, anterius anguſtior, compreſſus, late rotundatus, marginatus, angulis poſticis rectis validis acutis carinatis; ſupra convexus, pulvinatus, crebre & ſat profunde punctatus, lineola impreſſa, poſtice evidentiori, canaliculatus. Scutellum oblongo-ovatum depreſſum atrum pubeſcens. Elytra antice thorace latiora, pone baſin a latere dilatata, dein verſus apicem ſenſim attenuata, apice rotundata, ſupra parum convexa, profunde punctato-ſtriata, interſtitiis ſubtiliſſime punctulatis; tota ſaturate ſanguineo-rufa nitida immaculata, pube tenui erecta fuſca adſperſa. Corpus ſubtus atrum, creberrime punctulatum, tenue pubeſcens. Pedes nigri, tarſis piceis.

45. E. ephippium: ater hirtus, thorace convexiori æquali, elytris ſanguineis macula ſuturali oblonga nigra, tarſis piceis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 238. 84. Oliv. ent. 2. 31. 41. 54. Tab. 5. f. 48. b. Herbſt. col. 10. 62. 68.

68. Tab. 163. f. 6. Panz. fn. 5. f. 14. Marsh. ent. br. 1. 383. 21.

Elater sanguineus var. Illig. Mag. 4. 101. *84. Payk. fn.* 3. 33. 37. *var. c.*

Habitat in sylvaticis apud nos rarius.

Descr. Statura & summa affinitas praecedentis, sed majoribus ejus individuis semper duplo minor, & diversus videtur. Thoracis structura ut in praecedente, sed lineolae mediae impressae vix rudimentum detegendum. Elytra sanguinea, macula suturali communi lanceolata, nec basin, nec apicem attingente, nigra, jam latiori, jam angustiori. Conformatio partium, color, pubescentia & omnia praeterea ut in praecedente omnino; num igitur vere distincta species, ulteriori peritorum examini subjicio.

46. E. praeustus: ater hirtus, thorace depressiori aequali, elytris sanguineis apice summo nigris, tarsis ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 2. 238. 85. Herbst. col. 10. 60. 66. Tab. 163. f. 4. Panz. fn. 93. f. 8. Illig. Mag. 4. 101. 85.

Elater sanguineus var. Payk. fn. 3. 33. 37. b.

Habitat in truncis arborum & pratis sylvaticis passim.

Descr. El. sanguineo iterum nimis affinis, sed triplo minor & ultra. Caput & antennae ut in praecedentibus. Thorax latitudine fere longior, supra minus convexus, creberrime & subtilissime punctulatus, sed ne minime canaliculatus. Elytra saturate sanguinea, apice ipso plus minusve nigro. Tarsi dilutius ferruginei; cetera ut in El. sanguineo omnia.

47. E. elongatulus: ater hirtus, thorace depreſſiori æquali, elytris ferrugineo-teſtaceis apice fuſcis, tarſis piceo-ferrugineis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 239. 90. Oliv. ent. 2. 31. 43. 57. Tab. 6. f. 58. Illig. Mag. 4. 101. 90.

Elater ſanguineus minor. Schall. Act. Hall. 1. 306. 2. 2.

Elater Glycereus. Panz. ent. Germ. 1. 241. 41.

Elater ſanguineus var. Payk. fn. 3. 34. 37. var. d.

Habitat in truncis putridis & ſub cortice arborum emortuarum, non infrequens.

Deſcr. Etjam hic præcedentibus nimis affinis, ſed tamen diſtinctus videtur; magnitudo valde variat; majores vero illis El. ſanguinei ſemper cedunt, El. ephippio fere æquales; alii El. balteatum vix ſuperant. Caput & antennæ ut in prioribus. Thorax ut in El. præuſto, latitudine fere longior, parum convexus, minime canaliculatus, tenue at confertiſſime punctulatus, ater, ſub-nitidus, pube erecta fuſco- & griſeo-mixta adſperſus. Elytrorum forma ut in prioribus, ſed color aut pallide flavo-ferrugineus, aut ſaturatius ferrugineus vel brunneus, nunquam vero ſanguineus; apex obſolete & parum infuſcatus; ſtriæ elytrorum minus profunde impreſſæ, punctis minoribus. Corpus & pedes nigra ut in prioribus, & tarſi ferrugineo-picei.

Obſ. In his quatuor, nimis cognatis ſpeciebus, ambi ſexus occurrunt, mares nempe ſemper minores, antennis thorace paullo longioribus, tenuioribus, articulo ultimo anguſtiori elongato. El. elongatulus Herbſt. col. 10. 97. 113. Tab. 167. f. 3. certe diſtincta ſpecies, uti monet Dom. Illig. loc. cit. ſed hic apud nos non occurrit.

48. E. balteatus: ater hirtus, antennis pedibusque piceis, elytris antice ultra medium rufo-ferrugineis.

Linn. syst. nat. 2. 654. 22. fn. sv. 732. Fabr. syst. eleut. 2. 239. 88. Oliv. ent. 2. 31. 42. 56. Tab 8. f. 77. Herbst. col. 10. 61. 67. Tab. 163. f. 5. De Géer. Inf. 4. 152. 14. Payk. fn 3. 31. 35. Panz. fn. 93. f. 9. Marsh. ent. br. 1. 384. 22.

Habitat in pratis sylvaticis, & in truncis putridis, sat frequens.

Descr. Statura præcedentium, sed minor. Caput parvum atrum hirtum, fronte rotundata convexa, crebre punctata. Antennæ longitudine thoracis, nigro-piceæ compressæ, obtuse serratæ, articulis 2 & 3 parvis nodosis. Thorax ater nitidus, fusco-hirtus, latitudine baseos vix longior, antice angustior, subemarginatus, lateribus rotundatus, tenue marginatus, angulis posticis rectis, acutis, carinatis; supra convexus, crebre punctulatus. Scutellum oblongo-ovatum nigrum punctatum. Elytra vix thorace latiora, elongata, apice attenuata, rotundata, supra convexa, profunde punctato-striata, interstitiis punctulatis; a basi ultra medium rufo-ferruginea, apice toto late nigro. Corpus nigrum sub-nitidum punctulatum. Pedes piceo-ferruginei, femoribus obscurioribus.

49. E. ustulatus: niger, antennis simplicibus, thoracis medio dilatato, elytris rufo-testaceis apice nigris.

Payk. fn. 3. 32. 36.

Var. *b*. Elytris rufo-testaceis immaculatis.

Payk. loc. cit. var. b

Habitat in Svecia Auſtrali rarius. *Dom. de Paykull.*

Deſcr. Inſectum non niſi in Muſæo Dom. de Paykull, oculo fugitivo, olim a me viſum, quare deſcriptionem ejus afferre licet. Statura El. balteati, ſed El. bipuſtulato vix major. Caput nigrum fronte integra, palpis interdum ruſeſcentibus. Antennæ longitudine thoracis, vel etjam breviores, jam fuſcæ, jam fuſco-rufeſcentes, articulis vix extrorſum craſſioribus, adeoque minime ſerratæ. Thorax in medio latitudine longitudinis, antice vero & poſtice anguſtior, angulis poſticis parvis parum prominulis; niger, nitidus, valde convexus, immarginatus, oculo acute armato ſubtiliſſime punctulatus. Scutellum nigrum minutum depreſſum, poſtice rotundatum. Elytra thoracis latitudine, at triplo fere longiora, poſtice ſenſim anguſtata; convexa, punctato-ſtriata, rufo-teſtacea, apice nigro. Pectus & abdomen nigra. Pedes jam antici flaveſcentes, tarſis obſcurioribus, intermedii & poſtici picei, tarſis piceo-flaveſcentibus; jam femora & tibiæ omnes piceo-flaveſcentia, tarſis dilutioribus.

Var. b. differt tantum elytrorum apice concolore.

50. E. triſtis: niger pubeſcens, antennis pedibusque piceo-ferrugineis, elytris baſi margineque exteriori griſeo-pallidis.

Linn. ſyſt. nat. 2. *655. 26. fn. ſv. 736. Fabr. ſyſt. eleut.* 2. *236. 75. Oliv. ent.* 2. *31. 46. 64. Tab.* 4. *f. 39. a, b. Herbſt. col.* 10. *90.* 103. *Tab.* 166. *f. 5. Payk. fn.* 3. *29. 33.*

Habitat in truncis putridis rarius; in Dalekarliæ montoſis frequentior.

Deſcr.

Defcr. Magnitudo & ftatura El. balteati. Caput parvum nigrum, fronte convexa rotundata, crebre punctulata. Antennæ longitudine thoracis, fufco-piceæ, verfus bafin dilutius ferrugineæ, obtufe ferratæ, articulis 2 & 3, parvis obconicis. Thorax niger fub-nitidus, tenue pubefcens, latitudine medii vix longior, antice emarginatus, lateribus rotundatus, tenue marginatus, angulis pofticis acutis carinatis. Scutellum depreffum oblongo-ovatum nigrum punctatum. Elytra thorace parum latiora, modice elongata, pofterius fenfim attenuata, apice rotundata, fupra parum convexa, profunde punctato-ftriata, interftitiis creberrime granulato-rugofis; nigra, fub-opaca, macula magna cuneata in bafi interiori, margineque externo late flavo-grifeis. Corpus nigrum punctulatum, tenue pubefcens. Pedes ferrugineo-picei, femoribus nigricantibus.

51. E. nigrinus: niger nitidus fub-pubefcens, antennis pedibusque piceis, thorace antice anguftiori, elytrorum interftitiis rugofis.

Payk. fn. 3. 39. 44. *Herbft. Archiv. 5. 114. 33.*

Elater pilofulus. Herbft. col. 10. *69.* 76. *Tab.* 164. *f.* 2.

Habitat in fylvaticis, in truncis arborum, & in frondibus abietis non infrequens.

Defcr. Statura proxime præcedentium, & El. balteato paullo minor, anguftior. Caput nigrum nitidum, fronte convexa rotundata, crebre punctata; os piceum. Antennæ thorace paullo longiores, obfcure piceæ, vix ferratæ, articulis obconicis, 2 & 3 parvis nodofis. Thorax niger nitidus, tenue pubefcens, latitudine bafeos vix longior, anterius anguftior, parum emarginatus, lateribus nonnihil rotun-

 datus,

datus, vix marginatus, angulis posticis rectis acutis sub-carinatis; supra convexus, crebre subtiliter punctatus. Scutellum depressum oblongo-ovatum nigrum. Elytra latitudine thoracis, elongata, apicem versus attenuata, rotundata, modice convexa, punctato-striata, interstitiis rugoso-granulatis; tota nigra, sub-nitida, tenue pubescentia. Corpus nigrum punctulatum, holosericeo-pubescens, ano piceo. Pedes picei, tarsis dilutius testaceis.

52. E. ruficollis: oblongus niger glaber, thorace lævi rubro, medio latiori, antice nigro, elytris sub-coeruleis.

Linn. syst. nat. 2. *653.* 14. *fn. sv.* 724. *Fabr. syst. eleut.* 2. 237. 78. *Oliv. ent.* 2. *31.* 44. *60. Tab. 6. f. 61. a, b. Herbst. col. 10. 50.* *57. Tab. 162. f.* 7. *De Géer Ins.* 4. 153. *16. Payk. fn. 3. 38.* 43. *Marsh. ent. br.* 1. *376.* 2.

Habitat in graminosis aridis rarius.

Descr. El. balteato fere duplo minor. Caput nigrum nitidum, fronte convexa, vix punctulata, antice rotundata, margine reflexo. Antennæ nigræ, tenues, vix serratæ, longitudine thoracis, articulis obconicis, secundo reliquis breviori. Thorax latitudine medii vix longior, antice sub-emarginatus, lateribus rotundatus, immarginatus, posterius angustior, angulis brevibus acutis; supra valde convexus, fere lævis, nec nisi sub oculo acute armato, subtilissime punctulatus, glaber, læte ruber, nitidus, antice late, postice anguste niger. Scutellum depressum nigrum cordatum, apice acuminatum. Elytra thorace paullo latiora, parum elongata, apice rotundata, supra modice convexa, profunde punctato-striata, interstitiis subtilissime granulatis; nigro-cœrulescentia, glabra,

glabra, ſub-nitida, Thorax ſubtus niger glaber, macula maxima ovata rubra utrinque. Pectus & abdomen nigra ſub-lævia. Pedes nigri, tarſis fuſco-ferrugineis.

53. E. pulchellus: oblongus niger convexus, thorace elongato carinato, elytris flavo-maculatis, pedibus pallidis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 656. 35. *fn. ſv.* 745. *Fabr. ſyſt. eleut.* 2. 243. 114. *Oliv. ent.* 2. 31. 51. 73. *Tab.* 4. *f.* 38. *a*, *b*. *Herbſt. col.* 10. 87. 100. *Tab.* 166. *f.* 2. *Payk. fn.* 3. 22. 25. *Panz. fn.* 76. *f.* 8.

Var. *b.* Elytris pallidis, macula baſeos communi, altera paullo ante, tertia pone medium nigris, his plerumque externe connexis. *Illig. Mag.* 4. 102. 123.

Elater trimaculatus. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 245. 123.

Var. *c.* Elytris nigris, lineola pone humerum, punctoque rotundo pone medium pallidis. *Payk. loc. cit. not.*

Var. *d.* Elytris nigris, puncto tantum unico pone medium pallido.

Var. *e.* Elytris nigris immaculatis. *Payk. loc. cit. not.*

Habitat in arenoſis, agris, paſſim; in arena volatili Hallandiæ, Scaniæ, frequens.

Deſcr. Inter minimos noſtratum hujus generis. Caput porrectum nigrum, fronte magna fere plana, creberrime rugoſo-punctata, antice rotundata margine

gine sub-reflexo. Antennæ vix longitudine thoracis, tenues, sub-serratæ, ferrugineæ, extrorsum nigricantes. Thorax totus niger opacus, latitudine medii fere dimidio longior, antice sub-emarginatus, lateribus rotundatus, tenue marginatus, medio dilatatus, angulis posticis prominulis acutis carinatis, carinula antrorsum ultra medium producta; supra valde convexus, crebre subtilissime longitudinaliter rugulosus, tenue pubescens, carinula media sub-elevata glabra. Scutellum depressum ovatum nigrum pubescens. Elytra thorace paullo latiora, posterius attenuata, apice rotundata, supra valde convexa, profunde punctato-striata, interstitiis fere carinatis, tenue granulatis; nigra, pube albida rigida nitente adspersa; antice prope basin fascia semicircularis pallide, ab humero arcuatim versus suturam ducta, in medio interrupta; paullo pone medium macula centralis rotundata, & intra apicem alia oblonga ejusdem coloris; interdum etjam sutura pallida, & signaturæ ita dilatatæ, ut elytra pallida dici queant, maculis tribus magnis nigris, prima scutellari communi, secunda paullo ante & tertia pone medium, difformibus, plerumque margine connexis, ut in var. b; alia vice signaturæ pallidæ fere obliteratæ, remanente tantum lineola pone humerum, & macula centrali, ut in var. c; vel etjam macula centralis unice residua, ut in var. d; demum etjam evanescit hæc ultima omnino, & elytra nigra immaculata evadunt, ut in var. e; omnes tamen in ceteris simillimi, non distinguendi. Corpus subtus nigrum punctulatum, ano testaceo. Pedes pallide testacei.

54. E. 4-pustulatus: brevior niger pubescens, elytris depressis tenue striatis impunctatis, punctis duobus pedibusque pallidis.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 2. 248. 137. *Payk. fn.* 3. 44. 51. *Herbst. col.* 10. 143. 187.

Var. *b.* Elytris immaculatis. *Payk. loc. cit. not.*

Elater Dermestoides. Herbst. col. 10. 85. 96. *Tab.* 165. *f.* 10.

Habitat in littoribus lacuum arenosis passim.

Descr. Affinis quidem praecedenti, sed vere distinctus, duplo minor, adeoque minimus nostratum, cryptophago cellari aequalis. Caput latum nigrum, fronte fere plana, subtilissime punctulata; os testaceum. Antennae longitudine thoracis, articulis obconicis, nigrae, basi testaceae. Thorax niger sub-nitidus, latitudine medii vix longior, antice emarginatus, lateribus rotundatus, evidenter marginatus, medio dilatatus, angulis posticis iterum prominulis acutis carinatis; supra convexus, crebre at tenue punctulatus, griseo-pubescens, carinula media sub-elevata laevi glabra. Scutellum depressum cordatum nigrum. Elytra thorace latiora, & tantum duplo longiora, ovata, apice obtuse rotundata, supra sub-depressa, tenue striata striis laevibus, interstitiis planis, vix punctulatis; nigra, pubescentia, macula humerali majori, & alia paullo intra apicem minori rotundata flavescentibus. Corpus nigrum sub-pubescens. Pedes pallide testacei vel flavescentes.

Fam. 2. Ore deflexo, fronte obtusa.

55. E. aterrimus: elongatus niger opacus punctatissimus, thorace sub-lineari postice canaliculato, pedibus fusco-piceis.

Linn. syst. nat. 2. 653. 17. *fn. sv.* 726. *Payk. fn.* 3. 6. 8. *Marsh. ent. br.* 1. 380. 14.

Elater atratus. Illig. Mag. 4. 100. 63.

Elater obscurus. Oliv. ent. 2. 31. 29. 35. *Tab.* 8. *f.* 76.

Elater nigrinus. Herbst. col. 10. 43. 49. *Tab.* 161. *f.* 11.

Elater. Schall. Act. Hall. 1. 309. *spec.* 2.

Habitat in pratis sylvaticis passim.

Descr. Longitudo fere El. tessellati, sed angustior; variat etjam duplo minor. Caput parvum nigrum retractum, fronte convexa, creberrime punctata, antice rotundata. Antennæ longitudine thoracis, nigræ, sub-serratæ, articulis 2 & 3 paullo minoribus. Thorax latitudine dimidio longior, antice sub-emarginatus, lateribus parum rotundatus, vix marginatus, angulis posticis validis acutis elongatis prominulis; supra valde convexus, præsertim antice, totus niger, opacus, creberrime punctatus, basi lineola impressa canaliculatus. Scutellum ovatum nigrum depressum, pubescens. Elytra nigra, parum nigra, tenue pubescentia, antice thorace latiora & fere triplo longiora, apicem versus attenuata, acuminata, supra modice convexa, minus profunde crenato-striata, interstitiis confertissime punctulatis. Corpus nigrum punctulatum, tenue holosericeo-pubescens. Pedes picei, tarsis dilutioribus.

Obs. Hunc El. aterrimum Cl. Linnæi esse, indubium mihi videtur.

56. E. **brunneus**: brevior rufo-ferrugineus punctatissimus, capite, antennis, thoracis lineis tribus, pectore abdominisque basi nigris.

Linn.

Linn. syst. nat. 2. 653. 10. *fn. sv.* 721. *Fabr. syst. eleut.* 2. 237. 79. *Oliv. ent.* 2. 31. 43. 58. *Tab.* 3. *f.* 30. *Herbst. col.* 10. 63. 69. *T.* 163. *f.* 7. *Payk. fn.* 3. 28. 32.

Elater nigro-maculatus. De Geer, Inf. 4. 158. 19.

Var. *b.* Thorace nigro, angulis omnibus ferrugineis, abdomine latius infuscato.

Habitat in pratis sylvaticis, præsertim in floribus umbellatis, non infrequens.

Descr. El. balteato paullo major, latior. Caput deflexum nigrum opacum, fronte creberrime puncta-ta. Antennæ thorace fere breviores, serratæ nigræ, articulo primo magno, plerumque testaceo, 2 & 3 parvis angustis obconicis. Thorax longitudine vix latior, antice sub-emarginatus, lateribus parum ro-tundatus, acute marginatus, angulis posticis validis rectis acutis carinatis; supra modice convexus, cre-berrime sed non profunde punctatus, basi sub-canali-culatus, rufo-ferrugineus, linea media jam latiori, jam angustiori, basin vix attingente, aliaque margi-nali utrinque, nigris. Scutellum rotundatum depres-sum nigrum pubescens. Elytra antice thorace nonni-hil latiora, & vix plus quam duplo longiora, apicem versus sensim attenuata, acuminata, supra modice convexa, tenue striata, interstitiis confertissime gra-nulato-punctatis; rufo-brunnea opaca, sutura sæpe obscuriori. Thorax subtus rufo-ferrugineus, medio postico, & interdum lateribus linea nigra; pectus ni-grum; abdomen rufo-ferrugineum punctulatum, basi nigrum. Pedes rufo-ferruginei, femoribus inter-dum basi nigro-piceis.

Var. b. differt tantum thoracis disco toto nigro, angulis vero omnibus rufo-ferrugineis; abdomen & femora etjam in hac varietate magis obscura; variat etjam elytris obscurius fusco-brunneis.

57. E.

57. E. fugax: brevior niger punctatissimus, aureo-pubescens, elytris castaneis, tibiis tarsisque ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 2. 237. 80.

Elater brunneus var. Payk. fn. 3. 29. 32. *b.*

Elater vulgaris. Herbst. Archiv. 5. 114. 32.

Var. *b.* elytris nigricantibus.

Habitat in floribus umbellatis, præsertim Heraclei, non infrequens.

Descr. Statura & summa affinitas præcedentis, sed plerumque paullo minor, angustior. Conformatio partium omnino ut in priore, sed antennæ paullo longiores, vix basi testaceæ; Thorax latitudine longior, totus supra & infra niger immaculatus, pube subtilissima holosericea, certo situ aureo-micante adspersus; Elytra obscurius brunnea, sutura plerumque nigriori; rarius elytra tota fusco-nigra, ut in var. b. Corpus totum subtus nigrum, pube tenuissima fulvo-nitente obsitum, margine anali tenue testaceo. Femora nigra, apice testacea; tibiæ & tarsi ferruginei. An modo mas vel varietas præcedentis?

58. E. Segetis: oblongus fuscus, griseo-pubescens, antennis pedibusque testaceis, elytris griseis fuscolineatis.

Bierkand. Act. Holm. 1779. 284. *Tab.* 10. *f.* 1-3.

Elater lineatus. Linn. syst. nat. 2. 653. 15. *Oliv. ent.* 2. 31. 46. *Tab.* 3. *f.* 32. *Herbst. col.* 10. 64. 70. *Tab.* 163. *f.* 8. *Thunb. Act. Upf.* 5. 98. 18. *Marsh. ent. br.* 1. 377. 5.

Elater striatus. Fabr. syst. eleut. 2. 241. 103. *Payk. fn.* 3. 27. 31. *Panz. fn.* 93. *f.* 13.

Ha-

Habitat in agris, hortis, pratis, ſat frequens. Larva linearis glabra flaveſcens, capite brunneo; germinationem Tritici, Secalis, Hordei, graminum, copioſe deſtruit, agricolis perquam noxia; annos quinque & ultra in ſtatu primo peragit, antequam metamorphoſin ſubit; Pupa albida. *Bierkand. loc. cit.*

Deſcr. Medius, El. balteato major, latior. Caput deflexum retractum nigrum, denſe griſeo-pubeſcens, fronte convexa rotundata, crebre punctata. Antennæ thorace paullo longiores, totæ rufo-ferrugineæ, articulis obconicis, 2 & 3 anguſtioribus, ſed non brevioribus. Thorax plerumque niger, denſe griſeo-pubeſcens, unde fuſcus apparet; ſæpe tamen magis ferrugineus, præſertim margo anticus & anguli poſtici; præterea latitudine non longior, antice ſat profunde emarginatus, caput amplectens, ibique fere latior, ſed deflexus & compreſſus; latera fere recta, & anguli poſtici validi elongati acuti; ſupra valde convexus, creberrime punctulatus. Scutellum depreſſum rotundatum fuſcum, denſe griſeo-pubeſcens. Elytra baſi thorace latiora, & plus duplo longiora, apicem verſus ſenſim attenuata, rotundata, ſupra valde convexa, punctato-ſtriata, ſtriis per paria magis approximatis, apice connexis, interſtitiis ſubtiliſſime punctulatis; griſeo-flaveſcentia, interſtitiis alternis anguſtioribus fuſcis, præſertim duobus dorſalibus utrinque. Corpus ſubtus fuſcum pubeſcens, abdominis marginibus ferrugineis. Pedes teſtacei, femoribus interdum obſcurioribus.

Obſ. Nomina El. lineatus & ſtriatus a Fabricio & Olivierio in duplo uſitata, quare nomen a D. Bierkandro apte ſatis huic ſpeciei adjectum adoptavi.

59. E.

59. E. obscurus: brevis nigro-fuscus pubescens opacus, antice obtusus, thorace gibbo, antennis pedibusque fusco-testaceis.

Var. *b.* Elytris, antennis pedibusque dilutius testaceis.

Linn. syst. nat. 2. 655. 25. *fn. sv.* 735. *Marsh. ent. br.* 1. 377. 4. *Herbst. Archiv.* 5. 114. 37.

Elater. variabilis. Fabr. syst. eleut. 2. 241. 98. *Payk. fn.* 3. 26. 30.

Elater obtusus. De Géer. Ins. 4. 147. 5. *Tab.* 5. *f.* 19-22.

Elater hirtellus. Herbst. col. 10. 94. 109. *Tab.* 166. *f.* 11.

Habitat in agris, hortis, pratis, ubique vulgaris.

Descr. Similis praecedenti, sed paullo brevior, crassior, convexior; magnitudo variat. Caput valde retractum, deflexum, nigro-fuscum, griseo-pubescens, fronte rotundata, creberrime punctata. Antennae thorace vix longiores, fusco-ferrugineae, articulis brevibus cordatis, 2 & 3 angustioribus. Thorax niger opacus, griseo-pubescens, punctatissimus, latitudine fere brevior, antice late emarginatus, lateribus rotundatus, medio dilatatus, tenue marginatus, angulis posticis validis acutis prominulis; supra valde convexus, basi obsolete canaliculatus. Scutellum rotundatum nigrum pubescens. Elytra basi thorace latiora, apicem versus attenuata, acuminata, supra valde convexa, tenue punctato-striata, interstitiis confertissime punctulatis; dilutius nigro-fusca, opaca, tenue pubescentia. Corpus nigrum sub-nitidum punctulatissimum pubescens. Pedes fusco-ferruginei, femoribus nigro-piceis.

Var.

Var. b. colore tantum differt: antennæ, elytra & pedes dilute testacea; thoracis margo anticus & anguli postici etjam sæpe testacei, abdomen piceo-ferrugineum.

60. E. sputator: oblongus niger pubescens sub-nitidus, thorace longiori sub-lineari, antennis, elytris pedibusque testaceis.

Linn. syst. nat. 2. 654. 24. *fn. sv.* 734. *Fabr. syst. eleut.* 2. 240. 94. *Payk. fn.* 3. 20. 23.

Elater variabilis. Herbst. col. 10. 75. 85. *Tab.* 164. *f.* 11.

Elater fusculus. Illig. Mag. 4. 101. 94.

Var. *b.* Elytris fuscis, antennis pedibusque fusco-testaceis.

Habitat in pratis humidis rarius; in Uplandia *Dom. de Paykull;* in Hallandia, *ipse.*

Descr. Similis quidem præcedenti, sed plus duplo minor, & vere distinctus. Caput retractum nigrum pubescens, fronte magna convexa rotundata, crebre punctata. Antennæ thorace paullo longiores, pallide testaceæ, simplices, articulis obconicis. Thorax latitudine paullo longior, antice emarginatus, lateribus fere rectus, sub-linearis, immarginatus, supra convexus, creberrime punctatus, pubescens, obsolete canaliculatus, niger sub-nitidus, margine summo antico, angulisque posticis testaceis. Scutellum rotundatum fusco-testaceum pubescens. Elytra basi thorace paullo latiora, & fere triplo longiora, posterius attenuata, sub-acuminata, supra modice convexa, sat profunde punctato-striata, interstitiis tenue punctulatis; aut dilutius testacea, aut obscurius fusco-picea,

picea, aut fere nigro-picea, pubefcentia. Corpus nigrum, abdomine interdum piceo. Pedes teftacei, jam dilutiores, jam magis obfufcati.

Obf. El. Sputator Linnæi huc pertinere mihi videtur.

61. E. marginatus: lineari-elongatus fufco-piceus, thoracis limbo pedibusque rufo-ferrugineis, elytris teftaceis, futura margineque nigris.

Linn. fyft. nat. 2. 654. 23. *Fn. fv* 733. *Fabr. fyft. eleut.* 2. 236. 76. *Herbft. col.* 10. 76. 86. *tab.* 164. *f.* 12.

Elater lateralis. Oliv. ent. 2. 31. 50. 71. *tab.* 8. *f.* 80. *a, b.*

Elater lineatus. De Geer Inf. 4. 158. 20.

Elater dorfalis. Payk. fn. 3. 4. 5.

Elater futuralis. Marfh. ent. br. 1. 379. 11.

Var. *b.* Dilutior, thorace rufo-ferrugineo, difco obfcuriori, elytrorum futura parum infufcata.

Elater ftictieus. Panz. fn. 77. *f.* 9.?

Habitat in fylvaticis, præfertim betuletis, frequens.

Defcr. El. balteato vix brevior, fed multo anguftior, linearis, tenuis. Caput obtufum nigro-piceum, fronte crebre punctata, inter antennas producta, ore ferrugineo. Antennæ thorace longiores, tenues, fimplices, plerumque totæ rufo-teftaceæ, interdum extrorfum obfcuriores, articulis obconicis, 2 & 3 paullo minoribus. Thorax latitudine multo longior, linearis, antice truncatus, lateribus rectis acute marginа-

ginatis, angulis posticis acutis parum prominulis; supra modice convexus, crebre punctatus, pubescens, aut rufo-testaceus, disco plus minusve nigro-fusco, aut niger, angulis omnibus & laterihus tenue testaceis. Scutellum ovatum depressum fusco-testaceum. Elytra thorace vix latiora, valde elongata, sub-linearia, apice rotundata, supra parum convexa, regulariter punctato-striata, interstitiis crebre rugoso-punctatis, pallide testacea, sutura nigro-fusca, anterius latius, & plerumque margo lateralis postice anguste nigro-fuscus. Corpus subtus nigro-piceum, subnitidum, abdominis margine anoque testaceis. Pedes toti pallide ferruginei.

Var. b. plerumque paullo major; thoracis discus & elytrornm sutura parum infuscata; corpus subtus pallidius fusco-testaceum; forte femina.

62. E. limbatus: lineari-elongatus niger pubescens, antennis subserratis pedibusque pallide ferrugineis, elytris testaceis, sutura margineque nigrofuscis.

Fabr. syst. eleut. 2. 242. 109. *Payk. fn.* 3. 43. 49. *Thunb Ins. spec.* 3. 64. *Oliv. ent.* 2. 31. 52. 75. *Tab.* 7. *f.* 73. *a-d.?*

Elater pusillus. Herbst. col. 10. 85. 97. *Tab.* 165. *f.* 11.

Elater nitidulus. Marsh. ent. br. 1. 380. 12.

Var. *b.* Elytris testaceis, sutura margineque vix infuscatis.

Elater palleus. Fabr. syst. eleut. 2. 242. 108.

Var. *c.* Elytris nigris, macula oblonga humerali testacea.

Elater lateralis. Herbst. col. 10. 101. 119. Tab. 167. f. 9.

Elater minutus var. Oliv. ent. 2. 31. 53. 76. Tab. 6. f. 62. a, b.

Habitat in graminosis ad agrorum margines passim.

Descr. Statura elongata angusta praecedentis, sed quadruplo minor, El. pulchello paullo longior, non vero latior. Caput nigrum sub-nitidum, fronte convexa, crebre punctata, antice rotundata. Antennae thorace longiores, crassiusculae, totae pallide ferrugineae, pubescentes, obtuse serratae, articulis 2 & 3 angustioribus obconicis. Thorax latitudine vix longior, antice fere truncatus, ibique paullo latior, lateribus vix rotundatus immarginatus, angulis posticis porrectis acutis; supra convexus, crebre punctatus, pubescens, niger, sub-nitidus, margine antico anguste, ipsoque apice spinarum interdum testaceis. Scutellum ovatum nigrum nitidum laeve. Elytra thorace vix latiora, valde elongata, apicem versus attenuata, supra modice convexa, sat profunde punctato-striata, interstitiis vix punctulatis; testacea, pubescentia, sutura tota satis late, margineque externo posterius anguste, nigro-fuscis. Corpus subtus nigrum nitidum, ano testaceo, Pedes toti pallide ferruginei.

Var. b. differt tantum elytris fere totis pallidis; sutura tamen plerumque anterius paullo obscurior.

In var. c. Elytra nigra, macula magna elongata humerali testacea; in ceteris omnino eadem.

63. E. Alni: oblongus sub-cylindricus niger glaber, antennis crassis pedibusque rufo-testaceis, elytris rufis, macula postica nigra.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 2. 246. 127.

Elater corticalis. Payk. fn. 3. 43. 50.

Elater testaceus. Herbst. col. 10. 101. 118. *Tab.* 167. *f.* 8.

Habitat in truncis Alni, Betulæ, in Westrogothia rarius.

Descr. Præcedente paullo brevior, obtusior, magis convexus; occurrit etjam duplo major. Caput nigrum sub-nitidum, fronte convexa, profunde sed non crebre punctata, antice foveola impressa; clypeus dilatatus, emarginatus, fere quadridentatus. Antennæ thorace longiores, valde incrassatæ, rudes, pubescentes, totæ ferrugineæ, articulis fere quadratis, 2 & 3 minoribus, ultimo ovato longiori. Thorax latitudine brevior, antice fere truncatus, ibique latior, lateribus rotundatus, angulis posticis prominulis validis acutis; supra valde convexus, crebre punctatus, niger nitidus glaber, margine summo antico, & interdum angulis posticis apice rufo-ferrugineis. Scutellum ovatum piceum læve nitidum. Elytra thorace paullo latiora, pone basin dilatata, elongata, sub-cylindrica, apice ipso attenuata, sub-acuminata, supra valde convexa, profunde sed irregulariter punctata, saturate rufa, glabra, macula magna oblonga nigra in disco postico, margines vix utrinque attingente. Corpus subtus nigrum nitidum, glabrum, punctatum. Femora rufo-picea, tibiis tarsisque rufo-ferrugineis.

64. E. **cruentatus**: linearis convexus niger obscurus, antennis, pedibus, elytrorum margine, abdominisque segmentis sanguineis.

Habitat in Finlandia rarissime. *Dom. Sahlberg.*

Defcr. Longitudo fere El. balteati, fed convexior, linearis. Caput retractum nigrum punctatum, ore deflexo, fronte convexa, obtufa, canaliculata; mandibulæ rufefcentes apice nigræ; palpi pallidiores. Antennæ fanguineæ, thorace paullo longiores, extrorfum craffiores, articulis fere lentiformibus, primo majore bafi fufco. Thorax antice latior, fupra valde convexus, creberrime punctulatus, niger, linea media impreffa canaliculatus, in medio dorfi utrinque foveola oblonga transverfa impreffa, aliaque obfoletior verfus bafin; Spinulæ pofticæ bafi laterali, ut & futuræ pectorales fanguineæ. Scutellum nigrum punctulatum obtufum. Elytra linearia convexa, thorace triplo longiora, crenato-ftriata, nigra, margine laterali, futuraque verfus apicem fanguineis. Abdomen nigrum nitidum, margine, lineolaque obliqua in quovis fegmento intra marginem utrinque fanguineis. Pedes breves fanguinei, femoribus quatuor, pofticis fubtus macula fufca.

Obf. Statura & partium formatione cum El. alni & pygmæo proxime convenit, generi Melafidi affinis.

65. E. pygmæus: oblongus fub-cylindricus niger, tibiis tarfisque pallidis, elytris vix ftriatis, antennis craffis, maris acute ferratis.

Fabr. fyft. eleut. 2. *246.* *129.* *Payk. fn.* *3.* *42.* *48.* *Herbft. col.* *10.* *96.* 112. *Tab.* *167.* *f.* *2.*

Habitat in truncis arborum rarius.

Defcr. Statura cylindrica obtufa præcedentium, & El. limbato fæpe brevior, fed magnitudine variat. Caput fatis magnum deflexum atrum, fronte valde convexa, crebre punctulata. Antennæ craffæ, bafi approximatæ; maris dimidio corpore longiores, nigræ, acute ferratæ, extrorfum fere pectinatæ, articulo fecundo breviori nodofo; feminæ longitudine thoracis, extrorfum dilutius piceo-teftaceæ, articulis

lis brevibus perfoliatis, ſub-cordatis, ultimo oblongo-ovato. Thorax poſtice longitudine fere latior, anterius anguſtatus, compreſſus, ibique emarginatus, lateribus rotundatus, acute marginatus, angulis poſticis rectis elongatis acutis; ſupra valde convexus, confertiſſime punctulatus, tenue griſeo-pubeſcens, totus niger opacus; in medio dorſi interdum foveolæ duæ rotundæ impreſſæ, quæ tamen ſæpe deſunt. Scutellum parvum depreſſum rotundatum nigrum. Elytra thorace triplo longiora, baſique paullo latiora, apicem verſus ſenſim anguſtata, ſub-acuminata, ſupra convexa, creberrime rugoſo-punctata, punctis inordinatis, ſtria tantum ſuturali impreſſa evidentiori, & rudimentum obſoletis ſtriarum verſus apicem. Corpus nigrum crebre punctulatum, ano piceo. Femora nigro-picea, tibiis tarſisque dilutius teſtaceis.

M E L A S I S.

Palpi 4 Clavati, articulo ultimo ovato. Labium membranaceum integrum.

Antennæ flabellatæ, vel ſimplici ſerie pectinatæ.

Corpus cylindricum. Caput intra thoracem retractum. Thorax poſtice utrinque ſpina armatus, ſubtus mucrone pectorali nullo.

1. M. bupreſtoides: nigra opaca, thorace antice latiori vix canaliculato, elytrorum ſtriis interruptis, vix punctatis.

Illig. col. bor. 1. *348.* 1. *Mag. 5. 226.* 1. *A.*

Elater bupreſtoides. Linn. ſyſt. nat. 2. *656. 37. Fn. ſv. 742.*

Melasis flabellicornis. *Fabr. syst. eleut.* 2. 331. 1. *Payk. fn.* 1. 320. 1. *Herbst. col.* 5. 49. 1. *Tab.* 47. *f.* 1. *a.*

Hispa flabellicornis. *Rhén in Schneid. Mag.* 2. 236. 3.

Ptelinus flabellicornis. *Kugell. in Schneid. Mag.* 4. 491. 3.

Habitat in truncis emortuis Fagi, Salicis, Betulæ, Alni, in Blekingia, Scania, Hallandia, Westrogothia, passim.

Descr. Longitudo El, balteati, sed angustior, convexior, sub-cylindrica; mas fere duplo minor. Caput magnum nigrum, intra thoracem valde retractum, fronte convexa, confertissime punctata, sub-inæquali, non vero canaliculata; palpi pallide testacei. Antennæ thorace breviores, crassæ, fusco-ferrugineæ, articulo primo magno arcuato nigro-piceo, 2, 3, parvis nodosis, sequentibus perfoliatis, uno versu magis productis, lamellis ovatis, obtusis pilosis, exterioribus sensim majoribus. Thorax latitudine antice late emarginatus, angulis productis rotundatis, lateribus obliquis, marginatis, posterius multo angustior, angulis posticis in spinam brevem acutam productis; supra valde convexus, crebre & profunde punctatus, tenue pubescens, totus niger, parum nitidus; in medio baseos lineola impressa obsoleta, abbreviata. Scutellum rotundatum nigrum depressum. Elytra tota nigra opaca, thoracis basi latiora, pone basin dilatata, valde elongata, apicem versus attenuata, sub-acuminata, supra convexa, sat profunde striata, striis hinc inde interruptis, unde rude punctata interdum apparent; interstitia confertissime granulato-sub-rugosa. Corpus nigrum, sub-nitidum, creberrime punctulatum. Pedes breves validi compressi, femoribus nigro-piceis, tibiis tarsisque dilutius rufo-ferrugineis.

Obs.

Obs. Melasis Elateroides. Illig. Mag. 5. 226. B. ad quam pertinent Synonyma: Melasis buprestoides Oliv. Ent. 2. 30. 4. 1. tab. 1. f. 1. & Melasis flabellicornis Panz. Fn. 3. f. 9. nostro quidem valde affinis, sed differt: Thorax toto evidenter canaliculato, fronteque linea impressa longitudinali; Antennarum lamellæ etjam longiores, acuminatæ; hæc species vero apud nos non occurrit, quantum mihi innotuit.

BUPRESTIS.

Palpi filiformes articulo ultimo obtuso.

Maxilla obtusa, unidentata.

Ligula cylindrica acuminata.

Antennæ breves filiformes serratæ.

Fam. I. Elytris apice bi-dentatis.

1. B. ænea: fusco-ænea, subtus cuprea, capite thoraceque rugoso-variolosis, elytris striatis rugosis, apice attennatis.

Linn. syst. nat. 2. *662. 19. Fn. sv. 758. Oliv. ent.* 2. *32. 16. 15. Tab. 6. f. 57. Herbst. col. 9. 188.* III. *Tab. 150. f. 19. Illig. Mag.* 2. *249.* 14. *& M.* 4. *86. 16.*

Buprestis carniolica. Fabr. syst. eleut. 2. *189. 16.*

Buprestis subrugosa. Herbst. col. 9. 92. 49. Tab. 143. f. 2. *Payk. fn.* 2. *218. 5.*

Habitat in sylvis, apud nos rarius.

Descr. B. rustica major, latior, valde rugosa. Caput deflexum fusco-æneum, fronte depressa, valde rugosa. Antennæ thorace multo breviores, fusco-

æneæ, acute ſerratæ. Thorax brevis transverſus, antice late emarginatus, lateribus rotundatus, in medio valde dilatatus, angulis poſticis iterum prominulis acutis; ſupra parum convexus, inæqualis, utrinque arcuatim impreſſus, fuſco-æneus, punctis profundis & rugis confluentibus varioloſus; ante ſcutellum puncta duo majora profunde impreſſa. Scutellum minutum orbiculatum æneum. Elytra thoracis baſi multo latiora, pone baſin adhuc magis dilatata, in medio marginis ſat profunde ſinuato-emarginata, poſterius valde attenuata, apice elongata, truncata, bidentata; ſupra modice convexa, dorſo & apice ſubſtriata, ceterum valde rugoſo-punctata, varioloſa, fuſco æneа, parum nitida. Corpus ſubtus fuſco-cupreum valde rugoſum. Pedes fuſco-cuprei granulato-punctati.

2. B. Berolinenſis: vireſcenti-ænea, ſubtus cuprea, thorace punctato ſub-canaliculato, elytris punctatiſſimis nigro-tuberculatis, apice attenuatis bidentatis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 188. 14. *Herbſt. col. 9. 90. 48. Tab.* 143. *f.* 1. *Payk. fn.* 2. 217. 4. *Panz. fn. 68. f. 16.*

Bupreſtis mariana. De Géer Inſ. 4. *128.* 1. *Tab.* 4 *f.* *18, 19.*

Var. *b.* Tibiis intermediis dente valido armatis, ano bidentato; forte mas. *Illig. Mag. 4. 86. 14.*

Bupreſtis calcarata. Fabr. ſyſt. eleut. 2. *188. 15.* *Schall. Act. Hall. 1. 310.*

Habitat in Svecia auſtrali rarius.

Deſcr. Præcedenti affinis, ſed paullo minor, præſertim anguſtior, minusque rugoſa. Caput deflexum vi-

vireſcenti-æneum, fronte creberrime punctata, ſubrugoſa. Antennæ fuſco-vireſcentes, thorace breviores, acute ſerratæ. Thorax brevis transverſus, ſtructura omnino ut in præcedente, ſupra obſcure vireſcenti-æneus, creberrime profunde punctatus, præſertim verſus latera, vix vero rugoſus, in medio dorſi lævior, nitidior, obſolete canaliculatus. Scutellum ut in priori. Elytrorum forma etjam eadem, ſed anguſtiora, magis convexa, vireſcenti-ænea nitidiora, dorſo & apice obſolete & tenue punctato-ſtriata, undique creberrime ſubtiliter punctata, tuberculis vel rugis elevatis majoribus nigricantibus politis, fere ſeriatim diſpoſitis adſperſa. Corpus vireſcenti-cupreum nitidum, ano tridentato. Pedes cupreo-vireſcentes ſcabri, granulati.

Var. b. in omnibus ſimillima, præterquam quod tibiæ intermediæ intus dente valido ſub-acuminato armatæ, & anus late emarginatus, unde tantum bidentatus.

3. B. conſperſa: ſupra nigro-ſubænea, thorace carinato, elytris ſtriatis æneo-variegatis, apice obtuſis obſolete bidentatis.

Fabr. ſupl. inedit. Secundum. Muſ. Dom. Lund.

Bupreſtis varioloſa. Payk. fn. 2. 219. 6. Herbſt. col. 9. 98. 53.

Bupreſtis plebeja. Herbſt. col. 9. 153. 85. Tab. 146. f. 9. & Tab. 144. f. 10. var. Oliv. ent. 2. 32. 89. 125. Tab. 12. f. 135.

Bupreſtis ruſtica. Herbſt. Archiv. 7. 174. 28.

Habitat in truncis Populi, ſalicis, paſſim.

Deſcr. Statura B. ruſticæ; præcedentibus minor, obſcurior, nec poſtice elongato-anguſtata. Caput deflexum nigro-æneum, fronte impreſſa, creberrime

 rugoſo

rugoſo-punctata. Antennæ thorace breviores nigræ, parum violaceo micantes, acute ſerratæ. Thorax brevis transverſus nigro-æneus, anticè late emarginatus, lateribus æqualiter rotundatus, angulis poſticis inflexis obtuſis; ſupra parum convexus, inæqualis, creberrime rugoſo-punctatus, linea media longitudinali elevata lævi nigra. Scutellum parvum breviſſimum transverſum, fuſco-æneum, poſtice tridentatum. Elytra thorace latiora, ante medium ſinuato-emarginata, apicem verſus attenuata, non vero elongato-anguſtata, apice ipſo obtuſa, obſolete bidentata; ſupra convexa, ſat profunde & rude ſtriata, ſtriis rugoſo-crenatis, inæqualia, nigro fuſca, maculis irregularibus ſparſis ſub-depreſſis pallide æneo micantibus. Corpus ſubtus obſcure purpuraſcenti-æneum, punctatum. Pedes ſcabri fuſco-ænei vel purpuraſcentes.

4. B. ruſtica: coeruleſcenti-ænea nitida, thorace anterius anguſtato, elytris ſtriatis, apice truncatis, bidentatis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 660. 8. *Fn. ſv.* 756. *Fabr. ſyſt. eleut.* 2. 204. 101. *Oliv. ent.* 2. 32. 67. 90. *Tab.* 3. *f.* 22. *Herbſt. col.* 9. 134. 76. *Tab.* 144. *f.* 8. *Payk. fn.* 2. 216. 3. *Panz. fn.* 68. *f.* 19. *Marſh. ent. br.* 1. 395. 1.

Bupreſtis violacea. De Géer Inſ. 4. 130. 4. *Tab.* 4. *f.* 10-17.

Var. *b.* Fronte maculis lineisque, thoracisque angulis anticis flavis, ano ſubtus maculis duabus ſinuatis fulveſcentibus.

Bupreſtis hæmorrhoidalis. Herbſt. col. 9. 137. 77. *Tab.* 144. *f.* 9.

Var.

Var. c. Fronte maculis lineisque, thoracisque angulis anticis flavis, abdomine ſubtus utrinque maculis quatuor fulvis, ultima majore ſinuata.

Bupreſtis punctata. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 191. 27. Oliv. ent. 2. 32. 22. 24. Tab. 10. f. 114. Herbſt. col. 9. 193. 116. Tab. 140. f. 5.

Habitat in ſylvaticis paſſim, non infrequens.

Deſcr. Media, ſed magnitudine, ut & colore valde variat. Caput deflexum vireſcenti-æneum, fronte creberrime rugoſo-punctata, vertice obſolete canaliculato. Antennæ tenues, ſerratæ, nigro-æneæ, longitudine fere thoracis. Thorax antice anguſtior, ibique late emarginatus, lateribus parum rotundatus, poſtice bi-ſinuatus, angulis inflexis ſub-acuminatis; ſupra modice convexus, crebre punctatus, præſertim verſus latera; vireſcenti-æneus nitidus. Scutellum minutum orbiculatum æneum. Elytra thorace latiora, pone baſin dilatata, in medio parum ſinuata-emarginata, apicem verſus anguſtata, apice obtuſa, obſolete bidentata; ſupra modice convexa, hinc inde impreſſa, in-æqualia, regulariter ſtriata, interſtitiis punctatis, præſertim verſus latera; color variat, vireſcens, viridi-æneus, aut cœruleſcens. Corpus vireſcenti-æneum nitidum, crebre punctatum, ſubpubeſcens. Pedes viridi-ænei.

Var. b. differt tantum ore, maculis duabus frontalibus, lineola ante oculos, aliaque in angulo antico thoracis, flavo-albidis; in ultimo abdominis ſegmento ſubtus maculæ duæ flavæ ſeu fulvæ ſinuatæ.

Var. c, in omnibus ſimilis var. b, ſed præterea ad latera abdominis ſubtus utrinque puncta tria flavo-rubra.

5. B. flavo-maculata: obscure nigro-ænea, fronte flavo-maculata, elytris striatis maculis quatuor flavis, abdomine subtus fulvo-maculato.

Fabr. syst. eleut. 2. 193. 41. Herbst. col. 9. 168. 94. Tab. 146. f. 8. Payk. fn. 2. 213. 1. Panz. fn. 22. f. 9.

Buprestis flavo-punctata. 2. De Géer Ins. 4. 129. 2.

Buprestis 8-guttata var. major. Oliv. ent. 2. 32. 30. 36. Tab. 4. f. 36.

Elater tetrastichon. Linn. syst. nat. 2. 656. 36.

Var. *b.* Maculis elytrorum vario modo longitudinaliter confluentibus. *Payk. loc. cit. var. b.*

Buprestis maculata. Fabr. syst. eleut. 2. 193. 40. Oliv. ent. 2. 32. 29. 35. Tab. 10. f. 61. c. an & Tab. 6. f. 61. a, b.? Herbst. col. 9. 171. 95. Tab. 150. f. 2. an & f. 1.?

Buprestis 9-maculata. Linn. syst. nat. 2. 662. 17?

Habitat in sylvis, apud nos rarius.

Descr. Magnitudo, statura & affinitas B. rusticæ. Caput deflexum nigro-æneum, creberrime rugoso-punctulatum, ore, maculisque variis flavis; inter antennas plerumque macula major quadrangula flava, puncta bina nigra includens; frons obsolete canaliculata. Antennæ longitudine thoracis, tenues, nigræ, serratæ. Thoracis forma omnino ut in præcedente; supra modice convexus, crebre & profunde punctatus, nigro-virescens, linea flavo-rufescente integra intra marginem utrinque, margine ipso tenue nigro-æneo;

æneo; margo anticus verſus latera tantum anguſte flavus. Scutellum ut in priori. Elytrorum ſtructura etjam omnino eadem; ſupra tamen profundius ſtriata, fere ſulcata apparent, interſtitiis etjam evidentius punctatis; nigro-ænea, interdum cœruleo vel vireſcenti micantia; in ſingulo maculæ quatuor flavæ, longitudinaliter collocatæ, irregulares, compoſitæ, ſive ſtriis interruptæ, magnitudine & figura nimis variantes. Corpus ſubtus obſcure nigro-æneum, creberrime rugoſo-punctatum, tenue pubeſcens; in thorace & pectore maculæ & lineæ plures flavo-rufeſcentes; in qvovis ſegmento abdominis utrinque macula triangularis ejusdem coloris, ultimis duabus majoribus, & in diſco ventris ſæpe puncta 4 vel 6, paria, jam majora, jam minuta, fulva. Pedes nigro-ænei, femoribus anticis incraſſatis arcuatis, tibiisque ejusdem paris incurvatis, apice ſpina valida reflexa armatis, ſaltem in altero ſexu.

Var. b. Differt tantum maculis elytrorum per paria longitudinaliter confluentibus. In Muſæo Dom. Schönherr ſpecimen vidi maculis elytrorum tantum ſenis, deficientibus duabus baſeos; in illo etjam maculæ in diſco ventris majores lateralibus; talis forte ſub nomine B. 9. maculatæ a Cl. Linnæo deſcripta.

6. B. octo-guttata: nigro-coerulea nitida. thorace linea laterali, elytris maculis quinque, abdomine plurimis quadrifariis flavo-albidis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 659. 2. fn. ſv. 753. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 201. 86. Oliv. ent. 2. 32. 30. 36. var. minor. Tab. 11. f. 126. Herbſt. col. 9. 166. 93. Tab. 146. f. 7. Herbſt. Archiv. 5. 118. 7. Tab. 28. a. f. 7. a, b. Payk. fn. 2. 215. 2.

Bupreſtis albo-punctata. De Geer Inſ. 4. 132. 5. Tab. 4. f. 20.

Bu-

Buprestis. Uddman Diss. 21. 42.

Habitat in Sylvis rarius.

Descr. Statura omnino, & affinitas praecedentis, sed duplo minor & ultra. Caput coeruleo-virescens, creberrime subtiliter punctatum, ore, lineaque ante singulum oculum flavis. Antennae tenues nigrae serratae, longitudine thoracis. Thorax caeruleo-violaceus nitidus, anterius angustior, compressus, ibique late emarginatus, lateribus fere rectis obliquis, marginatis, linea flava intra-marginali integra; postice latior, bisinuatus, angulis obtusis; supra convexus, crebre subtiliter punctatus; margo anticus interdum anguste albus, saepe in medio interruptus. Scutellum minutum rotundatum coerulescens. Elytra thoracis basi parum latiora, ante medium nonnihil emarginata, apicem versus attenuata, obtusa, obsolete bidentata; supra parum convexa, regulariter & sat profunde punctato-striata, interstitiis parce punctatis; coeruleo-violacea nitida maculis in singulo qvinque albo-flavescentibus, una nempe in ipso margine, paullo pone humerum; secunda oblique cuneata prope scutellum, & tres sub-transversae in disco, una post alteram, in eadem linea cum scutellari; magnitudine & figura nonnihil variant hae maculae. Corpus subtus coeruleo-virescens nitidum punctatum; in thorace & pectore maculae & lineae plures flavescentes; venter quadifariam flavo-maculatus. Pedes coerulescentes, femoribus posticis plerumque subtus puncto flavo.

Fam. 2. Elytrorum margine apicis serrato.

Sect. 1. Corpore ovato.

7. B. Mariana: fusco-aenea, thorace elytrisque lineis elevatis nigris, elytris foveis duabus impressis aeneis.

Linn.

Linn. ſyſt. nat. 2. *660. 6. Fn. ſv.* 754. *Fabr. ſyſt. eleut.* 2. 195. *49. Oliv. ent.* 2. *32. 34.* 41. *Tab.* 1. *f.* 4. *Herbſt. col. 9.* 111. *62. Tab. 141. f 6. Herbſt. Archiv. 5.* 117. 4. *Tab. 28. a. f.* 4. *Payk. fn.* 2. 220. 7.

Uddman Diſſ. 21. 41.

Habitat in Pinetis paſſim.

Deſcr. Maxima noſtratum hujus generis, B. ruſtica triplo major. Caput fuſco-æneum crebre punctatum, rugis nigris longitudinalibus; frons profunde canaliculata Antennæ thorace breviores, tenues obtuſe ſerratæ, nigræ, articulo primo ſub-æneo. Thorax brevis transverſus, anterius anguſtior, ibique late emarginatus, lateribus parum rotundatus, in medio marginis compreſſus, angulis poſticis inflexis acutis; ſupra parum convexus, inæqvalis, crebre rugoſo punctatus, fuſco-cupreus, coſtis ſub-qvinis elevatis nigris longitudinalibus, media lævi recta, lateralibus irregularibus. Scutellum minutum punctiforme nigrum. Elytra thorace latiora, in medio ſinuato-emarginata, apicem verſus attenuata, margine poſterius obſoletiſſime ſerrato; apex rotundatus, cum acumine parvo ſuturali; ſupra anterius modice convexa, poſterius deplanata, creberrime at tenue rugoſo-punctata, cupreo-ænea, ſutura, margine, coſtisque in ſingulo quatuor elevatis nigris politis, interiori fere integra, extima elevatiori ſubcarinata, mediis irregularibus abbreviatis; in ſingulo elytro præterea foveolæ duæ diſci impreſſa, cupreæ, fere duplicatæ, irregulares, una pone alteram. Corpus ſubtus aureo - cupreum, violaceo - variegatum, punctatum, ſub - pubeſcens; anus profunde emarginatus. Pedes cuprei tarſis fuſcis.

8. B. chryſoſtigma: purpuraſcenti-ænea, thorace inæquali rugoſo, elytris obſcuris eleva-

elevato-coſtatis, margine maculisque duabus diſci rubro-aureis impreſſis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 660. 7. *Fn. ſv.* 755. *Fabr. ſyſt. eleut.* 2. 198. 69. *Herbſt. col.* 9. 146. 82. *Tab.* 148. *f.* 10. *De Geer Inſ.* 4. 129. 3. *Payk. fn.* 2. 221. 8. *Panz. fn.* 68. *f.* 18.

Habitat in ſylvaticis, præſertim Quercetis, rarius.

Deſcr. B. 8-guttata paullo latior, ſed non longior. Caput valde retractum, rubro-vel viridi-aureum, creberrime rugoſo-punctulatum, fronte retuſa triangulari, ſupra os biloba, emarginata; oculi valde elongati, in vertice approximati. Antennæ thorace breviores vireſcentes, articulo primo magno arcuato clavato, ſecundo brevi, tertio iterum elongato, obconicis; ſequentes coarctati, exteriores ſenſim anguſtiores, obtuſe ſerrati. Thorax obſcure purpuraſcenti-æneus, breviſſimus, transverſus, antice paullo latior, truncatus, lateribus fere rectis, nonnihil obliquis, inferne marginatis; poſtice trilobus, angulis ſub-acuminatis; ſupra parum convexus, obſolete canaliculatus, foveolis pluribus impreſſus, inæqualis, creberrime punctatus & rugis transverſis exaratus. Scutellum minutum triangulare acutiſſimum, vireſcens. Elytra thorace multo latiora, humeris obliquis rotundatis, pone medium dilatata, apicem verſus attenuata, margine tenue ſerrato, apice rotundata, ſupra parum convexa, fuſco-ænea, margine laterali purpuraſcenti-aureo nitido; præter ſuturam, in ſingulo elytro coſtæ quatuor elevatæ, fere carinatæ, nigræ, politæ, quarum ſuturæ proxima integra, in ipſo apice cum extima connexa; intermediæ irregulares; abbreviatæ, interruptæ; interſtitia ſubtiliſſime creberrime punctulata, rugisque transverſis elevatioribus, cum coſtis connexis, ſub-reticulata; in ſingulo elytro foveæ tres

pur

purpuraſcenti-aureæ impreſſæ; prima in ipſa baſi, obſoletior, ſecunda in medio, & tertia paullo pone medium, majores, angulatæ, ſub-transverſæ. Abdomen ſupra violaceum nitidiſſimum. Corpus ſubtus viridi-æneum fulgidum, marginibus undique purpureo-aureis; anus emarginatus. Pedes rubro-cuprei, femoribus interdum vireſcentibus, anticis incraſſatis, ſubtus dente valido obtuſo armatis.

Obſ. Dom. Illiger, in Mag. 4. 90. 71. Synonymon Cl. Linnæi ad ſequentem refert, ſed vix jure, nam in illo elytra minime ſulcata dici queant.

9. B. affinis: purpuraſcenti-ænea obſcura punctatiſſima, elytris vix coſtatis, margine concoloribus, punctis duobus diſci aureis impreſſis.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 199. 71.

Bupreſtis congener. Herbſt. col. 9. 149. 83. Tab. 148. f. 11. Payk. fn. 2. 222. 9.

Bupreſtis chryſo-ſtigma. Oliv. ent. 2. 32. 46. 59. Tab. 6. f. 54. id. var. minor. Herbſt. Archiv. 5. 117. 6.

Habitat in ſylvaticis rarius.

Deſcr. Magnitudo, ſtatura conformatio partium, & ſumma affinitas præcedentis, diſtincta tamen videtur, multo lævior. Caput & antennæ omnino ut in præcedente. Thorax etjam ejusdem ſtructuræ, paullo latior tamen videtur, multoque lævior, fere absque foveolis impreſſis, rugisque transverſalibus longe ſubtilioribus. Scutellum ut in priori, viride nitidum. Elytrorum forma eadem, ſed tota fuſco ænea, margine concolore, undique æqualiter creberrime punctulata, rugis transverſis omnino nullis; coſtarum elevatarum rudimenta quidem apicem verſus conſpi-

ciuntur, at obfoletiffima; foveolæ impreffæ, eadem numero, & fimili modo collocatæ, etjam adfunt, fed difci minores, magis rotundatæ, aureo-æneæ. Corpus & pedes ut in præcedente, etjam femoribus anticis incraffatis, dentatis.

10. B. tarda: ovata fub-depreffa coeruleo-virefcens, creberrime punctulata, elytris cyaneis apice rotundatis, clypeo flavefcente.

Herbft. col. 9. 155. 86. Tab. 147. *f. 3. Panz.* 61. *f.* 21. *Fabr. fyft. eleut. 1. 2. 209. 99. & fyft. eleut. fub Bupr. cyanea.*

Bupreftis cyanea. Oliv. ent. 2. 32. 82. 114. *Tab.* 11. *f. 125. Herbft. Archiv. 5.* 120. *16. Tab.* 28. *b. f. 16. Fabr. fyft. eleut.* 2. *216.* 168.

Bupreftis clypeata. Payk. fn. 2. 223. 10.

Var. *b.* tota fupra nigra obfcura.

Habitat in fylvaticis, præfertim Pinetis, paffim.

Defcr. Præcedente plus duplo minor, B. mancæ Germanorum fere æqualis. Caput deflexum viride, fronte convexa creberrime punctata; clypeus emarginatus flavo-teftaceus, punctis duobus virefcentibus. Antennæ virefcentes, longitudine thoracis, obtufe ferratæ. Thorax transverfus cœruleo-virefcens, antice truncatus, angulis deflexis compreffis, lateribus rectis, tenue marginatis; poftice bifinuatus, angulis parum productis; fupra modice convexus, creberrime punctatus, foveola ante fcutellum impreffus. Scutellum minutum rotundatum cœrulefcens. Elytra thorace paullo latiora, ovata, lateribus marginata, apicem verfus attenuata, tenue & obfolete ferrata, apice rotundata, fupra parum convexa, cœruleo-violacea, confertiffime rugofo-punctata, lineis nonnullis

nullis elevatis obſoletiſſimis. Corpus totum ſubtus viride vel cœruleſcens nitidum, ſubtiliſſime punctulatum. Pedes virides vel cœruleſcentes.

Var. b. differt tantum colore paginæ ſuperioris omnino nigro obſcuro; ſubtus vero, & in ceteris var. a. ſimillima.

11. B. appendiculata: ſub-depreſſa nigra immaculata, thorace antice latiori, elytris creberrime granulatis, apice acutis ſubſerratis.

Herbſt. col. 9. 234. 154. Tab. 147. f. 2. Panz. fn. 68. f. 22. ejusd. Crit. Rev. 1. 102. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 2. 210. 102. & ſub B. morio, ſyſt. eleut. 2.

Bupreſtis morio. Payk. fn. 2. 230. 17.

Bupreſtis acuminata. De Géer Inſ. 4. 133. 7. Thunb. Muſ. Upſ. 4. 52. 2.

Habitat in ſylvaticis paſſim.

Deſcr. Magnitudo & fere ſtatura præcedentis. Caput retractum nigrum, fronte fere plana, creberrime punctulata; oculi glauci. Antennæ longitudine thoracis, nigræ, ſub-ſetaceæ, obtuſe ſerratæ. Thorax quadrangulus transverſus, antice ſinuatus, bis emarginatus, lateribus rotundatus, poſterius anguſtior, angulis acutis, totus niger obſcurus, ſupra parum convexus, obſolete canaliculatus, ſubtiliſſime granulato-punctatus. Scutellum minutum orbiculatum nigrum. Elytra thoracis baſi multo latiora, ovata, apicem verſus valde attenuata, elongata, acutiſſima, margine ipſo ſubtiliſſime ſerrulato; ſupra ſubdepreſſa, confertiſſime ſubtiliter granulato-punctata, tota nigra, parum nitida. Corpus ſubtus nigrum ſubnitidum, vix punctulatum. Pedes nigri ſub-nitidi.

Obſ. Bupreſtis morio Fabr. Herbſt. vere diſtincta, minor, elytris obtuſis; ſed hæc apud nos non occurrit, quantum mihi innotuit.

Sect. 2. Corpore lineari-elongato.

12. B. biguttata: lineari-elongata coeruleo-vireſcens, fronte impreſſa, elytris puncto poſtico impreſſo albo-villoſo, abdomine albo-punctato.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 212. 144. *Oliv. ent.* 2. 32. 76. 104. *Tab.* 7. *f.* 75. *Herbſt. col.* 9. 266. 184. *Tab.* 155. *f.* 2. *a. b.* *Payk. fn.* 2. 224. 11. *Panz. fn.* 90. *f.* 8. *Marſh ent. br.* 1. 396. 3.

Var. *b.* Corpore toto coeruleo-violaceo.

Habitat in ſylvis paſſim.

Deſcr. Statura omnino B. viridis, ſed maximis ejus individuis adhuc duplo major, valde elongata, anguſta. Caput retractum vireſcenti-æneum, fronte profunde impreſſa, crebre rugoſo-punctata. Antennæ thorace breviores, nigro-æneæ, acute ſerratæ. Thorax transverſus, antice multo latior, ibique late emarginatus, angulis acutis, caput ambientibus, lateribus obliquis, parum rotundatis, late marginatis, poſtice profunde bi-ſinuatus, trilobus, lobo intermedio ante ſcutellum truncato, lateralibus ſub-acuminatis; ſupra diſco convexus, inæqualis, crebre transverſim rugoloſus, cœruleo-vireſcens; in medio antico fovea rotunda impreſſa, & alia prope baſin ante ſcutellum; latera depreſſa, explanata, margine diſci in medio impreſſo. Scutellum triangulare acutum rugoſum, obſcure æneum, antice lamina lata transverſa quadrangula truncata ænea polita acutum.

Elytra

Elytra thoracis baſi latiora, humeris gibbis. ante medium late emarginata, poſterius iterum dilatata, apicem verſus attenuata, apice rotundata, tenue ſerrata; ſupra convexa, dorſo tamen ad ſuturam depreſſa, cœruleo-vireſcentia, creberrime granulata; fovea magna in ipſa baſi impreſſa, & pone medium juxta ſuturam punctum parvum albo-villoſum, impreſſum. Corpus cœruleo-vireſcens nitidum, abdomine utrinque punctis tribus albo-villoſis. Pedes cœruleo-vireſcentes.

Var. *b*. differt tantum colore totius corporis ſupra & intra ſaturatius violaceo aut cœruleo.

13. B. viridis: lineari-elongata viridi-ænea, fronte convexa, thorace breviſſimo transverſim impreſſo, poſtice anguſtiori triſinuato.

Linn. ſyſt. nat. 2. *663. 25. fn. ſv. 762. Fabr. ſyſt. eleut.* 2. 212. *143. Oliv. ent. 2. 32. 83.* 116. *Tab.* II. *f. 127. a, b. Herbſt. col. 9.* 247. *164. Tab. 155. f.* I. *a, b. De Géer. Inſ. 4. 133. 6. Tab. 5. f.* I. 2. *Payk. fn. 2. 225. 12. Marſh. ent. br.* I. *397. 4.*

Var. *b*. Capite thoraceque aureo-cupreis, elytris viridibus.

Var. *c*. Thorace elytrisque violaceo-virentibus.

Habitat in pratis ſylvaticis ſat frequens.

Deſcr. Statura præcedentis omnino, ſed plerumque duplo, usque ad quadruplo minor. Caput viridi-æneum, crebre rugoſo-punctatum, fronte convexa, hinc inde ſub-foveolata, vertice ipſo tenue canaliculato. Antennæ thorace breviores, nigro-æneæ, acute ſerratæ. Thorax breviſſimus transverſus, antice multo latior, ſub-emarginatus, angulis valde productis,

ductis, deflexis, acutis; lateribus marginatis obliquis, parum rotundatis; poſtice profunde bi-ſinuatus, lobo intermedio etjam ante ſcutellum emarginato; ſupra viridi-æneus, crebre transverſim rugulosus, dorſo parum convexus; in medio marginis utrinque fovea magna profunde impreſſa, & alia minor in medio dorſi poſterius, impreſſione minus profunda cum lateralibus connexa, unde thorax quaſi arcu ſemicirculari transverſim impreſſus; in medio dorſi antico etjam fovea obſoletior. Scutellum ut in priori omnino, lamina ſimili antica auctum. Elytra valde elongata anguſta, thoracis baſi latiora, pone baſin, & iterum pone medium magis dilatata, apicem verſus attenuata, apice ipſo omnino rotundata, etjam interne, margine apicis undique tenue ſerrato; ſupra anterius convexa, dorſo deplanata, viridi-ænea immaculata, parum nitida, granulis rotundatis ſquamæformibus creberrimis obſita. Corpus ſubtus convexum viridi-æneum nitidum, tenue punctatum, Pedes viridi-ænei, tarſis nigricantibus.

Var. b. differt tantum colore capitis thoracisque rubro vel aureo-cupreo; corpus ſubtus etjam magis cupreo-æneum.

Var. c. ſimillima var. b. ſed thorax & elytra colore violaceo vel azureo plus minusve inducta.

14. B. olivacea: lineari-elongata olivaceo-vireſcens, thorace longiore dorſo æquali, angulis poſticis acute carinatis, elytris ſubtruncatis.

Var. *b.* corpore toto coeruleo-vireſcente.

Habitat in floribus pratorum ſylveſtrium paſſim.

Deſcr. Statura & ſumma affinitas præcedentis, ſed minimis ejus individuis adhuc fere minor, & ut videtur diſtincta. Caput obſcure viride, crebre rugo-

ſo-

ſo-punctatum, fronte retuſa-fere plana, vix foveolata, vertice tenue canaliculato. Antennæ vix longitudine thoracis, nigræ, acute ſerratæ. Thorax baſi vix longitudine latior, antice dilatatus, fere truncatus, angulis deflexis acuminatis, lateribus obliquis marginatis, vix rotundatis, poſtice multo anguſtior, tri-ſinuatus, angulis exterioribus ſub-rectis; ſupra olivaceo-vireſcens, crebre rugoſo-punctatus, dorſo parum convexus, æqualis, vel rudimento tantum obſoletiſſimo lineolæ longitudinalis notatus; latera, præſertim poſtice depreſſa, cum carinula elevata diſtincta ab angulo poſtico antrorſum ducta. Scutellum ut in prioribus. Elytrorum ſtructura etjam eadem, ſed apex fere truncatus, præſertim angulus ſuturalis ſubrectus; margo apicis tenue crenulatus; ſupra olivaceo-vireſcentia, crebre granulato-ſquamoſa. Corpus ſubtus olivaceo-æneum nitidum. Pedes æneo-vireſcentes, tarſis fuſcis.

Var. b. differt tantum colore ſaturatius cœruleo-vireſcente; ſubtus etjam magis cœruleſcenti-ænea.

Obſ. Var. adhuc minor hujus ſpecie ſub allato nomine a Dom. Sturm Norimbergæ miſſa. Bupreſtis linearis, Payk. Fn. 2. 226. 13. forte huic affinis, ſed non eadem, & mihi adhuc ignota Species; nec deſcriptionem Illuſtr. Auctoris afferre idoneum cenſui, dum notas, quibus a præcedentibus exacte diſtingui poſſit, indicare nequeo.

Fam. 3. Elytris integris muticis.

15. B. ſplendida: oblongo-ovata viridi-aurea, elytris lineis ſub-quinis elevatis, diſco coeruleo-viridibus, ſutura margineque cupreo-aureis.

Payk. fn. 2. 229. 16. Herbſt. col. 9. 55. 28. Deſcr. Payk.

Bupreſtis pretioſa. Herbſt. col. 9. 127. 70. Tab. 144. f. 6.

Bupreſtis ſplendens. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 204. 99.

Habitat in Uplandiæ ſylvis rarius. *Dom. de Paykull.*

Deſcr. Statura & fere magnitudo B. ruſticæ; variat etjam paullo major. Caput rubro cuperum, crebre rugoſo-punctatum, fronte plana, plerumque linea longitudinali elevata in medio. Antennæ longitudine thoracis, viridi-æneæ, tenues, obtuſe ſerratæ. Thorax antice anguſtior, bi-ſinuatus, lateribus parum rotundatus, tenue marginatus, poſtice tri-lobus, angulis acuminatis; ſupra modice convexus, ſat crebre & profunde punctatus, cupreo, aureo & vireſcenti micans, linea media lævi rubro-aurea; ante ſcutellum punctum impreſſum, & in utroque latere foveola obliqua obſoleta. Scutellum minutum rotundatum viridi-æneum, medio depreſſum. Elytra thorace latiora, oblongo-ovata, ante medium ſub-ſinuata, apice rotundata, integra, ſupra parum convexa, creberime punctulata, diſco viridi-cœruleſcentia, ſutura ſaturate, margine dilutius cupreo-aureis; in ſingulo lineæ quinque elevatæ, anterius læves nitidæ, quarum prima prope ſcutellum breviſſima obliqua, duæ inſequentes fere integræ, quarta ab humero exiens, poſterius abbreviata, evaneſcens, extima poſtice elevatior, ſub-carinata, cuprea. Corpus ſubtus cupreo-aureum nitidiſſimum punctatum. Pedes rubro-cuprei, tarſis nigro-vireſcentibus.

Obſ. Deſcriptio B. ſplendentis Fabr. exacte concordat, ſed patria aliena.

16. B. acuminata: fuſco-cuprea obſcura, thorace ſulcato, elytris rugoſo-ſtriatis, apice elongato-attenuatis, ſubtus cuprea rugoſa.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 205. 104. *Oliv. ent.* 2. 32. 66. 88. *Tab.* 5. *f.* 46. *Herbſt. col.* 9. 93. 50. *Tab.* 143 3. *Roſſ. fn. etr.* 1. 186. 461. *Payk. fn.* 2. 227. 14. *Panz. fn.* 68. *f.* 20.

Bupreſtis furcata. Thunb. Muſ. Upſ. 4. 52. 1.

Habitat in ſylvis rarius.

Deſcr. Statura omnino B. Berolinenſis, ſed paullo minor. Caput fuſco-cupreum, valde rugoſo-punctatum, fronte depreſſa. Antennæ nigro-æneæ, acute ſerratæ, thorace breviores. Thorax antice late emarginatus, lateribus valde rotundatus medio dilatatus, margine ſub-crenato, angulis poſticis prominulis acutis; ſupra parum convexus, inæqualis, fuſco-cupreus, crebre rugoſo-punctatus, rugis duabus longitudinalibus approximatis nigris lævioribus in medio, interſtitio, depreſſo ſub-canaliculato punctato; ante ſcutellum puncta duo impreſſa. Scutellum minutum rotundatum nigro-æneum. Elytra thoracis baſi latiora, apicem verſus valde attenuata, elongata, apice dehiſcentia, obtuſa, integra; ſupra modice convexa, punctato-ſtriata, fuſco-cuprea, interſtitiis longitudinaliter nigro-rugoſis. Corpus ſubtus cupreum, magis nitidum, valde rugoſo-punctatum; anus emarginatus. Pedes cuprei rugoſo-punctati, ſcabri.

17. B. Tenebrionis: nigra opaca, thorace dilatato, variolis elevatis lævibus adſperſo, elytris punctato-ſtriatis, apice truncatis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 661. 11. *fn. ſv.* 761. *Fabr. ſyſt. eleut.* 2. 206. 113. *Oliv. ent.* 2. 32. 61. 81.

81. Tab. 4. f. 27. a, b. Herbst. col. 9. 45. 23. Tab. 141. f. 9. dito Archiv. 5. 119. 15. Tab. 28. f. 15. Payk. fn. 2. 228. 15.

Habitat in ſylvis, apud nos rariſſime. *a Linné.*

Deſcr. E. Maximus noſtris, B. mariana vix anguſtior, ſed brevior. Caput deflexum nigrum, fronte plana, parcius rugoſo-punctata. Antennæ thorace breviores, craſſæ, nigræ, obtuſe ſerratæ. Thorax transverſus amplus, antice late emarginatus, lateribus valde dilatatus, rotundatus, poſtice coarctatus, angulis poſticis acutis; ſupra modice convexus, niger opacus, creberime punctulatus, variolis plurimis elevatis planis lævibus nitidis difformibus, ſymmetrice tamen poſitis, quarum media antica maxima, biloba, & quatuor aliæ in quadrangulum collocatæ, reliquis majores; ante ſcutellum foveola profunda didyma. Scutellum minutiſſimum punctiforme nigrum. Elytra thoracis baſi latiora, pone baſin dilatata, dein verſus apicem ſenſim attenuata, apice ipſo truncato integro; ſupra modice convexa, nigra, opaca, tenue punctato-ſtriata, punctis plerisque oblongis; interſtitia ſublævia, vel obſolete transverſim ſtrigoſa, variolis paucis ſparſis impreſſis. Corpus ſubtus nigrum opacum, parce punctatum. Pedes nigri parce punctati.

18. B. 4-punctata: ovata depreſſa nigra obſcura, thorace foveolis quatuor transverſim impreſſis, elytris vage rugoſo-punctatis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 662. 22. fn. ſv. 759. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 210. 134. Oliv. ent. 2. 32. 80. 110. Tab. 10. f. 117. a, b. Herbſt. col. 9. 236. 156. Tab. 154. f. 8. a, b. De Géer. Inſ. 4. 134. 8. Payk. fn. 2. 230. 18.

Ha-

Habitat in floribus & lignis, locis aridis, ſat frequens.

Deſcr. Parva, ovata, depreſſa, fuſco-nigra, obſcure æneo-micans. Caput nigro-ſubæneum, tenue at concinne reticulato-rugoſum; fronte retuſa parum convexa. Antennæ thorace breviores craſſiuſculæ nigræ, obtuſe ſerratæ. Thorax brevis transverſus, antice late emarginatus, lateribus ſinuato-rotundatus, poſtice fere truncatus, ſupra parum convexus, niger, vel fuſco-æneus, tenue reticulato-rugoſis, foveis quatuor impreſſis, in linea transverſa collocatis, quarum marginales majores; ante ſcutellum etjam punctum impreſſum. Scutellum rotundatum nigrum læve. Elytra thorace paullo latiora, ovata, late marginata, apicem verſus attenuata, rotunda, integra, ſupra parum convexa, creberrime vage rugoſo-punctata, nigra, vel obſcure fuſco-ænea, opaca. Corpus ſubtus nigrum, magis nitidum, abdomine interdum cœruleſcente. Pedes toti nigri punctati.

19. B. nitidula: ovata depreſſa viridi-aurea, ſub-nitida, creberrime rugoſo-punctata, thorace foveis duabus transverſis impreſſis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 662. 15. *fn. ſv.* 757. *Fabr. ſyſt. eleut.* 2. 215. 160. *Oliv. ent.* 2. 32. 79. 109. *Tab.* 11. *f.* 119. *a, b. Herbſt. col.* 9. 237. 157. *Tab.* 147. *f.* 8. *e. f.* 9. *f. Payk. fn.* 2. 231. 19.

Var. *b.* Capite thoraceque rubro-aureis, elytris coëruleo-virentibus. *Linn. Herbſt. Payk. l. c. var.*

Bupreſtis læta. Fabr. ſyſt. eleut. 2. 215. 182.

Habitat in floribus, apud nos rariſſime. *a Linné.*

Deſcr.

Deſcr. Statura omnino B. 4-punctatæ ſed plerumque paullo minor. Caput breve latum viridi-aureum, fronte valde retuſa, impreſſa, creberrime rugoſo punctata. Antennæ thorace fere breviores, craſſiuſculæ, nigro-æneæ, obtuſe ſerratæ. Thorax brevis transverſus, antice bis emarginatus, ibique paullo latior, lateribus rotundatus, poſtice truncatus, angulis ſubacuminatis; ſupra parum convexus, viridi-aureus, crebre at tenue transverſim rugoſus, fere reticulatus; paullo pone medium utrinque fovea oblonga transverſa, interdum didyma, ſat profunde impreſſa. Scutellum mediocre ſub-triangulare obſcurum. Elytra thoracis baſi latiora, lateribus marginata, apicem verſus attenuata, rotundata, ſupra depreſſa, viridi-aurea, obſolete rugoſo-punctata. Corpus ſubtus viridi-aureum nitidiſſimum. Pedes viridi-ænei, tarſis obſcurioribus.

Var. b. differt colore capitis & thoracis rubro-aureo, plus minusve fulgido, ut & elytris cœruleſcenti-viridibus; abdominis latera & apex etjam interdum rubro-aurea nitidiſſima.

20. B. puſilla: elongata convexa nigro-ænea glabra, fronte ſulcata, thoracis lateribus explanatis, elytris rude punctato-ſtriatis.

Oliv. ent. 2. *32. 91.* 131. *Tab. 12. f. 133. a, b.*
Herbſt. col. 9. 269. 187.

Bupreſtis emarginata. Fallén obſ. ent. I. II.

Habitat in graminoſis, præſertim mari vicinis, in Scania *Dom. Fallén*; in Bahuſia, Hallandia *ipſe.*

Deſcr. Minima mihi cognita hujus generis, Trachyde minuta fere triplo anguſtior, etſi parum brevior. Caput ſatis magnum, porrectum, nigro-æneum, ſubpunctatum, antice profundiſſime emarginatum, fere bilo-

bilobum; oculi parvi depressi, in apice laterali cujusvis lobi inserti. Antennæ thorace breviores nigro-æneæ inflexæ, basi tenues, extrorsum latiores serratæ. Thorax transversus, antice truncatus, lateribus sinuato rotundatus, margine depresso, explanato, reflexo; postice trilobus, angulis productis, acutis; supra disco valde convexus, in-æqualis, sulcis tribus transversim impressus, uno nempe profundiori intra singulum marginem, & tertio in medio obsoletiori; totus nigro-æneus parum punctatus. Scutellum minutum, triangulare depressum. Elytra basi thorace vix latiora, sed pone basin, & iterum pone medium dilatata, apicem versus attenuata, apice ipso nonnihil producto, obtuse rotundato, fere truncato; supra satis convexa, nigro-ænea, glabra, rude & minus regulariter punctato-striata, in medio sulculo longitudinali abbreviato impressa. Corpus subtus nigro æneum magis nitidum, vix punctulatum. Pedes breves nigro-ænei, femoribus crassiusculis.

Obs. Genus Trachys cum Buprestide conjungit hæc species, nec genera ista essentialiter diversa mihi videntur.

T R A C H Y S.

Palpi quatuor brevissimi, æquales.

Maxilla bifida.

Antennæ breves, inferne moniliformes, apicem versus serratæ.

Corpus parvum breve, antice obtusum, posterius attenuatum, elytris fere triangularibus.

1. T. pygmæa: capite thoraceque lævibus æneis, elytris coeruleis æqualibus rude pun-

punctatis, corpore nigro-æneo, fronte excavata.

Fabr. syst. eleut. 2. 219. 3. Illig. Mag. 2. 256. 1.

Buprestis pygmæa. Oliv. ent. 2. 32. 85. 119. Tab. 4. f. 34. a, b. Herbst. col. 9. 271. 189. Tab. 156. f. 2. a, b. Ross. fn. etr. Mant. 1. 62. 152. Marsh. ent. br. 1. 398. 7.

Habitat in Scania ad Esperöd. *Dom. Fallén.*

Descr. Magnitudo & fere statura Tr. minutæ, paullo tamen longior, & postice minus attenuata. Caput æneo-cupreum nitidissimum læve, fronte inferius late excavata, vertice obsoletius canaliculato. Antennæ thorace breviores, tenues, nigro-æneæ. Thorax brevissimus transversus, antice multo angustior, ibique late emarginatus, lateribus fere rectis, obliquis, tenue marginatis, postice valde sinuatus, fere quinquelobus, lobo medio productiori sub-acuminato; supra modice convexus, cupreo-æneus nitidissimus lævis, linea tenue sinuata intra marginem posticum impressus. Scutellum minutissimum punctiforme obscurum. Elytra thoracis basi paullo latiora, pone basin & iterum pone medium dilatata, apicem versus attenuata, sub-acuminata, supra parum convexa, æqualia, saturate cœruleo-violacea, rude, at non crebre nec profunde punctata, punctis versus suturam fere in strias dispositis. Corpus subtus nigro-æneum sub nitidum, subtiliter rugosum. Pedes tenues nigro ænei.

2. T. minuta: nigro-ænea sub-nitida pilosa, fronte impressa, elytris in-æqualibus saturatioribus, fasciis undatis albido-pilosis.

Fabr. syst. eleut. 2. 219. 5. Panz. fn. 95. f. 8.

Bu-

Buprestis minuta. Linn. *syst. nat.* 2. 663. 24. *Oliv. ent.* 2. 32. 84. 118. *Tab.* 2. *f.* 14. *a, b.* *Herbst. col.* 9. 272. 190. *Tab.* 156. *f.* 3. *a, b.* *Payk. fn.* 2. 232. 20. *Marsh. ent. br.* 1. 398. 6.

Var. *b.* Capite thoraceque æneis aut cupreis, elytris sub-violaceis.

Buprestis minuta. Linn. *syst. nat.* 2. 663. 23. *fn. sv.* 760.

Habitat in frutetis frequens, præsertim in Coryli foliis.

Descr. Parva. Caput obscure virescenti-æneum sub-nitidum, fronte late & profunde excavata. Antennæ thorace breviores, tenues, nigræ. Thoracis structura omnino ut in præcedente; supra modice convexus, nigro-æneus, pilis albidis adspersus, inæqualis, intra apicem utrinque striga transversa abbreviata impressus, & intra basin alia profundiori sinuata, punctata, continua. Scutellum punctiforme fusco-æneum. Elytra brevia, vix thoracis basi latiora, pone basin nonnihil dilatata, dein versus apicem sensim angustata, fere triangularia, apice rotundata, supra parum convexa, inæqualia, hinc inde impressa, punctis obsoletis vagis adspersa, obscure nigro-ænea, interdum cupreo vel violaceo nonnihil micantia, fasciis quatuor angustis undulatis e pilis rigidis depressis albidis, quæ tamen facile deteruntur. Corpus subtus nigro-æneum sub-nitidum læve. Pedes tenues nigro-ænei.

Var. b. tantum colore nitidiori differt; caput & thorax supra ænea aut cuprea, interdum violaceo mixta; elytra cœrulescenti-violacea; cetera ut in præcedente.

3. T.

3. T. nana: obſcure nigro-ſubænea glabra, fronte excavata, elytris triangularibus punctato-ſub-ſtriatis, linea laterali elevata.

Fabr. ſyſt. eleut. 2. 220. 11. *Panz. fn.* 95. *f.* 9.

Bupreſtis nana. Herbſt. col. 9. 273. 191. *Tab.* 156. *f.* 4. *a, b. Payk. fn.* 233. 21.

Habitat in frutetis rarius.

Deſcr. Statura præcedentis, ſed duplo minor, fere nigra, parum æneo-micans. Caput parvum, valde retractum, nigrum, læve, fronte inferius late impreſſa, vertice tenue canaliculato. Antennæ tenues nigræ, thorace breviores. Thorax antice late emarginatus, angulis productis, caput ambientibus, lateribus marginatus, rotundatus, poſtice valde ſinuatus, lobo ſcutellari obtuſo, fere truncato; ſupra diſco convexus, parum punctatus, nigro-æneus nitidus glaber, lateribus utrinque inæqualiter impreſſus. Scutellum parvum punctiforme nigrum. Elytra antice thoracis baſi vix latiora, verſus apicem ſenſim attenuata, fere triangularia, apice ſub-acuminata, ſupra parum convexa, nigra, nonnihil æneo-micantia, glabra, punctis majoribus fere ſtriatim digeſtis impreſſa; intra marginem lateralem utrinque coſta ſub-elevata, abbreviata, jam elevatior, fere carinata, jam obſoletior, ut fere nulla. Corpus ſubtus nigrum, vix punctulatum. Pedes tenues nigri.

Familia 13. Hydrocanthari.

Maxilla apice lobo Palpiformi aucta. Antennæ plerumque filiformes vel ſetaceæ. Pedes natatorii, ciliati. Corpus ovatum vel

vel ovale, antice polticeque rotundatum Thorax brevis transverſus.

DYTISCUS.

Palpi filiformes, articulo ultimo reliquis æquali vel majore.

Corpus ſubtus parum convexum; baſis femorum poſticorum nuda, libera. Sternum acuminatum. Tarſi omnes 5-articulati.

Sect. 1. Scutellati.

1. D. latiſſimus: niger, elytrorum margine dilatato, vitta laterali, thoracisque limbo toto luteis.

Mas: Elytris lævibus, tarſis anticis dilatatis, patellatis.

Femina: Elytris ſulcatis, tarſis ſimplicibus.

Linn. ſyſt. nat. 2. *665. 6. fn. ſv. 768. Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 257. 1. *Oliv. ent. 3.* 40. *9.* 1. *Tab.* 2. *f. 8. a, b. De Geér Inſ.* 4. 390. 1. *Illig. col. bor.* 1. *250.* 1. *Payk. fn. 1. 190. 1. Panz. fn. 86. f.* 1, 2. *Schönh. ſynon.* 2. 10. 1.

Habitat in aquis paſſim.

Deſcr. Maximus noſtratum. Caput magnum rotundatum, nigrum, nitidum, ſub-læve, labro faſciaque lata inter antennas luteis; in medio frontis macula lunata ferruginea. Antennæ thorace longiores, tenues, ferrugineæ, extrorſum fuſcæ. Thorax breviſſimus transverſus, antice anguſtior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis

 ſub-

ſub-rectis depreſſis; poſtice truncatus, ſupra parum convexus, obſolete canaliculatus, hinc inde impreſſus, diſco niger, ſub-lævis, margine omni late luteo. Scutellum cordatum nigrum læve, apice obtuſum ferrugineum. Elytra baſi thorace latiora, in medio valde dilatata, margine depreſſo explanato, apice obtuſe rotundata, ſupra antice convexa, poſterius deplanata, nigra, vitta intra-marginali lutea, ad apicem usque producta; intra apicem ſtriga transverſa lutea, cum vitta convexa; in mare lævia, ſtriis duabus punctorum impreſſorum; in femina profunde ſulcata, usque ad ſtrigam luteam apicis. Corpus ſubtus brunneum nitidum læve, ſterno poſtice bifido, laciniis divaricatis acuminatis. Pedes ferrugineo-brunnei, tarſuum anticorum articulis tribus primis in mare dilatatis, coarctatis in patellam orbiculatam ſubtus ſpongioſam.

2. D. Marginalis: olivaceo-nigricans, thoracis limbo, elytrorumque vitta marginali luteis, ſterno poſtice bifurco, laciniis latioribus lanceolatis.

Mas: Thorace elytrisque lævibus, tarſis anticis patellatis.

Femina: Thorace punctulato, elytris paullo ultra medium ſulcatis, tarſis ſimplicibus.

Linn. ſyſt. nat. 2. *665.* 7. *fn. ſv.* 769. *Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 258. 3. *Oliv. ent.* 3. 40. *10.* 3. *Tab.* 1. *f.* 1. *a-d.* & *f.* 6. *a. Illig. col. bor.* 1. 253. 3. *var. a. Payk. fn.* 1. 192. 2. *Panz. fn.* 86. *f.* 3, 4. *Schönh. ſynon.* 2. 11. 3.

Dytiſcus ſemiſtriatus. Linn. ſyſt. nat. 2. 665. 8. *Fn. ſv.* 772. *femina.*

Dy-

Dytiſcus toto-marginalis. *De Géer Inſ.* 4. 391. 2. *Tab.* 16. *f.* 1, 2.

Var. *b.* Thorace tenue punctulato, elytris antice ſub-lævibus, tarſis anticis ſimplicibus.

Habitat in aquis frequens; var. b. tamen rarius occurrit.

Deſcr. Præcedente duplo minor, præſertim anguſtior. Caput rotundatum nigrum læve nitidum, labio, faſciaque inter antennas luteis; in medio frontis lunula acut-angula rufeſcens; in vertice carinula tenuis elevata. Antennæ thorace longiores, tenues, ferrugineæ, extrorſum obſcuriores. Thorax breviſſimus transverſus, antice anguſtior, late emarginatus, angulis productis, acuminatis, lateribus obliquis ſub-rectis, poſtice nonnihil arcuatus, angulis productis acuminatis; ſupra modice convexus, diſco niger nitidus, obſolete canaliculatus, limbo omni luteo; in mare diſco læviſſimus, intra marginem anticum & laterales, in limbo luteo, ſtria impreſſa punctulata. Scutellum cordatum nigrum læve. Elytra baſi vix thorace latiora, ultra medium ſenſim dilatata, anguſte marginata, apice fere oblique truncata, ſupra antice convexa, lævia, poſterius deplanata, ſub-punctata, ſtriis tribus longitudinalibus e punctis impreſſis; olivaceo-nigra nitida, margine laterali late luteo, ad apicem anguſtato. Corpus ſubtus flavo-teſtaceum nitidum læve, ſegmentorum marginibus, ſternique medio obſcurioribus; ſternum poſtice bifurcatum, laciniis brevibus latis lanceolatis. Pedes pallide teſtacei, tarſis anticis patellatis, ut in maſculis præcedentis ſpeciei.

Femina differt: capite ſubtiliſſime, thorace vero toto evidentius & crebre punctulatis; elytris profunde ſulcatis, ſulcis in ſingulo decem paullo ultra me-

dium productis, interstitiis apiceque crebre punctulatis; tarsis denique omnibus simplicibus.

Var. b. simillima masculo antea descripto, sed tarsi antici simplices, & thorax sat crebre, etsi subtilissime punctulatus; in ceteris eadem omnino.

Obs. D. circumflexus, Fabr. Syst. Eleut. 1. 258. 4. quam ex Europa australiori obtinui, simillimus omnino D. marginali, sed paullo angustior, præsertim postice, & sterni laciniæ angustiores, magis elongati, subulati.

3. D. Lapponicus: niger, thoracis limbo, elytrorum vitta marginali lineisque plurimis luteis, sterno postice bifurco subulato.

Mas: Elytris lævibus, tarsis anticis patellatis.

Femina: Thorace subtiliter punctulato, elytris ultra medium sulcatis, tarsis simplicibus.

Var. *b.* Thorace subtiliter punctulato, elytris sub-lævibus, tarsis anticis simplicibus.

Schönh. synon. 2. 12. 5.

Habitat in aquis Lapponiæ. *Dom. Grape*; Finlandiæ. *Dom. Pfeiff.*

Descr. Statura & summa affinitas præcedentis, sed fere duplo minor, & distinctus. Caput magnum rotundatum læve nigrum, nitidum, ore, labro, fascia inter antennas, linea angulata ante singulum oculum, maculaque tricuspide in medio frontis flavo-testaceis. Antennæ thorace longiores tenues, pallide testaceæ. Thoracis structura omnino ut in præcedente, etjam disco lævissimus, ut in masculis ejus, sed limbus luteus latior, & margo posticus disci nigri magis sinuatus. Scutellum breve cordatum nigrum, macula disci lutea. Elytrorum forma ut in priore, etjam supra nigra,

nigra, margine late luteo; in disco præterea lineæ plurimæ longitudinales, in singulo elytro circiter 18, tenues, obscure lutescentes, sæpe obsoletæ, quasi e pagina inferiori translucentes. Corpus subtus luteo-testaceum nitidum, læve suturis sternique medio nigricantibus; in segmento secundo & tertio abdominis præterea macula nigra utrinque; sternum postice bifurcatum, laciniis elongatis angustis subulatis. Pedes lutei, tarsis posticis obscurioribus.

Femina pari modo ac femina præcedentis a mare diversa, capite nempe subtilissime, thorace evidentius ac crebrius punctulatis; elytris profunde sulcatis, sulcis abbreviatis, omnibus in fundo luteis, interstitiis & apice confertissime punctulatis; cetera ut in mare.

Var. b. simillima masculo antea descripto, sed thorax subtiliter punctulatus, & tarsi antici simplices.

4. D. dimidiatus: niger, thoracis elytrorumque margine laterali luteo, sterno postice bifido, laciniis obtusis.

Mas: Thorace elytrisque lævibus, tarsis anticis patellis cordatis.

Femina: Thorace subtilissime punctulato, elytris anterius vix ultra medium sulcatis, apice punctatis, tarsis omnibus simplicibus.

Bergster. Nom. Tab. 7. f. 1. Illig. Mag. 3. 155. 3. Schneid. Mag. 3. 365. 1. Schönh. synon. 2. 12. 6.

Habitat in Sveciæ australis aquis rarius, *Dom. Quensel* & *Billberg. Mus. Dom. Schönherr.*

Descr. D. marginali simillimus & valde affinis, sed paullo major, postice magis obtusus & depressus. Caput nigrum læve, ore fasciaque lata inter antennas luteis; in medio frontis lineola rufa, arcum vel angulum

gulum formans. Antennæ thorace longiores tenues, pallide flavescentes. Thorax transversus, anterius angustior, late emarginatus, angulis porrectis sub-acuminatis, lateribus obliquis, vix rotundatis, immarginatis, postice sub-sinuatus, angulis acutiusculis, supra convexus niger lævis, sulculo medio tenui exaratus; margo lateralis utrinque late luteus; margo summus anticus anguste, & posticus obsolete ferruginei. Scutellum breve latum nigrum, apice rotundatum. Elytra magna ovata, versus medium nonnihil dilatata, & dein versus apicem angustiora, apice oblique truncata, obtusa; supra anterius modice convexa, posterius deplanata, nigra, nitida, lævia, apice sub-punctata; in disco striæ tres e punctis impressis minutis; margo lateralis late luteus. Corpus subtus pallide testaceum læve nitidum; sternum postice bifidum, laciniis interne incisis, apice obtusis. Pedes pallide ferruginei, tarsis anticis patellis cordatis, valde dilatatis, subtus ciliatis.

Femina differt: Thorace subtilissime punctulato, elytris anterius profunde sulcatis, sulcis vix vel parum ultra medium productis; apex elytrorum punctatus; tarsi omnes simplices, filiformes.

Obs. Medius quasi inter D. marginalem & punctulatum.

5. D. punctulatus: niger, thoracis elytrorumque, margine laterali luteo, sterno postice bifido, laciniis rotundatis divaricatis.

Mas: Thorace elytrisque lævibus, tarsis anticis patellis cordatis.

Femina: Thorace crebre punctulato, elytris ultra medium sulcatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 259. 5. *Illig. Mag.* 1. 67. 3-4. *Payk. fn.* 1. 193. 3. *Marsh. ent. br.* 1. 412. 2. *Schönh. synon.* 2. 12. 7.

Dy-

Dytiscus punctatus. Oliv. ent. 3. 40. 12. 4. *Tab.* 1. *f.* 6. *b*, & *f.* 1. *e.*
Dytiscus laterali-marginalis. De Geer. Inf. 4. 396. 3.
Dytiscus porcatus. Thunb. Inf. Svec. 6. 74.

Habitat in aquis apud nos rarius.

Descr. D. marginali paullo minor, præsertim angustior. Caput rotundatum nigrum læve, labro, fasciaque inter antennas luteis; in fronte lunula rufo-ferruginea. Antennæ thorace paullo longiores, flavo-ferrugineæ. Thoracis structura ut in præcedentibus omnino, supra convexus niger lævis, tenue canaliculatus, margine tantummodo laterali late luteo; ipsa sutura antica interdum fusco-ferruginea. Scutellum breve cordatum acutum nigrum læve, margine apicis ferrugineo. Elytra thorace paullo latiora, in medio vix vel parum dilatata, apice obtuse rotundata, supra modice convexa, nigra nitida lævia margine exteriore toto, lituraque obsoletiore transversa, margini connexa, intra apicem, flavis; lineæ tres longitudinales e punctis impressis in singulo elytro, magis conspicuæ quam in prioribus. Corpus subtus nigrum nitidum, abdomine utrinque maculis 5 vel 6 oblongis obscure ferrugineis; sternum postice bifidum, laciniis divaricatis rotundatis. Pedes piceo-ferruginei, tarsis anticis patellis valde dilatatis, cordatis.

Femina differt: Thorace subtilissime punctulato, elytris ultra medium profunde sulcatis, & tarsis omnibus simplicibus.

6. D. sulcatus: ovalis planus nigricans, thoracis margine fasciaque transversa, utrinque dilatata, luteis.

Mas: Elytris glabris creberrime punctulatis, tarsis anticis patellatis.

Femina: Elytris sulcis quatuor latis villosis, tarsis omnibus simplicibus.

Linn. syst. nat. 2. *666.* 13. *Fn. sv.* 778. *Fabr. syst. eleut.* 1. 261. 14. *Oliv. ent.* 3. 40. 16. 10. *Tab.* 4. *f.* 31. *a, b. Illig. col. bor.* 1. 254. 4. *Payk. fn* 1. 195. 4. *Panz. fn.* 31. *f.* 9. 10. *Schönh. synon.* 2. 14. 17.

Dytiscus fasciatus. De Géer Ins. 4. 397. 4.

Dytiscus cinereus. Marsh. ent. br. 1. 413. 3.

Var. *b.* supra saturate niger, fascia thoracis aut angusta, aut obsoleta; Mas.

Habitat in aquis ubique frequens; var. b. in Finlandiæ aquis, *Dom. Pfeiff.*

Descr. Præcedentibus longe minor, ovalis, latus, depressus. Caput breve latum, supra nigricans, ore, labro, fascia lata inter antennas, linea angulari frontis, maculis duabus verticis, & arcu ante singulum oculum flavis. Antennæ thorace longiores tenues flavæ, articulis exterioribus apice fuscis. Thorax brevissimus transversus, antice multo angustior, ibique late & profunde emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis subrectis, immarginatis, postice truncatus, angulis nonnihil productis acuminatis; supra parum convexus, crebre at tenue punctulatus, niger, margine omni griseo-flavescente; in disco nigro præterea fascia flava, sæpe in medio interrupta, versus latera utrinque in maculam angulatam dilatata. Scutellum breve latum triangulare nigrum. Elytra ovalia, basi vix thorace latiora, ultra medium sensim dilatata, tenue marginata, apice obtuse rotundata supra antice nonnihil convexa, posterius deplanata, undique confertissime subtiliter punctulata, griseo-nigricantia, margine laterali, lineaque suturali flavicantibus

tibus, fufco-irroratis; in fingulo elytro lineæ tres elevatæ, at plerumque valde obfoletæ. Corpus fubtus faturatius nigrum, præfertim pectus; creberrime punctulatum, thorace fubtus concavo, utrinque macula magna flavefcente; abdominis fegmenta macula ovata flava utrinque, & margines fegmentorum plerumque ferruginei; fternum poftice bifidum, laciniis brevibus rotundatis. Pedes quatuor antici flavi, tarfis primi paris valde dilatatis, patellatis, fubtus umbilicatis, fupra nigris; Pedes poftici elongati nigri, ftipulis, femorumque apice flavis.

Femina differt: Thorace utrinque foveola magna transverfa impreffa, grifeo-villofa, & elytro fingulo fulcis quatuor latis grifeo-villofis; detrita villofitate, fundus crebre punctulatus videtur; interftitia & apex vix punctulata; tarfi omnes fimplices; cetera ut in mare.

Var. b. differt colore totius corporis faturatius nigro, & fafcia media thoracis obfoleta.

7. D. bilineatus: ovalis fub-depreffus flavefcens, thorace antice pofticeque nigro, elytris nigris flavo-irroratis, medio dilatatis.

De Géer Inf. 4. 400. 6. a. Payk. fn. 1. 196. 5. Schönh. fynon. 2. 16. 27.

Habitat in aquis ftagnantibus rarius; a *Dom. Hæffner* prope Holmiam lectus.

Defcr. Statura brevis depreffa, pone medium dilatata, omnino D. fulcati, fed paullo minor. Caput breve latum flavo-teftaceum læve, vertice arcubusque duobus frontalibus transverfis nigris. Antennæ thorace longiores tenues teftaceæ, articulis exterioribus apice obfcuris. Thorax breviffimus transverfus, antice multo anguftior, late & profunde emarginatus, angulis porrectis acuminatis, lateribus obliquis-rotun-

tundatis, postice sub-sinuatus, angulis productis acutis; supra parum convexus, lævis, flavo-testaceus; in ipso margine antico fascia nigra, extrorsum dilatata, latera non attingens, & alia in ipso margine postico, anterius sinuata, versus latera attenuata. Scutellum breve latum triangulare nigrum. Elytra basi thorace parum latiora, ultra medium sensim valde dilatata, tenue marginata, apice rotundata, supra depressa, præsertim postice, undique lævia, nigra, margine exteriori toto, lineaque suturali luteo-testaceis, discus totus punctis consertissimis flavo-testaceis pellucidis irroratus, quæ tamen nullatenus impressa sunt; in singulo elytro lineæ tres longitudinales e punctis parvis obsoletis impressis. Corpus subtus totum flavo-testaceum, suturis saturatioribus. Sternum postice bifidum, laciniis brevibus rotundatis. Pedes flavo-testacei, tibiis tarsisque posticis saturatius brunneis; tarsi antici maris valde dilatati, patellati, feminæ vero omnes simplices; ceterum ambi sexus simillimi.

8. D. cinereus: ovatus convexior luteo-testaceus, thorace antica posticeque nigro, elytris ovalibus nigricantibus flavo-irroratis.

Linn. syst. nat. 2. *666.* 11. *fn. sv.* 771. *Fabr. syst. eleut.* 1. *262.* 21. *Oliv. ent.* 3. *40.* 17. 11. *Tab.* 4. *f.* 32. *6. Illig. col. bor.* 1. *256.* 5. *Mag.* 1. *68.* 5. *Panz. fn.* 31. *f.* 11. *Schönh. synon.* 2. 16. 28.

Habitat in aquis rarius.

Descr. Præcedenti quoad colores & signaturas simillimus; longitudo etjam eadem, sed angustior, & elytra multo minus dilatata, magisque convexa. Caput læve ferrugineum, vertice, lineisque duabus frontalibus transversis sinuatis nigris. Antennæ ut in præcedente. Thorax etjam ut in illo omnino, modo

do magis convexus, & lineolis abruptis impreſſis tenuibus ſtriatus, ſaltem in femina; faſciæ nigræ apicis & baſeos in ipſo margine collocatæ, ut in priori. Scutellum breve triangulare nigrum læve. Elytra exacte ovata, baſi thorace vix latiora, verſus medium ſenſim nonnihil dilatata, & dein iterum attenuata, apice rotundata, ſupra modice convexa, nigra, lævia, puſtulis pallidis pellucidis crebre irrorata, margine toto luteo-teſtaceo; ſtriæ tres in diſco e punctis impreſſis, ut in prioribus. Corpus ſubtus pallide teſtaceum, abdominis lateribus obſcurius maculatis. Pedes pallide teſtacei, tarſis anticis maris dilatatis.

9. D. zonatus: convexior ovatus flavo-teſtaceus, thorace faſciis duabus nigris intra-marginalibus, elytris nigricantibus flavo-irroratis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 262. 22. *Illig. coll. bor.* 1. 257. 6. *Mag.* 1. 69. 6. *Panz. fn.* 38. *f.* 13. *Schönh. ſynon.* 2. 16. 29.

Dytiſcus cinereus. Payk. fn. 1. 197. 6.

Habitat in aquis paſſim.

Deſcr. Statura & ſumma affinitas præcedentis, ſed plerumque paullo minor. Caput læve flavo-teſtaceum, vertice arcubusque duobus frontalibus flexuoſis nigris, anteriori ſæpe interrupto. Antennæ thorace longiores, tenues, pallidæ, apice obſcuriores. Thoracis ſtructura omnino ut in prioribus, ſupra modice convexus, lævis, pallidus, vel flavo-teſtaceus; intra apicem faſcia transverſa nigra, utrinque oblique truncata, margines non attingens, & alia intra baſin, utrinque attenuata, margine tamen ipſo undique pallido. Scutellum breve triangulare nigrum. Elytra ut in præcedenti omnino, ſupra mo-

modice convexa, nigricantia, crebre pallido-irrorata, margine exteriori, lineaque futurali pallide testaceis. Corpus subtus pallide testaceum, abdominis lateribus maculis obscurioribus. Pedes pallide testacei, tarsis anticis maris dilatatis, feminæ simplicibus.

10. D. striatus: oblongus niger, posterius attenuatus, thorace flavescente, medio inæqualiter nigro, elytris subtilissime transversim strigosis.

Var. *b.* Thorace flavo-testaceo, litura disci transversa abbreviata nigra.

Var. *c.* Thorace pallide testaceo, fascia media abbreviata nigra, pedibus totis, sternique laciniis flavo-testaceis. *Payk. loc. cit. var.*

Linn. syst. nat. 2. *665. 9. Fn. sv. 770. Fabr. syst. eleut.* 1. *261. 16. Payk. fn. 1.* 202. 11. *Schönh. synon. 2. 15. 20.*

Dytiscus transverse-striatus. De Géer Ins. 4. *399.* 5. *Tab. 15. f. 16.*

Habitat in aquis stagnantibus non infrequens.

Descr. D. sulcato fere longior, sed dimidio angustior. Caput latum nigrum nitidum, strigis subtilissimis abbreviatis irregularibus exaratum, labro fasciaque lata inter antennas flavescentibus; in vertice puncta duo oblonga transversa paria ferruginea, sæpe obsoleta. Antennæ thorace longiores tenues nigræ, basi pallidæ. Thorax brevissimus transversus, antice multo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis; lateribus obliquis rotundatis, postice

ce truncatus, ſupra parum convexus, hinc inde impreſſus, undique crebre ſubtiliſſime irregulariter ſtrigoſus, flavo-teſtaceus, medio niger, quæ nigredo plerumque margini antico & poſtico contigua, in medio vero a faſcia pallidiori fere interrupta. Scutellum breve triangulare nigrum ſtrigoſum. Elytra oblongo-ovata, baſi thorace paullo latiora, verſus medium ſenſim dilatata, & pone medium iterum attenuata, apice rotundata, ſupra modice convexa, nigro-fuſca, margine dilutius griſeo-flaveſcente, ſubtiliſſime creberrime transverſim ſtrigoſa; in ſinguli elytri diſco ſtriæ duæ e punctis impreſſis obſoletis; verſus marginem & juxta ſuturam etjam puncta parva ſparſa. Corpus ſubtus ſaturatius nigrum ſubnitidum, confertiſſime ſtrigoſum, ſegmentis poſticis interdum ferrugineo-marginatis; ſternum poſtice bifidum, laciniis divaricatis rotundatis. Pedes nigri rugoſo-punctati, tarſis anticis maris quidem dilatatis, coarctatis, non tamen ita patellatis ut in prioribus.

Var. b. differt tantum thorace fere toto pallide teſtaceo, litura media transverſa ſinuata nigra.

Var. c, magis diverſa, ſupra dilutior, fronte latius flaveſcente, thorace flavo-teſtaceo, faſcia media ſimplici abbreviata nigra, pedibusque totis flavo-teſtaceis; ſtrigæ elytrorum etjam in hac profundiores apparent, forte ſpecies diſtincta, D. dolabrato propinqua.

Obſ. Figura DeGeéri loc. cit. Dyt. ſtriatum potius quam D. fuſcum repræſentat, quare huc retuli.

11. D. fuſcus: brevior ovatus ſupra fuſcus, thorace flaveſcente medio fuſco-piceo, elytris ſubtiliſſime transverſim ſtrigoſis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 665. 10. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 261. 17. Payk. fn. 1. 203. 12. Thunb. Inſ. Svec. 6. 74. Schönh. ſynon. 2. 15. 21.

Dy-

Dytiscus striatus. Oliv. ent. 3. 40. 18. 13. Tab. 2. f. 20. Illig. coll. bor. 1. 257. 7. Mag. 1. 69. 7. Panz. fn. 86. f. 5.

Habitat in aquis stagnantibus frequens.

Descr. Praecedenti quidem valde affinis, sed tamen vere distinctus, paullo minor, praesertim brevior, postice magis obtusus. Caput ut in praecedente, sed vix visibiliter strigosum, modo subtilissime punctulatum. Antennae ut in priori. Thoracis structura etjam eadem, sed supra paullo magis convexus, flavo-testaceus, disco obscuriori inaequaliter fusco-piceo, margine tamen antico & postico plerumque pallidis. Scutellum ut in praecedente. Elytra ovata, breviora, apice obtuse rotundata, supra parum convexa, dilutius fusca, margine laterali, saepe etjam baseos griseo-pallidis, subtilissime creberrime transversim strigosa, lineisque duabus disci evidentioribus e punctis impressis. Corpus subtus saturatius nigrum, subnitidum, tenuissime strigosum, interdum piceum. Pedes antici luteo-testacei, femorum basi subtus piceo; posteriores picei, geniculis pallidis; tarsi antici maris modice dilatati, ut in D. striato.

Obs. Vix dubium mihi videtur, hunc fuscum A. Linnaei esse, nam significatio nominis huic aptius competit.

12. D. dolabratus: oblongus niger, thorace flavo, fascia media abbreviata nigra, elytris transversim strigosis, pedibus pallidis.

Payk. fn. 1. 204. 13. Schönh. synon. 2. 15. 22.

Habitat in aquis Lapponiae non infrequens. *Dom. Grape.*

Descr. Statura oblongior angustior D. striati, sed plus duplo minor. Caput breve latum nigrum, sub-

subtilissime strigosum, ore, labro, fronteque late flavis; in vertice puncta duo transversa ferruginea. Antennæ thorace longiores, tenues, pallidæ, apice fuscæ. Thorax quoad structuram omnino ut in proxime præcedentibus, etjam supra irregulariter reticulato-strigosus, flavo-testaceus, fascia media nigra abbreviata, sæpe utrinque puncto obsoletiori fusco acuta. Scutellum breve triangulare nigrum, apice testaceum. Elytra oblonga, basi thorace paullo latiora, versus medium sensim parum dilatata, & iterum posterius attenuata, apice rotundata, supra subdepressa, nigra, margine laterali luteo; superficies tota confertissime transversim strigosa, strigis profundioribus quam in præcedentibus, sed lineæ punctatæ disci vix ullæ. Corpus subtus saturatius nigrum, subnitidum, subtilissime strigosum, ano, marginibusque segmentorum posticorum ferrugineis. Pedes toti pallide testacei, tarsis anticis in mare coarctatis, modice dilatatis; in femina omnibus simplicibus.

13. D. Hybneri: ovatus niger, thorace antice lateribusque ferrugineo, elytris vitta marginali flava.

Mas: thorace lævi, tarsis anticis patellis orbiculatis.

Femina: thorace sub-strigoso, tarsis omnibus simplicibus.

Fabr. syst. eleut. 1. *265. 35. Oliv. ent. 3. 40. 24. 22. Tab. 4. f. 33. Illig. col. bor.* 1. *258. 9. Payk. fn.* 1. *205.* 14. *Schönh. synon.* 2. *19. 50.*

Dytiscus semi-niger. De Géer Ins. 4. 401. 7.

Dytiscus parapleurus. Marsh. ent. br. 1. 427. 40.

Habitat in aquis rarius.

Descr.

Deſcr. D. Zonato anguſtior, ſed vix brevior. Caput latum nigrum, ſub-læve, ore fronteque late flavo-teſtaceis; inter oculos puncta duo transverſa ferruginea. Antennæ thorace longiores, tenues, pallidæ, apice fuſceſcentes. Thorax brevis transverſus, antice anguſtior, late emarginatus, angulis productis acuminatis, lateribus obliquis vix rotundatis, poſtice truncatus, ſupra modice convexus, fere lævis, lateribus late, anterius anguſtius flavo-teſtaceus, baſi in medio niger. Scutellum breve triangulare nigrum. Elytra baſi vix thorace latiora, in medio parum dilatata, apice rotundata, ſupra modice convexa, nigra nitida, vix viſibiliter punctulata, margine exteriori vitta lata flava, poſterius nigro-irrorata; in diſco ſinguli elytri ſtriæ tres e punctis parvis impreſſis, exteriori obſoletiori. Corpus ſubtus nigrum ſub-nitidum, ano interdum piceo; ſternum poſtice bifidum, laciniis rotundatis. Pedes quatuor antici pallide teſtacei, poſtici nigro-picei; tarſi primi paris valde dilatati, patellis magnis orbiculatis; tarſi intermedii etjam dilatati.

Femina ſimillima, ſed in thorace, præſertim anterius, ſtrigulæ variæ inordinatæ impreſſæ, & tarſi omnes ſimplices.

14. D. transverſalis: ovatus niger, thorace antice lateribusque ferrugineo, elytris vitta marginali ſtriaque baſeos abbreviata flavis.

Mas: Thorace lævi, tarſis anticis patellis orbiculatis.

Femina: Thorace ſtriguloſo, tarſis omnibus ſimplicibus.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *265. 38. Oliv. ent.* 3. *40.* 24. 23. *Tab. 3. f. 22. Illig. col. bor.* 1. *257. 8. Payk. fn.* 1. *206.* 15. *Panz. fn. 86. f. 6. Schönh. ſynon. 2. 20. 53.*

Ha-

Habitat in aquis passim.

Descr. Magnitudo, statura & summa affinitas praecedentis. Caput & antennae ut in illo omnino. Thoracis structura & color etjam eaedem, sed plaga nigra baseos paullo minor. Scutellum ut in priori. Elytrorum forma omnino eadem, supra convexa nigra laevia, margine late flavescente, pone medium ramulos aliquot obliquos interruptos emittente; prope basin in singulo elytro striga tenuis undulata pallida, utrinque abbreviata, & paullo ante apicem plerumque punctum parvum solitarium pallidum; striae tres punctatae disci, ut in priori. Corpus subtus nigrum sub-nitidum, ano, segmentorumque marginibus ferrugineo-piceis; ad latera abdominis saepe puncta ferruginea. Pedes quatuor anteriores pallidi, postici piceo-ferruginei; tarsi maris omnino ut in masculis praecedentis speciei.

Femina pari modo a mare diversa, ac in specie praecedente, thorace nempe strigulis inordinatis abbreviatis impressis signato, & tarsis omnibus simplicibus.

45. D. stagnalis: ovatus niger, capite thoraceque antice, pedibusque anterioribus luteis, elytris nigris, margine lineisque luteis.

Fabr. syst. eleut. 1. 265. 37. *Illig. Mag.* 1. 70. 7-8. *Panz. fn.* 91. *f.* 7. *Schönh. synon.* 2. 20. 52.

Habitat in aquis Lundensibus rarius. *Dom. Fallén.*

Descr. Magnitudo & statura D. transversalis. Caput antice late luteum, vertice nigro, maculis duabus transversalibus ferrugineis. Antennae thorace longiores, tenues, pallidae, apice obscuriores. Thorax

ut in præcedente omnino, luteo-rufefcens, poftice in medio plaga nigra anterius angulata. Scutellum breve triangulare nigrum. Elytra quoad formam exacte ut in proxime præcedentibus, fupra nigra, margine laterali late luteo; in finguli difco præterea lineæ quinque vel fex longitudinales, anguftæ, fub- undulatæ, luteæ, quarum futuræ proxima reliquis latior; futura ipfa late nigra; lineæ tres e punctis impreffis, ut in prioribus. Corpus fubtus nigro-piceum vix punctulatum, fterno poftice bifido laciniis brevibus rotundatis. Pedes quatuor antici lutei, poftici, nigro-picei; tarfi antici in mafculis coarctati, patellati, ut in præcedentibus; in femina tarfi omnes fimplices.

16. D. confperfus: ovatus niger, fupra flavicans, thorace macula media nigra, elytris crebre nigro-irroratis, ftriis difci punctatis.

Marſh. ent. br. 1. 427. 37. *Schönh. ſynon.* 2. 22. 66.

Habitat in aquis rarius; in infula Orouft Bahufiæ lectus.

Defcr. D. notato fimilis, fed plus duplo major, & vere diftinctus. Caput antice luteum, vertice late nigro, maculis duabus ferrugineis, fæpe confluentibus. Antennæ thorace longiores tenues, totæ pallidæ. Thorax breviffimus transverfus, antice multo anguftior, late & profunde emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis fub-rectis marginatis, poftice fub-finuatus, angulis acuminatis; fupra parum convexus, fub oculo acute armato fubtiliffime rugulofus, totus luteus, macula media difci transverfa nigro-fufca. Scutellum breve triangulare piceum. Elytra ovata, bafi thorace paullo latiora, verfus medium fenfim dilatata, apice rotundata, fupra anterius modice

modice convexa, poſtice deplanata, flaveſcentia, diſco toto creberrime nigro-irrorata, margine laterali late, & linea ſuturali anguſta, luteis immaculatis; ſuperficies tota ut in thorace, ſubtiliſſime rugulosa, & in ſingulo elytro lineæ tres e punctis impreſſis ſatis perſpicuis. Corpus totum ſubtus ſaturate nigrum ſub-nitidum, læve; ſternum poſtice bifidum, laciniis brevibus rotundatis ferrugineo-piceis. Pedes quatuor anteriores luteſcentes, poſtici nigro-picei, femoribus apice ferrugineis; tarſi antici maris coarctati, nonnihil dilatati, non vero patellati; in femina tarſi omnes lineares ſimplices.

17. D. notatus: ovatus, ſupra flavicans, thorace maculis diſci nigris, elytris crebre nigro-irroratis, ſtriis nullis punctatis.

Mas: Elytris lævibus, tarſis anticis ſub-dilatatis.

Femina: Elytris anterius ſtriolis crebris abbreviatis impreſſis, tarſis ſimplicibus.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. *267. 50. Oliv. ent. 3.* 40. *29. 32. Tab. 5. f.* 47. *Illig. col. bor.* 1. *261.* 15. *Mag.* 1. *71. 15. Payk. fn.* 1. *198.* 7. *Thunb. Inſ. Svec. 6.* 74. *Schönh. ſynon.* 2. 22. *67.*

Dytiſcus frontalis. Marſh. ent. br. 1. 425. *33. mas.*

Dutiſcus virgulatus. Illig. Mag. 5. 225. *50, femina.*

Habitat in aquis paſſim.

Deſcr. Statura præcedentium, ſed longe minor, D. agilem vix æquans. Caput transverſum læve, antice flavum, vertice late nigro, maculis duabus transverſis teſtaceis. Antennæ thorace longiores tenues, baſi

basi pallidæ, extrorsum fuscescentes. Thorax brevissimus transversus, antice late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis marginatis, parum rotundatis; postice multo latior, sub-sinuatus, angulis acuminatis, supra parum convexus, fere lævis, vel subtilissime irregulariter punctulatus, totus flavescens; in medio disci macula transversa abbreviata nigra, interdum in duas divisa, & extrorsum utrinque in eadem linea punctum fuscum, sæpe obsoletum; in ipsa basi media ante scutellum linea transversa nigra abbreviata. Scutellum breve triangulare nigro-fuscum. Elytra ovata, in medio nonnihil dilatata, apice obtuse rotundata, supra modice convexa, flavescentia, disco toto confertissime nigra irrorato, ut nigro-fusca appareant, margine laterali late, lineaque suturali angustius pallidis immaculatis; in disco obscuro plerumque lineæ tres tenues longitudinales pallidæ, sed striæ punctatæ omnino nullæ. Pectus nigrum sub-læve, sterno testaceo, postice bifido, laciniis divaricatis rotundatis; abdomen nigro-piceum, lateribus ano segmentorumque marginibus pallidis. Pedes toti flavescentes, tarsis anticis nonnihil dilatatis, subtus longius ciliatis.

Femina differt: Elytris a basi ultra medium strigulis abbreviatis crebris impressis exaratis, abdomine fere toto pallido, basi & lateribus fusco-maculato, ut & tarsis omnibus simplicibus; cetera ut in mare omnino; adeoque non jure ut species distincta consideranda.

18 D. **agilis:** oblongo-ovatus, supra flavicans, thorace antice posticeque nigro, elytris crebre nigro-irroratis, striisque disci punctatis.

Fabr. syst. eleut. 1. *266.* 44. *Payk. fn.* 1. *199.* 8. *Thunb. Ins. Suec.* 6. *p.* 74. *Panz. fn.* 90. *f.* 2. *Schönh. synon.* 2, 23. 68.

Dy-

Dytiscus bilineatus var. De Geer. Inf. 4. 400. 6. b.

Habitat in aquis ftagnantibus frequens.

Defcr. Præcedenti fimilis, fed paullo major & oblongior. Caput & antennæ ut in præcedenti omnino. Thoracis ftructura exacte eadem, totus flavefcens, difco immaculatus, fed margo anticus in medio angufte niger, & pofticus itidem fafcia nigra, in medio anterius dilatata, verfus margines attenuata. Scutellum breve triangulare nigrum læve. Elytra oblongo-ovata, in medio parum dilatata, apice rotundata, fupra modice convexa, in fundo flavefcentia, fed difcus totus confertiffime nigro irroratus, ut elytra fufca appareant, margine exteriori & linea futurali pallidis immaculatis; in difco cujusvis elytri lineæ duæ longitudinales e punctis impreffis; fuperficies, fub oculo acute armato fubtiliffime ftrigofa in utroque fexu, in femina vero paullo fortius. Corpus fubtus nigrum fub-nitidum, fubtiliffime ftrigofum; fternum poftice bifidum, laciniis divaricatis rotundatis ferrugineis; fegmenta pofteriora abdominis, non vero ipfe anus ferrugineo-marginata. Pedes quatuor anteriores pallidi, poftici faturatius ferruginei, femoribus fubtus macula oblonga nigricante; tarfi antici maris, modice dilatati, fubtus ciliati.

Femina in omnibus fimillima, differt modo tarfis anticis fimplicibus, & elytris paullo evidentius ftrigofis.

19. D. collaris: oblongo-ovatus undique flavefcens, thorace vix maculato, elytris nigro-irroratis, ftriis difci punctatis.

Payk. fn. 1. 200. 9. Marfh. ent. br. 1. 415. 6.

Dytifcus adfperfus. Illig. col. bor. 1. 261. 16. Mag. 1. 71. 16. Panz. fn. 38. f. 18.

Dytiscus oculatus Herbst. Archiv. 5. 125. 13.

Habitat in aquis passim, minus frequens.

Descr. Statura & summa affinitas præcedentis, sed paullo minor, brevior, & diversus videtur. Caput flavescens, vertice angustius nigro, maculis duabus transversis testaceis. Antennæ ut in prioribus. Thorax quoad structuram exacte ut in præcedenti, totus flavescens, plerumque immaculatus, interdum vero in ipsa basi puncta duo remota fusca, rarius margine fuscescente conjuncta. Scutellum breve triangulare nigrum, apice testaceum. Elytra oblongo-ovata, lateribus parum dilatata, apice rotundata, supra anterius modice convexa, posterius deplanata, flavescentia, disco toto crebre nigro-irrorato; margo exterior late, & stria suturalis angusta, flava immaculata; in disco cujusvis elytri striæ tres irregulares e punctis impressis. Pectus totum flavescens, suturis saturatioribus; sternum postice bifidum, laciniis divaricatis rotundatis; abdomen saturatius ferrugineo-testaceum, nitidum, læve. Pedes quatuor anteriores flavescentes, postici magis testacei; tarsi antici maris coarctati, parum dilatati, subtus ciliati.

Femina in omnibus simillima, modo tarsis anticis simplicibus diversa.

20. D. adspersus: brevior ovalis, supra flavescens, subtus niger, elytris nigro-irroratis, striis disci punctatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 267. 51. Schönh. synon. 2. 23 69.

Dytisco adsperso affinis, Illig. Mag. 1. 71. 16. not.

Dytiscus collaris var. subtus nigra. Marsh. ent. br. 1. 415. 6. not.

Habitat in aquis, apud nos rarissime; femina unica in Hallandia prope Halmstad capta.

Descr.

Descr. Praecedenti valde similis & affinis, sed multo latior, etsi non longior, subtus niger, quare diversus mihi videtur. Caput luteo-testaceum, vix punctulatum, vertice anguste nigro, maculis duabus transversis testaceis. Antennae thorace longiores, tenues, pallidae. Thorax quoad structuram exacte ut in praecedenti, modo paullo latior, totus flavescens, subtilissime punctulatus; in margine postico puncta duo fusca, at obsoletissima. Scutellum breve triangulare fusco-piceum. Elytra lata, ovalia, basi thorace vix latiora, versus medium dilatata, apice rotundata, supra parum convexa, sub oculo acute armato subtilissime strigulosa, flavescentia, minus crebre nigro-irrorata, margine exteriore late, striaque suturali angusta flavis immaculatis; in disco singuli elytri striae tres e punctis impressis, ut in prioribus. Pectus totum nigrum nitidum laeve, sterno testaceo, apice bifido, laciniis divaricatis rotundatis; abdomen nigrum nitidum, basi, ano, segmentorumque marginibus testaceis. Pedes toti flavescentes, tarsis feminae simplicibus.

21. D. bipunctatus: ovatus, supra flavescens, subtus nigro-piceus, thoracis disco punctis duobus nigris, elytris nigro-variis.

Fabr. syst. eleut. 1. 264. 31. Oliv. ent. 3. 40. 22. 20. Tab. 2. f. 15. Illig. col. bor. 1. 262. 17. Payk. fn. 1. 216. 25. Panz. fn. 91. f. 6. Thunb. Ins. Svec. 6. 75. Marsh. ent. br. 1. 418. 15. Schönh. synon. 2. 18. 38.

Habitat in Sveciae australis aquis rarius.

Descr. D. maculato fere brevior, sed latior, magis depressus. Caput ovatum, subtilissime punctulatum, antice flavescens, vertice late nigro, maculis duabus transversis ferrugineis. Antennae thorace lon-

longiores pallidæ, apice obſcuriores. Thorax breviſſimus transverſus, antice multo anguſtior, late emarginatus, angulis acuminatis, lateribus obliquis marginatis, parum rotundatis, poſtice in medio obtuſe rotundatus, ſupra parum convexus, ſubtiliſſime punctulatus, totus flaveſcens; in medio diſci puncta duo nigra paria approximata, interdum parva, fere obſoleta, interdum majora, fere confluentia. Scutellum breve triangulare flavo-teſtaceum. Elytra lata-ovata, in medio dilatata, verſus apicem ſubacuminata, ſupra parum convexa, ſubtiliſſime punctulata, pallide flaveſcentia, ſignaturis variis nigro-fuſcis irrorata, margine laterali latius, linea ſuturali, maculaque pone medium margini laterali contigua flaveſcentibus immaculatis; in diſco lineæ tres obſoletæ e punctis impreſſis, vix niſi anterius conſpicuis. Corpus ſubtus nigro-piceum nitidum, ano, ſegmentorumque marginibus ferrugineis; ſternum poſtice bifidum, laciniis divaricatis rotundatis ferrugineis. Pedes pallide teſtacei, tarſis anticis in mare coarctatis, modice dilatatis; in femina tarſi omnes ſimplices.

32. D. abbreviatus: ovatus niger capite rufo, elytris faſcia undulata abbreviata baſeos, maculisque duabus marginalibus pallidis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 265. 40. *Oliv. ent.* 3. 40. 26, 27 *Tab.* 4 *f.* 38. *Illig. col. bor.* 1. 263. 19. *Payk. fn.* 1. 217. 26. *Panz. fn.* 14. *f.* 1. *Schönh ſynon.* 2. 20. 56.

Habitat in aquis Sveciæ auſtralis rarius.

Deſcr. Statura omnino D. maculati, ſed paullo minor. Caput læve, obſcure rufum, puncto fuſco in medio verticis. Antennæ thorace longiores ferru-

rugineæ, apice obscuriores. Thorax brevis transversus, antice multo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis marginatis, parum rotundatis; postice sub-sinuatus, angulis obtusis, supra modice convexus, subtilissime punctulatus, nigro-piceus, margine laterali inæqualiter ferrugineo; intra apicem striga continua, & intra basin alia in medio interrupta, e punctis majoribus impressis, ut in plerisque hujus familiæ. Scutellum parvum breve triangulare piceum. Elytra oblongo-ovata, in medio parum dilatata, apicem versus attenuata, acuminata, supra modice convexa, nigra nitida, margine laterali inæqualiter ferrugineo, sub oculo acute armato crebre subtilissime punctulata, lineis tribus e punctis majoribus inordinatis crebrioribus; prope basin fascia angusta undulata, pallide testacea, margini contigua, suturam vero non attingens; paullo pone medium juxta marginem macula didyma ejusdem coloris, interdum in duas divisa, & intra apicem punctum solitarium pallidum. Corpus subtus nigrum nitidum, segmentis abdominalibus anoque ferrugineo-marginatis; sternum postice bifidum, laciniis divaricatis rotundatis ferrugineis. Pedes rufescentes, tarsis anticis maris dilatatis.

23. D. vitreus: ovatus niger, elytris lævibus nigroæneis, striis tribus simplici serie punctatis, macula laterali didyma, punctoque apicis albido fenestratis.

Payk. fn. 1. 217. 27. Schönh. synon. 2. 19. 45.

Dytiscus didymus. Oliv. ent. 3. 40. 26. 26. Tab. 4. f. 37.

Dytiscus abbreviatus var. Illig. col. bor. 1. 263. 19. 6. Schönh. synon. 2. 20. 56. 6.

Habitat in Sveciæ auſtralis aquis rarius.

Deſcr. Magnitudo, ſtatura & affinitas præcedentis, attamen vere diverſus. Caput nigrum ſub-læve, antice plerumque rufo-teſtaceum, maculisque duabus verticis rufeſcentibus. Antennæ thorace longiores tenues pallidæ, apice obſcuriores. Thorax breviſſimus transverſus, anterius anguſtior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis marginatis, parum rotundatis, poſtice ſinuatis, in medio magis productus, angulis ſub-acuminatis; ſupra modice convexus, lævis, niger, parum æneo-nitens, lateribus ferrugineo-piceis. Scutellum breve triangulare piceum. Elytra oblongo-ovata, in medio parum dilatata, apicem verſus attenuata, ſub-acuminata, ſupra modice convexa, nigro-ſubænea nitida lævia, margine concolore; in ſinguli diſco ſtriæ tres e punctis paucioribus, fere in ſeries regulares digeſtis; paullo pone medium juxta marginem macula major albida didyma, & prope apicem alia minor, antice emarginata, ambæ pellucido-feneſtratæ. Corpus ſubtus nigrum, interdum piceo-ferrugineum; ſternum ut in priori. Pedes rufo-teſtacei, femoribus ſubtus, tibiarumque baſi interdum nigricantibus, præſertim in poſticis. Tarſi antici maris coarctati, nonnihil dilatati, ſubtus ciliati.

24. D. maculatus: ovatus, ſupra niger, thorace faſcia lata, elytris maculis lineisque longitudinalibus pallidis.

Linn. ſyſt. nat. 2. 666. 15. *fn. ſv.* 777. *Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 266. 45. *Oliv. ent.* 3. 40. 27. 29. *Tab.* 2. *f.* 16. *Illig. col. bor.* 1. 262. 18. *Payk. fn.* 1. 218. 28. *var. b. Marſh. ent. br.* 1. 418. 1: 4. *Schönh. ſynon.* 2. 21. 57.

Var.

Var. *b.* Difco elytrorum absque lineis pallidis. *Illig. loc. cit. var. b. Payk. loc. cit. a.*
Dytiscus inæqualis. *Panz. fn.* 14. *f.* 8. *Crit. Rev.* 1. 57.

Var. *c.* Thoracis fafcia interrupta, elytris maculis paucioribus, parvis, fimplicibus. *Payk. l. c. var.* c.

Var. *d.* Thoracis fafcia interrupta, elytris immaculatis, margine angufte pallido.

Habitat in fluviis, lacubus, ftagnis, frequens, præcipue locis arenofis, fub lapidibus; var. *d.* rarior, in Weftrogothia lecta.

Defcr. Statura & magnitudo proxime præcedentium. Caput fubtiliffime punctulatum, antice late rufum, vertice nigro, maculis duabus transverfis rufo-ferrugineis. Antennæ pallide rufefcentes, thorace paullo longiores. Thoracis ftructura ut in præcedentibus, fupra modice convexus, fubtiliffime punctulatus, pallide flavefcens; in ipfo margine antico fafcia anguftior abbreviata nigra, & in margine poftico alia, in medio latior, fæpe ad latera usque extenfa. Scutellum parvum breve triangulare nigrum. Elytra ovata, apice rotundata, fupra antice convexa, fubtiliffime punctulata, ftriis tribus difci obfoletis punctatis; nigra nitida, margine laterali late pallido feu albido; prope bafin interne macula albida, pofterius bifida, ramo exteriori in lineam longitudinalem usque ad maculam apicis elytri producto; prope marginem exteriorem maculæ duæ albidæ, una paullo ante, altera pone medium, ambæ utrinque bifidæ, margini pallido connexæ, & intra apicem macula rotundata, lineam difci terminans; maculæ iftæ, ut & linea difci, magnitudine valde variant. Corpus fubtus ferrugineo-brunneum,

ane

ano sæpe obscuriori. Pedes rufo-ferruginei, tarsis anticis maris nonnihil dilatatis.

Var. b. differt tantum macula baseos elytrorum abbreviata, nec in lineam longitudinalem producta, maculisque lateralibus minoribus; Corpus etjam saturatius brunneum, abdomine postice nigricante.

In var. c. caput postice latius nigrum, punctis rufis verticis minoribus, magis obsoletis; thoracis fascia rufo-pallida, in medio late interrupta, ut thorax potius niger dici queat, macula cuneata pallida laterali utrinque; Elytrorum margo tenue pallidus, pone humerum ramulum hamatum obliquum emittens; macula baseos parva, simplex, acuminata; intra marginem lateralem, paullo pone medium, puncta duo parva, paria, interdum coalita, & intra apicem solitarium rotundatum, omnes rufo-pallidæ, obsoletæ; Corpus subtus nigro-brunneum, pectore dilutiori.

Var. d. simillima var. c, sed vertex adhuc latius niger, maculis rufis obsoletis, & elytra nigra immaculata, solo margine laterali anguste rufo-testaceo; Elytra in var. c & d, paullo fortius punctulata apparent.

Obs. Varietates a & b sæpe occurrunt totæ testaceæ, signaturis albidis; forte nuper exclusæ.

25. D. arcticus: oblongo-ovatus, subtilissime reticulato-strigosus, niger, thorace fascia pallida, elytris fuscis margine pallidis.

Payk. fn. I. *201.* 10. *Schönh. synon.* 2. 23. 70.

Var. *b.* Thorace nigro, lateribus late pallidis.

Habitat in aquis Lapponiæ sat frequens.

Descr. D. maculato vix brevior, sed multo angustior. Caput subtilissime creberrime reticulato-strigosum, antice late rufo-pallidum, vertice nigro, ma-

maculis duabus transverſis pallide rufis. Antennæ thorace longiores, pallidæ, apice obſcuriores. Thoracis ſtructura ut in præcedentibus omnino, ſupra modice convexus, ſubtiliſſime reticulato - ſtrigoſus, flavo - teſtaceus, faſcia abbreviata nigro - fuſca in ipſo margine antico & poſtico. Scutellum breve triangulare nigro - piceum. Elytra oblongo - ovata, in medio parum dilatata, apice rotundata, ſupra convexa, ſubtiliſſime creberrime reticulato - ſtrigoſa ſive coriacea, fuſca, margine baſeos interdum, laterali ſemper pallido; lineæ nullæ e punctis impreſſis in diſco. Corpus ſubtus ſaturatius nigrum, ſubtiliſſime ſtriatum, ſegmentorum marginibus anguſte teſtaceis; ſternum ferrugineum poſtice bifidum, laciniis divaricatis rotundatis. Pedes toti rufo - teſtacei, tarſis anticis maris modice dilatatis.

Var. b, differt: Thorace nigro, lateribus tantum late inæqualiter pallidis; alias ſimillima.

26. D. Sturmii: ovatus niger, ſubtiliſſime reticulato - ſtrigoſus, thoracis lateribus, antennis pedibusque ferrugineis, elytris fuſcis pallido - marginatis.

Schönh. ſynon. 2. 18. 41.

Var. *b*. Thoracis lateribus vix ferrugineis.

Habitat in aquis paſſim, minus frequens; var. *b*. in Lapponiæ aquis, *Dom. Grape*. a *Dom. Sturm*. Norimbergæ miſſus, nomine D. umbrinus.

Deſcr. Præcedenti affinis, ſed duplo major, præſertim latior, & reſpectu magnitudinis brevior, D. maculato fere æqualis. Caput porrectum nigrum, antice truncatum, obtuſe angulatum, punctis duobus transverſis ferrugineis in vertice; Labrum late emarginatum, & os pallide ferruginea, ſuperficies

tota

tota capitis, thoracis & elytrorum ſtriolis ſubtiliſſimis creberrimis, undique connexis reticulata. Antennæ thorace paullo longiores, obſcurius ferrugineæ. Thorax brevis transverſus, antice late emarginatus, angulis porrectis acutis, poſtice ſub-ſinuatus, ſupra modice convexus, diſco niger nitidus, lateribus late ferrugineis; intra baſin & apicem linea transverſa e punctis parvis obſoletis impreſſis. Scutellum parvum triangulare piceum. Elytra magna, ovata, lateribus dilatata, apice ſub-acuminata, ſupra parum convexa, fuſco-brunnea, lateribus late indeterminate ferrugineis; præter lineolas reticulatas ſupra memoratas, in ſingulo elytro ſtriæ tres obſoletiſſimæ e punctis minutis impreſſis. Corpus nigro-piceum, ſubtiliſſime ſtrigulofum, ſegmentorum marginibus anoque ferrugineis. Pedes ferruginei, femoribus, præſertim poſticis, baſi & ſubtus obſcurioribus; tarſi antici maris coarctati, nonnihil dilatati.

Var. b. differt thorace toto nigro, margine tantum ſummo anguſte ferrugineo; reliqua ut in a omnia.

27. D. oblongus: oblongo-ovatus ferrugineus, ſubtiliſſime punctulatus, occipite, pectore ventreque nigris, elytris acuminatis fuſcis, pallido-marginatis.

Illig. Mag. 1. 72. 17-18. Schönh. ſynon. 2. 23. 71.

Habitat in aquis Weſtmanniæ rarius. *Dom. Crug.*

Deſcr. Magnitudo & fere ſtatura D. arctici. Caput latum ferrugineum, ſubtiliſſime punctulatum, vertice plus minusve nigricante. Antennæ thorace longiores, pallide ferrugineæ. Thorax quoad ſtructuram ut in præcedentibus, ſupra parum convexus, ſubtiliſſime punctulato-ſtrigoſus, ferrugineus nitidus, margine ſummo antico nigricante; in pallidioribus etjam umbra fuſca in medio diſci obſervatur. Scutellum

tellum breve triangulare ferrugineum. Elytra oblongo-ovata, in medio nonnihil latiora, apicem versus attenuata, acuta, supra parum convexa, subtilissime crebre punctulata, lineisque pluribus e punctis paullo majoribus inordinatis notata, fusco-ferruginea, margine baseos & laterali dilutioribus. Pectus & abdomen subtus saturate nigro-picea, substrigosa, segmentorum marginibus dilutioribus. Pedes pallide ferruginei; tarsis anticis maris parum dilatatis.

28. D. fuliginosus: oblongo-ovatus, posterius attenuatus, obscure metallicus flavo-marginatus, subtilissime reticulato-strigosus, subtus ferrugineo-brunneus.

Fabr. syst. eleut. 1. *263. 27. Payk. fn.* 1. *210. 19. Thunb. Inf. Svec. 6. 75. Schönh. Synon.* 2. 17. *33.*

Dytiscus lacustris. Fabr. syst. eleut. 1. 264. 34. Illig. col. bor. 1. *258. 10. Mag. 1. 70. 10. Panz. fn. 38. f. 14.*

Dytiscus Hybneri. Marsh. ent. br. 1. *417. 12.*

Habitat in aquis stagnantibus non infrequens.

Descr. Longitudo D. agilis, sed paullo angustior, præsertim postice; superficies capitis, thoracis & elytrorum, oculo nudo inspecta, lævis apparet, sed sub oculo acute armato subtilissime concinne reticulato-strigosa sive coriacea invenitur. Caput transversum nigrum, antice ferrugineum; maculæ duæ transversales rufescentes verticis, sæpe in hac specie obsoleta. Antennæ thorace longiores, tenues, pallidæ. Thorax quoad structuram ut in præcedentibus, supra modice convexus, niger, lateribus pallide ferrugineis. Scutellum parvum breve triangulare

lare nigro-piceum. Elytra valde elongata, in medio nonnihil dilatata, apicem versus attenuata; subacuminata, supra convexa, obscure metallice seu nigro-aenea, margine exteriori late flavescente, praesertim anterius; lineae solitae e punctis impressis vix detegendae. Corpus subtus piceo-ferrugineum aut brunneum, nitidum, abdomine saepe dilutiori. Pedes pallide rufescentes, tarsis anticis maris coarctatis, parum dilatatis.

29. D. ater: oblongo-ovatus niger convexus, posterius attenuatus, elytris lineolis duabus fenestratis, antennis pedibusque anterioribus ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 1. 264. 33. *Illig. col. bor.* 1. 259. 11. *De Geer. Ins.* 4. 401. 8. *Panz. fn.* 38. *f.* 15. *Schönh. synon.* 2. 19. 44.

Dytiscus fenestratus. Payk. fn. 1. 207. 16. *Oliv. ent.* 3. 40. 23. 21. *Tab.* 3. *f.* 27. *a. Thunb. Act. Ups.* 5. 115. 49.

Dytiscus obscurus. Marsh. ent. br. 414. 5.

Var. *b*. supra fusco-piceus, limbo ferrugineo, subtus testaceus. *Illig. loc. cit. var.*

Habitat in aquis stagnantibus non infrequens.

Descr. Major reliquis affinibus, saepe longitudinem D. sulcati attingens, sed angustior, & multo magis convexus; superficies tota, sub oculo acute armato, subtilissime reticulato-strigosa, sive coriacea. Caput nigrum, ore obscure ferrugineo; maculae duae ferrugineae verticis saepius obsoletae. Antennae tenues, pallide rufescentes, thorace longiores. Thorax brevissimus transversus, antice angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis rotundatis, marginatis, postice subsinua-

sinuatus, angulis obtusis, supra convexus, niger, lateribus obscure piceo-ferrugineis. Scutellum breve triangulare nigro-piceum. Elytra magna, oblongo-ovata, in medio nonnihil dilatata, apicem versus attenuata, sub-acuminata, supra valde convexa, præsertim anterius; nigra nitida, interdum obscure æneo-micantia, margine exteriori anterius fusco-piceo; striæ tres irregulares e punctis minimis impressis, vix observandæ; paullo pone medium, intra marginem, lineola brevis angusta longitudinalis, & intra apicem alia, oblique transversa, paullo latior, ambæ pallide testaceæ, fenestratæ, sæpe obsoletæ. Corpus subtus nigro-piceum, ano, segmentorumque marginibus plerumque piceo-testaceis. Pedes quatuor anteriores rufescentes, postici nigro-picei; tarsi antici maris magis coarctati, parum dilatati, subtus ciliati.

Var. b. differt tantum colore supra fusco-piceo, limbo thoracis & elytrorum dilutius ferrugineis, ut & corpore subtus pallide testaceo; guttulæ fenestratæ elytrorum albidiores, & pedes postici etjam pallescentes.

30. D. fenestratus: oblongo-ovatus convexus nigro-æneus, posterius attenuatus, elytris lineolis duabus fenestratis, margine, corporeque ferrugineis.

Fabr. syst. eleut. 1. *264.* 32. *Oliv. ent.* 3. *40.* 24. *21. Tab.* 3. *f.* 27. *b. Marsh. ent. br.* 1. *416. 10. id. var. Payk. fn.* 1. 207. *16. not. Schönh. synon.* 2. 18. 42.

Dytiscus æneus. Illig. col. bor. 1. *259.* 12. *var. b. Panz. fn.* 38. *f. 16.*

Var. *b.* Elytrorum margine vix ferrugineo, guttulis obſoletis, corpore ſubtus piceo. *Schönh. loc. cit. var. b.*

Dytiſcus æneus. Illig. loc. cit. a.

Var. *c.* ſupra niger, ſubtus piceus, guttula poſteriori elytrorum rotundata.

Habitat in aquis frequens.

Deſcr. Statura & ſumma affinitas præcedentis, ſed plus duplo minor; ſuperficies tota etjam coriacea, ſive reticulato-ſtrigoſa ut in illo, at omnium ſubtiliſſime, nec niſi ſub oculo acutiſſime armato obſervanda. Formatio partium ut in præcedenti omnino. Caput in a, antice late ferrugineum, vertice nigro-piceo, maculis ſolitis transverſalibus ferrugineis. Thorax nigro-æneus, margine late ferrugineo. Scutellum ut in priori. Elytra nigro-ænea, margine laterali late ferrugineo; in ſingulo ſeries tres longitudinales e punctis impreſſis inordinatis ſparſis, ſub oculo armato ſat evidentibus; lineolæ feneſtratæ ſitu & figura ut in præcedente, Corpus ſubtus rufo-ferrugineum nitidum. Pedes ferruginei, tarſis anticis maris nonnihil coarctatis, articulis primis brevioribus, ſed parum dilatatis.

Var. b. in omnibus ſimillima, modo colore obſcuriori diverſa; caput nigro-æneum, ore maculisque verticis ferrugineis; thoracis elytrorumque margines vix ferruginei; corpus ſubtus obſcure piceum.

Var. c. magnitudine & ſtatura cum prioribus omnino convenit, modo ſupra tota nigra, ubi var. b. nigro-ænea; guttula poſterior elytrorum brevior, rotundata; corpus ſubtus nigro-piceum; margines thoracis & elytrorum plus minusve brunnei, cetera ut in priori.

31. D. guttiger: oblongo-ovatus niger subconvexus, subtus piceus, elytris lineola punctoque fulvo-fenestratis, pedibus piceo-ferrugineis.

Var. *b.* Thoracis limbo corporeque ferrugineis, elytrorum guttulis albidis.

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. Praecedenti valde affinis, praesertim ejus varietati c. simillimus, sed plus duplo minor, & minus convexus; superficies tota, sub oculo acute armato subtilissime punctulata, vix reticulato-strigosa. Caput nigrum, ore palpisque rufo-ferrugineis; in vertice maculae duae transversales rufae. Antennae pallide rufescentes, thorace longiores. Thorax quoad structuram ut in praecedentibus omnino, supra parum convexus, niger, angulis anticis vix ferrugineis; anguli postici obtusi. Scutellum parvum triangulare nigrum. Elytra magna ovata, in medio parum latiora, versus apicem oblique truncata, apice ipso acuminata, supra anterius modice convexa, posterius deplanata, tota nigra, margine concolore; in disco series tres e punctis minutis irregulariter dispositis, ut in prioribus; paullo pone medium prope marginem lineola parva angusta luteo-rufa, & intra apicem punctum subrotundum ejusdem coloris. Corpus subtus nigrum vel nigro piceum sub-nitidum. Pedes quatuor anteriores obscure rufescentes, postici piceo-ferruginei; tarsi antici maris nonnihil coarctati, parum dilatati.

Var. b. tantum colore dilutiori differt, os latius & pallidius rufescens; thoracis margines laterales late, apicis et baseos anguste ferruginei; elytrorum margo lateralis fusco-ferrugineus, guttulis pallidis, fere albidis; corpus subtus & pedes omnes pallide rufescentes.

32. D. angustior: oblongo-ovatus angustior, convexus, nigro-æneus, posterius attenuatus, elytris immaculatis, corpore pedibusque piceis.

Var. *b.* Pedibus quatuor anticis ferrugineis.

Habitat in aquis passim, præsertim in Provinciis borealibus.

Descr. Præcedenti valde affinis, sed adhuc minor, præsertim angustior, convexior, absque maculis fenestratis elytrorum, unde diversus mihi videtur. Superficies sub oculo acute armato subtilissime coriacea, sive reticulato-strigosa, ut in prioribus. Caput nigro-æneum, ore, labro, & interdum margine antico frontis obscure ferrugineis; maculæ duæ transversales ferrugineæ verticis ut in reliquis. Antennæ thorace longiores tenues ferrugineæ, apice fuscentes. Thoracis structura ut in prioribus, convexus, nigro-æneus, margine concolore. Scutellum ut in præcedentibus. Elytra valde oblonga, angusta, in medio vix latiora, apicem versus attenuata, acuminata, supra convexa, nigro-ænea immaculata, margine concolore; series tres in singulo disco e punctis minutis inordinatis, ut in prioribus. Corpus subtus nigro-piceum nitidum. Pedes nigro-picei, genubus tibiisque anticorum ferrugineo-piceis.

Var. b. differt tantum pedibus quatuor anterioribus totis ferrugineis.

33. D. ferricornis: ovatus convexus obtusus nigro-piceus lævis, thoracis elytrorumque margine, corpore subtus, pedibusque rufo-piceis.

Mas: Antennis extrorsum dilatatis compressis serratis, femoribus anticis subtus dentatis.

Fe-

Femina: dimidio minor, antennis femoribusque simplicibus.

Payk. fn. 3. add. 443. 16-17. Act. Holm. 1799. 49. Schönh. synon. 2. 18. 40.

Habitat in aquis Bothniæ Orientalis & Laponiæ passim.

Descr. Mas magnitudine fere D. fenestrati, sed convexior, postice magis obtusus. Caput nigro-piceum læve, antice late rufo-ferrugineum, maculisque duabus magnis transversis rufescentibus in vertice. Antennæ thorace longiores, pallide rufescentes, articulis 1-7 obconicis, exterioribus sensim paullo majoribus; 8, 9, 10, compressis, introrsum valde dilatatis, serratis, ultimo minore acuminato. Thorax transversus, longior tamen quam in prioribus, anterius paullo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus rotundatus, tenue marginatus, postice subsinuatus, angulis obtusis; supra valde convexus, nigro-piceus lævis, lateribus late rufo-piceis; intra apicem series continua e punctis plurimis inordinatis impressis, & intra basin alia in medio interrupta. Scutellum breve triangulare nigro-piceum. Elytra ovata, in medio vix latiora, apicem versus parum attenuata, apice obtusa, fere oblique truncata, supra valde convexa, præsertim anterius, tota nigro-picea, margine dilutius ferrugineo; superficies omnino lævis apparet, sed sub oculo acute armato subtilissime creberrime punctulata videtur, & præterea in singulo striæ tres e punctis evidentioribus inordinatis impressis. Corpus subtus dilutius rufo-piceum; sternum postice bifidum, laciniis latis rotundatis, postice impressis, fere emarginatis. Pedes rufo-picei, femoribus anticis compressis, subtus dentatis, dente extimo magno acuto, intermedio minore subulato, baseos pluribus parvis acutis; tarsi antici coarctati, dilatati, fere patellati.

Femina fere dimidio minor, antennis tenuibus simplicibus, femoribus anticis compressis subtus ciliatis inermibus, tarsisque omnibus filiformibus; in ceteris mari simillima.

34. D. guttatus: oblongo-ovatus sub-depressus niger nitidus, antennis pedibusque rufo-piceis, elytris guttulis duabus rotundatis pallidis.

Payk. fn. 1. 211. 20. *Schönh. synon.* 2. 19. 46.

Dytiscus fenestratus. Panz. fn. 90. *f.* 1. *Crit. Rev.* 1. 55.

Dytiscus picinus. Marsh. ent. br. 1. 428. 42. *teste Dom. Kirby.*

Habitat in rivulis montis Kinnakulle Westrogothiæ sat frequens; alibi rarius.

Descr. Statura depressa fere D. carbonarii, sed plus duplo minor; superficies tota sub oculo acute armato creberrime subtilissime obsoletius punctulata. Caput magnum nigrum, ore ferrugineo; maculæ duæ rufæ transversales in vertice. Antennæ thorace longiores rufo-ferrugineæ. Thorax brevis transversus, anterius paullo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus nonnihil rotundatis marginatis, postice truncatus, angulis fere rectis; supra parum convexus, hinc inde impressus, niger immaculatus. Scutellum breve latum triangulare nigrum. Elytra basi thorace latiora, in medio dilatata, apice rotundata, supra sub-depressa, nigra nitida, margine concolore; juxta suturam stria continua e punctis minutis, & in disco antico series tres fere simplices e punctis majoribus impressis, versus apicem vero puncta inordinata sparsa; paullo pone medium intra marginem guttula rotunda pallida fe-

ne-

nestrata, & intra apicem altera, plerumque minor, obsoletior. Corpus subtus nigrum nitidum immaculatum. Pedes quatuor antici rufo-picei, posteriores nigro-picei; tarsi antici maris coarctati, breviores, sed parum dilatati.

35. D. affinis: oblongo-ovatus convexus niger, subtilissime punctatò-substrigosus, antennarum basi pedibusque rufis, elytris lineolis duabus pellucidis.

Payk. fn. 1. 211. 21. *Schönh. synon.* 2. 19. 48.

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. Inter minimos hujus familiæ, præcedenti fere triplo minor, oblongus, convexus, angustior; superficies sub oculo acute armato omnium subtilissime & obsoletius reticulato-strigosa. Caput depressum nigrum nitidum, ore & labro testaceis; in vertice maculæ duæ transversales rufescentes; palpi pallidi apice fusci. Antennæ tenues, thorace longiores, pallide rufescentes, apice fuscæ. Thorax brevis transversus, anterius paullo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis rotundatis marginatis, postice fere truncatus, angulis subrectis obtusis, supra convexus niger nitidus immaculatus; striga evidens punctata continua intra apicem, & alia, in media late interrupta, intra basin, ut in plerisque. Scutellum breve latum triangulare nigrum. Elytra elongato-ovata, in medio non latiora, apice rotundata, supra convexa, tota nigra nitida; in disco antico series tres irregulares e punctis impressis, posterius vero puncta plurima sparsa inordinata; versus apicem, juxta suturam, ordo e punctis simplici serie digestis; paullo pone medium, intra marginem, lineola parva pallido-pellucida, sæpa obsoleta, & intra apicem alia obliqua, major evidentior. Corpus subtus nigrum nitidum, confuse

ſtrigoſum. Pedes quatuor anteriores rufeſcentes, femorum baſi ſubtus nigro-picea; poſtici nigro-picei, geniculis rufeſcentibus; tarſi antici maris coarctati, parum dilatati.

36. D. chalconotus: oblongo-ovatus nigro-æneus depreſſus, ſubtiliſſime reticulato-ſtrigoſus, thoracis lateribus pedibusque rufo piceis.

Illig col. bor. 1. *260.* *13.* *Panz. fn.* *38.* *f.* *17.* *Crit. Rev.* 1. *59.* *Schönh. ſynon.* *2.* *19.* *43.*

Var. *b.* paullo minor, elytrorum margine dilutiori rufo-piceo, abdomine pedibusque rufo-ferrugineis.

Dermeſtes concinnus. Marſh. ent. br. 1. *427.* *38.*

Var. *c.* dimidio fere minor, thoracis lateribus vis ferrugineis, pedibus nigro-piceis, anticis rufo-piceis.

Dermeſtes nitidus. Fabr. ſyſt. eleut. 1. *265.* *36.* *forte.*

Habitat in aquis, apud nos rarius, præſertim in Provinciis borealibus.

Deſcr. Statura oblongo-ovata ſubdepreſſa fere D. guttati, ſed plus duplo major; ſuperficies tota, ſub oculo acute armato, ſubtiliſſime reticulato-ſtrigoſa ſive coriacea. Caput depreſſum nigro-æneum, ore frontisque margine ferrugineis; in vertice maculæ duæ transverſales rufo-ferrugineæ. Antennæ thorace longiores, obſcure ferrugineæ. Thorax brevis transverſus, anterius multo anguſtior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis rotundatis marginatis, poſtice ſubſinuatus, angulis fere rectis; ſupra parum convexus, hinc inde im-

impressus, nigro æneus, margine laterali plus minusve piceo-rufescente. Scutellum breve triangulare nigro-æneum. Elytra oblongo-ovata, basi thorace latiora, in medio parum dilatata, apice rotundata, supra subdepressa, nigro-ænea immaculata, margine summo laterali piceo; in disco series ternæ e punctis impressis sparsis, apicem versus frequentioribus. Corpus subtus nigro piceum, subtilissime strigosum. Pedes quatuor antici rufo-picei, postici obscuriores nigro-picei; tarsi antici maris coarctati, parum dilatati.

Var. b. differt: magnitudine paullo minore, elytrorum margine rufo-piceo, subtus dilutiori, pedibus, etjam posticis, abdomineque toto rufo-ferrugineis; cetera omnino conveniunt.

Var. c. fere dimidio minor quam a; thoracis latera disco concolora, margine summo antico vix ferrugineo; pedes primi paris obscure ferruginei, femoribus basi nigro-piceis, posteriores nigro-picei, geniculis & tarsis dilutioribus.

37. D. Grapii: oblongo-ovatus niger depressus, subtilissime punctulatus, vertice lunula media rufo-ferruginea, thoracis angulis posticis productis acutis.

Habitat in aquis Lapponiæ. *Dom. Grape.*

Descr. Statura omnino præcedentis, sed fere duplo major, D. carbonario longior, sed angustior, nec posterius attenuatus; superficies tota sub oculo acute armato omnium subtilissime creberrime punctulata. Caput depressum nigrum, ore frontisque margine rufo-ferrugineis; in medio verticis lunula simplex rufo-ferruginea, sinu os respiciens; oculi in mortuo pallide glauci. Antennæ tenues, thorace longiores, pallide rufescentes. Thorax brevissimus transversus, anterius multo angustior, late emargi-

natus, angulis productis acutis, lateribus obliquis parum rotundatis marginatis, poſtice valde ſinuatus, angulis lateralibus retrorſum productis acutis; ſupra parum convexus, in medio tenue canaliculatus, niger, margine ſummo laterali rufo-ferrugineo. Scutellum breve triangulare nigrum. Elytra magna ovata, in medio nonnihil dilatata, apice obtuſe rotundata, ſupra ſubdepreſſa, nigra, non nitida, immaculata, margine ſummo humerali vix piceo; ſtriæ tres punctatæ diſci fere ſimplices, obſoletæ. Corpus ſubtus nigro-piceum, ſubtiliſſime ſtrigoſum. Pedes antici rufo-teſtacei, femoribus ſubtus & baſi nigro-piceis; poſteriores nigro-picei, geniculis dilutioribus; tarſi antici maris coarctati nonnihil dilatati, ſubtus ciliati.

38. D. carbonarius: ovatus niger nitidus, longitudinaliter tenue ſtriatus, poſterius anguſtatus depreſſus, pedibus piceis.

Fabr. ſyſt. eleut. 1. 263. 28. *Schönh. ſynon.* 2. 17. 34.

Dytiſcus bipuſtulatus. Illig. coll. bor. 1. 260. 14. *Payk. fn.* 1. 208. 17. *Linn. ſyſt. nat.* 2. 667. 17. *Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 263. 29. *Oliv. ent.* 3. 40. 21. 18. *Tab.* 3. *f.* 26. *Schönh. ſynon.* 2. 17. 35.

Dytiſcus aciductus. Marſh. ent. br. 1. 416. 8.

Var. *b.* paullo minor, pedibus rufo-teſtaceis.

Habitat in aquis ubique vulgaris; var. *b.* rarius occurrit.

Deſcr. Medius, D. feneſtrato paullo brevior, multo magis depreſſus, præſertim poſtice; ſuperficies tota ſtriis creberrimis tenuibus longitudinalibus exarata, quæ ſtriæ quidem frequenter anaſtomoſibus invicem

vicem connexae, sed areae inclusae semper elongatae, angustae, nec retiformes ut in nonnullis antea descriptis. Caput magnum depressum nigrum nitidum, ore & labro pallide ferrugineis, in vertice maculae duae transversales elongatae rufo-ferrugineae. Antennae thorace longiores, pallide ferrugineae. Thorax brevis transversus, anterius multo angustior, late emarginatus, angulis productis acutis, lateribus obliquis rotundatis marginatis, postice sinuatus, medio dilatatus rotundatus, angulis productis acuminatis, supra parum convexus, niger, nitidus. Scutellum breve triangulare nigrum. Elytra magna ovata, paullo pone basin dilatata, a medio versus apicem attenuata, apice rotundata, supra anterius nonnihil convexa, posterius deplanata, nigra, nitida, striis crebris anastomazantibus nonnihil validioribus quam in capite & thorace; series tres disci e punctis impressis sparsis, sat irregulares. Corpus subtus nigro-piceum, creberrime striatum; segmenta posteriora abdominis ferrugineo-marginata. Pedes nigro-picei, tibiis anticis tarsisque testaceis; tarsi antici maris coarctati, nonnihil dilatati, subtus ciliati.

Var. b. paullo minor, subtilius striata; pedes omnes fere toti pallide testacei; & corpus subtus dilutius piceum; cetera similia.

Obs. D. bipustulatus Payk. loc. cit. certe huc pertinet; forte etjam idem reliquorum auctorum, etsi de superficie striata nil memorant; puncta bina rufa verticis plurimis speciebus hujus generis communia, quare ex his denominatio & character minus apte assumitur.

39. D. fuscipennis: ovatus fusco-testaceus, subtilissime punctulatus, elytris dilutioribus posterius angustatis depressis, antennis pedibusque pallidis.

Payk. fn. 1. 209. 18. Schönh. Synon. 2. 18. 36.

Ha-

Habitat in aquis ſtagnantibus rarius; prope Holmiam, *Dom. Hæffner*; in Weſtrogothia *ipſe*.

Deſcr. Magnitudo & ſtatura præcedentis omnino, ſed ſuperficies non ſtriata, modo ſub oculo acute armato omnium ſubtiliſſime punctulata. Caput depreſſum fuſco-teſtaceum, ore late pallido; maculæ duæ transverſales verticis pallide teſtaceæ. Antennæ tenues, thorace longiores, pallide flaveſcentes. Thoracis ſtructura fere ut in præcedente, poſtice tamen minus ſinuatus, in medio rotundatus, angulis parum acuminatis; ſupra ſub-convexus, fuſco-teſtaceus nitidus, limbo pallidiori. Scutellum breve triangulare piceum. Elytra ut in præcedente, ovata, ante medium latiora, dein verſus apicem attenuata, apice rotundata, ſupra anterius convexa, poſtice deplanata, dilutius fuſco-teſtacea; ſeries tres diſci e punctis minutiſſimis impreſſis, valde obſoletæ, vix obſervandæ. Corpus ſubtus ſaturatius fuſco-piceum, ſegmentorum marginibus anoque ferrugineis. Pedes anteriores teſtacei, femoribus baſi infuſcatis; poſtici obſcuriores fuſceſcentes; tarſi antici maris coarctati, parum dilatati; feminæ filiformes.

40. D. ſtriolatus: oblongo-ovatus ſubdepreſſus niger, longitudinaliter ſubtiliſſime ſtriatus, ſtriis anaſtomozantibus, antennis pedibusque rufis.

Habitat in aquis ſtagnantibus paſſim, minus frequens.

Deſcr. Parvus, ſtatura D. guttati, ſed duplo minor; ſuperficies tota ſtriis creberrimis tenuibus longitudinaliter digeſtis, frequenter anaſtomozantibus, exarata, pari fere modo ac in D. carbonario. Caput ſubdepreſſum nigrum nitidum, ore, labro, margine-

neque frontis ferrugineis; maculæ duæ verticis transversales rufæ. Antennæ thorace longiores ferrugineæ. Thorax brevis transversus, anterius paullo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus parum rotundatis, marginatis, postice truncatus, angulis obtusis; supra parum convexus, hinc inde impressus, niger nitidus, margine summo laterali, præsertim antice, ferrugineo. Scutellum breve triangulare rufo-piceum. Elytra oblongo-ovata, basi thorace paullo latiora, in medio vix dilatata, apice rotundata, supra subdepressa, nigra nitida immaculata; præter strias tenues supra memoratas, in singulo elytro series tres valde irregulares e punctis impressis, postice præsertim absque ordine sparsis. Corpus subtus nigro-piceum nitidum, segmentorum marginibus ferrugineis. Pedes saturate rufo ferruginei, femoribus, præsertim posticis, sæpius basi nigro-piceis; tarsi antici maris coarctati, parum dilatati.

41. D. congener: ovalis subdepressus niger, subtilissime punctulato-substrigosus, elytris fuscis margine pallidiori, pedibus ferrugineis, femoribus nigro-maculatis.

Var. *b.* Superficie evidentius reticulato-strigosa.

Payk. fn. 1. 214. 23. Illig. Mag. 1. 73. 19-20. Schönh. synon. 2. 22. 61.

Habitat in aquis ubique vulgaris.

Descr. Statura ovalis, parum convexa D. maculati, sed dimidio minor & ultra; superficies sub oculo armato subtilissime punctulata & obsolete reticulato-substrigosa. Caput depressum nigrum, ore, labro, maculisque duabus transversis verticis rufo-ferrugineis. Antennæ pallide rufescentes, apice obscurio-

fcuriores. Thorax breviffimus transverfus, anterius multo anguftior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis rotundatis marginatis, poftice fere truncatus, angulis fub-acuminatis; fupra parum convexus, niger nitidus, margine fummo vix rufefcente. Scutellum breve triangulare piceum. Elytra ovata, in medio nonnihil dilatata, apice rotundata, fupra fub-depreffa, dorfo fufco-nigra nitida, bafi & lateribus indeterminate pallide teftacea; in finguli difco ftriæ tres fat evidentes e punctis impreffis, interiores anterius fere regulares, exterior vero & omnes pofterius confufæ, inordinatæ. Corpus fubtus nigro-piceum, ano & fegmentorum pofticorum margine ferrugineo. Pedes rufefcentes, femoribus anterioribus in medio utrinque, pofticis fere totis nigris; tarfi antici maris coarctati, parum dilatati.

Var. b, differt fuperficie evidentius creberrime reticulato-ftrigofa, unde color magis opacus quam in a; non abfimilis eft hæc varietas D. Sturmii var. b, antea n:o 26 defcripto, fed triplo minor, thorax anterius anguftior, & ftriæ elytrorum magis perfpicuæ.

42. D. paludofus: ovalis fubdepreffus niger lævis, thoracis lateribus pedibusque ferrugineis, elytris fufcis, bafi margineque pallidis.

Fabr. fyft. eleut. 1. *266. 42.*

Dytifcus politus. Marfh. ent. br. 1. *419. 16.*

Dytifcus congener var. Schönh. fynon. 2. 22. *61. b, c.*

Var. *b.* pallidior, corpore fubtus teftaceo.

Habitat in aquis ftagnantibus paffim.

Defcr

Deſcr. Præcedenti magnitudine & ſtatura ſimillimus, & valde affinis, attamen differre mihi videtur, præſertim ſuperficie, etjam oculo acute armato inſpecto, læviſſima, ut & thoracis lateribus late ferrugineis. Caput depreſſum nigrum læve, ore, labro, margineque frontis antico late flavo-teſtaceis; maculæ duæ transverſales verticis ferrugineæ. Thoracis ſtructura fere ut in præcedenti, modo anterius minus anguſtatus, lateribus parum obliquis; ſupra modice convexus, niger nitidus, interdum æneo vel cyaneo-micans, læviſſimus, lateribus late rufo-ferrugineis. Scutellum breve triangulare teſtaceum. Elytrorum forma omnino ut in præcedenti; ſtriæ punctatæ diſci etjam eædem, ſed interſtitia omnino læviſſima, nitida; color in dorſo fuſco-niger; baſis & latera flavo-teſtacea. Corpus ſubtus nigrum nitidum, læve. Pedes quatuor anteriores ferruginei, femoribus baſi nigro-piceis; poſtici nigro-picei, geniculis ferrugineis; tarſi antici maris coarctati, parum dilatati.

Var. b, tantummodo colore dilutiori differt; frons latius flavo-teſtacea, maculæ verticis majores, pallidiores, thoracis latera latius pallida, & corpus totum ſubtus jam pallidius, jam ſaturatius teſtaceum; Pedes etjam toti pallide teſtacei.

43. D. confinis: ovalis ſub-depreſſus niger, elytris læviſſimis fuſcis margine flavo-teſtaceis, pedibus piceis.

Habitat in aquis rarius.

Deſcr. Statura & ſimilitudo proxime præcedentium, ſed plus duplo major, Dyt. chalconoto, a, fere æqualis. Caput depreſſum nigrum, ſubtiliſſime punctulatum, labro & ore ferrugineis; maculæ duæ transverſales verticis rufo-ferrugineæ. Antennæ thorace longiores ferrugineæ. Thorax brevis transverſus, anterius multo anguſtior, late emarginatus, an-

angulis porrectis acutis, lateribus obliquis rotundatis, marginatis, postice sub-sinuatus, supra parum convexus, hinc inde impressus, subtilissime punctulatus, niger nitidus, interdum sub-æneo refulgens, margine laterali summo vix rufescente. Scutellum breve triangulare nigrum. Elytra magna ovata, in medio non latiora, apice rotundata, supra subdepressa, dorso nigro-fusca nitida, versus latera indeterminate dilutius griseo-testacea; in disco striæ tres punctatæ, anterius sat regulares, posterius inordinatæ; juxta suturam posterius stria quarta simplex e punctis impressis, superficies reliqua omnino lævissima. Corpus subtus saturate nigrum nitidum, segmentis posticis ferrugineo-marginatis; sternum postice bifidum, laciniis divaricatis rotundatis, ut in plerisque. Pedes nigro-picei, tibiis anticis tarsisque omnibus obscure ferrugineis; tarsi antici maris coarctati, parum dilatati.

44. D. uliginosus: ovalis convexus niger nitidus subpunctatus, thoracis elytrorumque margine, antennis pedibusque rufo-ferrugineis.

Linn. syst. nat. 2. 667. 20. fn. sv. 776. Fabr. syst. eleut. 1. 266. 41. Illig Mag. 1. 74. 19-20. Payk. fn. 1. 212. 22. Schönh. synon. 2. 23. 56.

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. D. congeneri paullo minor, brevior, multo magis convexus; superficies tota sub-oculo acute armato subtilissime punctulata & sub-strigosa. Caput depressum nigrum, ore, labro, frontisque margine late rufo-ferrugineis; maculæ duæ transversales rufæ verticis satis magnæ. Antennæ thorace longiores, pallide rufescentes, apice obscuriores. Thorax brevis transversus, anterius multo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus ob-

obliquis rotundatis marginatis, postice sinuatus, supra convexus, niger, nitidus, parum æneo-resplendens, lateribus late determinate rufo-ferrugineis. Scutellum breve triangulare nigrum. Elytra magna ovata, basi thorace paullo latiora, in medio non dilatata, apice rotundata, supra anterius valde convexa, posterius declivia, nigro-subænea nitida, margine laterali dilutiori; series tres disci e punctis impressis valde irregulares, duplicatæ, etjam anterius; juxta suturam postice puncta pauca serie impressa. Corpus subtus nigrum nitidum, abdominis segmentis posticis ferrugineo-marginatis. Pedes rufo-ferruginei, femoribus posticis plerumque, anterioribus rarius, versus basin infuscatis; tarsi antici maris coarctati, parum dilatati.

45. D. femoralis: oblongo-ovatus nigro-subæneus, depressior, punctulatus, thoracis elytrorumque lateribus dilutioribus, pedibus rufis, femoribus anticis pallido-ciliatis.

Payk. fn. 1. 215. 24. *Schönh. Synon.* 2. 22. 60.

Var. *b.* Elytris sub-testaceis.

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. Præcedenti minus convexus, & dimidio fere minor, adeoque minimus hujus sectionis; superficies tota subtilissime creberrime punctulata, punctis simplicibns distinctis, minime strigosis. Caput depressum nigro-æneum, ore, labro, frontisque margine late testaceis; Palpi apice nigri; maculæ duæ transversæ verticis rufæ. Antennæ thorace longiores, basi pallide rufescentes, apice nigræ. Thorax quoad structuram ut in proxime præcedentibus, supra modice convexus, nigro-æneus nitidus, margine laterali indeterminate rufo-testaceo. Scutellum breve tri-

angulare nigro-æneum. Elytra magna ovata, basi thorace paullo latiora, in medio nonnihil dilatata, apice obtuse rotundata, supra parum convexa, nigro-ænea nitida, versus latera indeterminate dilutiora, præsertim anterius; præter punctula creberrima supra memorata, series tres solitæ irregulares e punctis paullo majoribus impressis, & juxta suturam stria quarta e punctis paucis obsoletioribus. Corpus subtus nigrum, vel nigro-piceum nitidum. Pedes pallide rufescentes, femoribus posticis interdum in medio infuscatis; femora antica crassiora, in mare subtus ciliis densis pallidis ornata; tarsi antici maris etjam coarctati, parum dilatati; ciliæ femorum anticorum in femina minus densæ, & tarsi elongati filiformes.

Var. b. differt tantum elytris sub-testaceis, dorso tamen plerumque sub-æneo micantibus.

Sect. 2. Ex-scutellati.

46. D. minutus: ovalis flavo-virescens subdepressus lævissimus, elytris fusco-virescentibus, margine pallido-maculatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 272. 78. *Illig. col. bor.* 1. 264. 20. *var. b. Payk. fn.* 1. 229. 40. *Schönh. synon.* 2. 24. 78.

Dytiscus marmoreus. Oliv. ent. 3. 40. 27. 28. *Tab.* 5. *f.* 49. *a, b.*

Dytiscus hyalinus. De Géer. Inf. 4. 406. 14. *Tab.* 15. *f.* 21-23.

Dytiscus interruptus. Panz. fn. 26. *f.* 5. *Crit. Rev.* 1. 58.

Var.

Var. *b.* Elytris fusco-virentibus, maculis lateralibus griseis obsoletis. *Illig. loc. cit. a Schönh. loc. cit. b.*

Dytiscus obscurus. Panz. fn. 26. f. 3.

Var. *c.* Elytris fusco-virentibus, vix maculatis. *Illig. loc. cit. var. c. Schönh. loc. cit. var. d.*

Habitat in aquis stagnantibus non infrequens.

Descr. Parvus, D. crassicorni tamen major, latior. Caput convexum lævissimum nitidum, pallide flavum, in vivo sub-virescens; oculi nigri. Antennæ thorace longiores, tenues, pallidæ. Thorax brevissimus transversus, anterius angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis sub-rectis immarginatis, postice sinuatus, in medio loco scutelli productus; supra modice convexus, lævis flavo-virescens, immaculatus. Elytra ante medium dilatata, dein versus apicem valde attenuata, apice tamen ipso obtusa, supra anterius nonnihil convexa, posterius deplanata, fusco virescentia lævissima nitida, margine maculisque aliquot pallidis, una nempe in medio baseos, altera juxta suturam, paullo pone basin, utrinque bifida; pone humerum ramulus obliquus, & alius in medio, ambo margini contigui; pone medium intra marginem litura oblonga, & ultima in apice. Corpus totum subtus flavo-testaceum nitidum; sternum postice truncatum, canaliculatum, externe utrinque dilatatum. Pedes flavescentes, tarsis posticis obscurioribus; tibiæ posticæ brevissimæ.

Var. b, & c, tantum maculis elytrorum obsoletis, vix dignoscendis, differunt.

Obs. Elytra valde tenuia, pellucida, unde in vivo alarum venæ translucent, lineolas obliquas irregulares mentientes. Dytiscus minutus Cl. Linnæi

vix huc pertinet; forte inter varietates pallidas D. maculati quærendus.

47. D. crassicornis: ovalis convexus ferrugineus nitidus, elytris castaneis, serie triplici irregulari punctorum impressis.

Mas: Antennis medio incrassatis, femoribus apice fascia nigra, tibiis anticis dentatis.

Femina: Antennis tibiisque simplicibus, femoribus immaculatis.

Fabr. syst. eleut. 1. 273. 81. *Oliv. ent.* 3. 40. 37. 45. *Tab.* 4. *f.* 34. *a*, *b*. *Illig. col. bor.* 1. 267. 25. *Payk. fn.* 1. 227. 38. *Marsh. ent. br.* 1. 420. 20. *Schönh. Synon.* 2. 24. 79.

Dytiscus clavicornis De Géer Ins. 4. 402. 10.

Dytiscus capricornis. Herbst. Archiv. 5. 128. 25. *Tab.* 28. *f. C.* & *b*, *c*.

Habitat in aquis stagnantibus frequens.

Descr. Præcedenti fere duplo minor, angustior, posterius attenuatus. Caput magnum rotundatum convexum læve, pallide ferrugineum, oculis depressis nigris. Antennæ thorace paullo longiores, basi tenues, articulis 1-4 sensim latioribus, quinto maximo, elongato, dilatato, compresso, sexto brevi, externe dilatato, acuminato, 7-10 angustioribus æqualibus, ultimo adhuc angustiori elongato acuminato. Thorax brevis transversus, anterius multo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus rotundatus, marginatus, postice sinuatus, in medio loco scutelli acuminatus, supra convexus, lævis, pallide ferrugineus. Elytra basi thoracis latitudine, dein versus apicem sensim attenuata, apice tamen ipso rotundata supra valde convexa, castanea nitida, mar-

margine laterali paullo dilutiori; in singulo series tres irregulares e punctis majoribus impressis sparsis. Corpus subtus saturatius ferrugineum, abdomine posterius nigricante; sternum postice late emarginatum, laciniis extrorsum acuminatis. Pedes saturate ferruginei, femoribus quatuor anterioribus apice fascia nigra; tibiæ anticæ brevissimæ incrassatæ, intus dente valido armatæ.

Femina differt: Antennis simplicibus, articulis fere æqualibus, ultimo angustiori elongato acuminato; femoribus immaculatis, & tibiis anticis angustioribus inermibus.

HYPHYDRUS. *)

Instrumenta Cibaria fere ut in Dytisco.

Corpus subtus convexum; basis femorum posticorum nuda, libera. Scutellum nullum. Tarsi quatuor anteriores quadri-articulati, postici evidenter quinque-articulati.

1. H. gibbus: ovalis brevis ferrugineus, subtiliter punctulatus, elytris brunneis, sericeo-nitentibus.

Schönh. Synon. 2. 28. 1.

*) Obs. Genus a Dom. Illig. Mag. 1. 299, primum propositum, præcipue singulari illa ac insolita circumstantia ab omnibus aliis dignoscitur, quod tarsi 4 anteriores tantum 4 articulos gaudeant, etsi posteriores evidenter 5-articulati sint. Dom. Muller in Illig. Mag. 4. 211. observavit, plurimos Dytiscos exscutellatos Auctorum, tarsos ita constructos gerere, quare in hoc Genus collocavi, præeunte Dom. Schönherr in Synon. Ins. 2. 28. sequ.

Hydrachna gibba. *Fabr. syst. eleut.* 1. 256. 2. *Panz. fn.* 91. *f.* 5.

Dytiscus ovatus. *Linn. syst. nat.* 2. 667. 18. *Fn. sv. sepos.* 2282. *Oliv. ent.* 3. 40. 33. 39. *Tab.* 3. *f.* 28. *a, b.* *Illig. col. bor.* 1. 270. 31. *Payk. fn.* 1. 234. 47. *femina.*

Dytiscus sphæricus. *De Geér. Inf.* 4. 402. 9. *Tab.* 15. *f.* 17-20.

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. Dytisco minuto vix longior, sed dimidio latior, brevis, ovalis, subtus valde convexus. Caput depressum, antice rotundatum, subtilissime punctulatum, rufo-ferrugineum, oculis depressis nigris. Antennæ thorace paullo longiores, pallide testaceæ. Thorax brevissimus transversus, anterius multo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis rectis tenue marginatis, postice sinuatus, in medio productus, supra parum convexus, fere planus, æqualis, subtiliter punctulatus, punctis nonnullis majoribus sparsis versus medium baseos; totus rufo-ferrugineus, margine antico interdum obscuriori. Elytra magna ovata, pone basin valde dilatata, inflexa, versus apicem attenuata, supra dorso depressa, ferrugineo-brunnea, sericeo-nitentia, limbo dilutiori, undique subtiliter vage punctulata. Corpus subtus valde convexum, gibbum, læte ferrugineum, pectore evidentius, abdomine obsoletius punctulatis. Pedes tenues ferruginei.

2. H. ovalis: brevis ovalis ferrugineus, supra profunde punctatus, elytris glabris brunneis.

Schönh. synon. 2. 29. 2.

Hy-

Hydrachna ovalis. Fabr. syst. eleut. 1. *256.* 3.

Dytiscus ovalis. Illig. col. bor. 1. 271. *32.*

Dytiscus ovatus. Payk. fn. 1. *234.* 47. *mas.*

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. Statura & summa affinitas praecedentis, plerumque tamen paullo major; conformatio partium & color etjam omnino ut in illo; differt vero superficie tota thoracis & elytrorum punctis creberrimis, majoribus & minoribus absque ordine mixtis, nudo fere oculo conspicuis, perforata; elytra etjam omnino glabra; nitida, nec sericeo-micantia; thoracis dorsum in medio magis convexum, in aequale; cetera ut in priori omnia.

3. H. inaequalis: ovalis brevis ferrugineus profunde punctatus, thoracis suturis nigris, elytris nigris, lateribus sinuatim ferrugineis.

Schönh. synon. 2. *29.* 5.

Dytiscus inaequalis. Fabr. syst. eleut. 1. 272. 77. *Oliv. ent.* 3. *40. 36.* 44. *Tab.* 3. *f. 29. a, b. Payk. fn.* 1. *237. 52. a.*

Dytiscus trifidus. Marsh. ent. br. 1. *423.* 27.

Dytiscus vericolor. Schall. *Act. Hall.* 1. *313.*

Var. *b.* Elytris pallide testaceis, basi, sutura, arcu laterali utrinque, maculisque irregularibus sutura connexis nigris. *Payk. Schönh. loc. cit. var. b.*

Dytiscus inaequalis. Illig. col. bor. 1. *268.* 28.

Habitat in aquis ubique frequens.

Descr. Statura brevis, ovalis, subtus gibba, præcedentium, sed multoties minor. Caput rotundatum ferrugineum nitidum, tenue punctulatum, fronte utrinque profunde impressa; vertex sæpe obscurior; oculi magni depressi nigri. Antennæ vix thorace longiores, pallide ferrugineæ, apice ipso nigro. Thorax quoad structuram ut in præcedentibus, supra modice convexus, crebre punctatus, pallide ferrugineus, margine antico fascia abbreviata, postico vero fere continua, anterius sinuata, nigra. Elytra magna ovata, pone basin valde dilatata, inflexa, versus apicem attenuata, sub acuminata, supra convexa, dorso ipso ad suturam tamen depressa, crebre & profunde punctata, nigra nitida, margine laterali late inæqualiter ferrugineo; prope basin macula magna pallide testacea, posterius bifida; apex exterior hujus maculæ sæpe in lineam arcuatam versus posteriora marginis elongatus. Corpus subtus saturate ferrugineum nitidum, profunde punctatum. Pedes tenues elongati, pallidius ferruginei.

Var. b. tantum colore & signaturis elytrorum differt; elytra in hac potius pallide testacea dicenda, basi & sutura nigris; anterius arcus magnus niger utrinque, sinu marginem lateralem respiciens; pone medium macula dentata, suturæ connexa, & sutura in medio latius nigra, anterius acumen emittens; cetera ut in priori.

4. H. reticulatus: brevis ovalis ferrugineus, elytris parcius subtiliter punctatis, disco nigris, lineis interruptis ferrugineis.

Schönh. synon. 2. 30. 6.

Dytiscus reticulatus. Fabr. syst. eleut. 1. 273. 80.

Dytiscus ovalis. Marsh. ent. br. 1. 425. 32.

Var.

Var. *b.* Elytris ferrugineis, basi, sutura lineisque distinctis interruptis nigris. *Schönh. loc. cit. var. b.*

Dytiscus collaris. Panz. fn. 26. f. 4. Crit. Rev. 1. 59.

Dytiscus recurvus. Marsh. ent. br. 1. 424. 29.

Dytiscus inæqualis. Payk. fn. 1. 238. 52. var. c.

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. Magnitudo, statura & affinitas præcedentis, attamen vere distinctus. Caput rotundatum ferrugineum, subtilissime punctulatum, fronte utrinque fovea magna impressa. Antennæ pallide ferrugineæ, apice acuminatæ fuscæ. Thoracis structura omnino ut in præcedentibus, supra modice convexus, subtilissime punctulatus, pallide ferrugineus, margine postico in medio nigricante. Elytra quoad formam ut in præcedenti, supra convexa, punctis paucis majoribus inordinatis sparsis, & plurimis minutissimis interjectis, impressa; disco nigra, margine laterali sinuatim, macula angulata pone basin, linea plerumque continua prope suturam, aliisque abbreviatis interruptis obsoletis in disco, præsertim postico, pallide ferrugineis. Corpus totum subtus pallidius ferrugineum. Pedes testacei.

Var. b, differt tantum elytrorum signaturis nigris paucioribus, minus confluentibus; Elytra nempe pallide ferruginea, basi & sutura semper anguste nigris; versus suturam linea longitudinalis, sæpe pone medium interrupta, raro basin attingens; ab humero linea alia, ultra medium producta, postice extus hamata, & pone illam interius alia brevior, irregularis, sæpe utrinque extrorsum hamata.

5. H. confluens: ovatus ſubdepreſſus niger, capite thoraceque ferrugineis, elytris pallidis, lineis quatuor abbreviatis nigris.

Schönh. ſynon. 2. 30. 7.

Dytiſcus confluens. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 270. 68. *Oliv. ent* 3. 40. 34. 41. *Tab.* 5. *f.* 44. *a, b. Payk. fn* 1. 230. 42. *Panz. fn.* 14. *f.* 5. *Marſh. ent. br.* 1. 424. 28.

Habitat in aquis, apud nos rarius.

Deſcr. D. inæquali paullo major, longior, ſed multo minus convexus. Caput planum rotundatum ferrugineum, ſubtiliſſime punctulatum, vertice & oculorum orbita infuſcatis. Antennæ pallide teſtaceæ, thorace parum longiores. Thorax breviſſimus, ſtructura ut in præcedentibus, ſupra antice & poſtice impreſſus, medio transverſim convexior, totus ferrugineus, ſubtiliſſime punctulatus. Elytra ovalia, baſi thorace latiora, pone baſin verſus medium valde dilatata, inflexa, poſtice rotundata, apice ipſo acuminato; ſupra ſub-depreſſa, pallide griſea, ſubtiliter vage punctata, ſtria unica regulari juxta ſuturam e punctis impreſſis; ſutura ipſa tenue nigra, & in diſco poſteriori cujusvis elytri lineæ quatuor nigræ parallelæ, plerumque poſtice confluentes; ſecunda a ſutura anterius magis elongata, & ante extimam ſæpe lineola anterior diſtincta abbreviata. Corpus ſubtus nigrum nitidum, crebre & profunde punctatum. Pedes tenues elongati, pallide ferruginei.

6. H. aſſimilis: brevior ovalis convexus, ſupra ferrugineus, thorace utrinque impreſſo, elytris lineis nigris abbreviatis.

Schönh ſynon. 2. 34. 22.

Dytiſcus aſſimilis. Payk. fn. 1. 236. 51.

Ha-

Habitat in aquis, apud nos rarius.

Defcr. Magnitudo & fere ftatura præcedentis, fed magis convexus; fuperficies tota fub oculo acute armato fubtiliffime crebre punctulata. Caput rotundatum ferrugineum, margine verticis anguste fufco. Antennæ ferrugineæ, apice nigricantes. Thorax brevis transverfus, anterius anguftior, truncatus, angulis tamen productis acutis, lateribus rotundatus, tenue marginatus, poftice fub-finuatus, angulis rotundatis obtufis; fupra in medio transverfim convexus, pallide ferrugineus; intra marginem utrinque fovea arcuata impreffa, & pone medium alia transverfalis obfoletior, in qua plerumque maculæ duæ oblongæ fufcæ. Elytra brevia ovalia, bafi thorace latiora, pone bafin valde dilatata, inflexa, apicem verfus attenuata, fub-acuminata, fupra modice convexa, pallide teftacea nitida; futura anguste fufca, & in finguli elytri difco lineæ fub-quinæ nigræ, fæpe hinc illinc confluentes, nec bafin neque apicem attingentes; duæ exteriores breviores, pone medium e macula pallida margini contigua interruptæ. Corpus fubtus brunneum vel piceo-ferrugineum, obfolete punctulatum. Pedes elongati tenues ferruginei, femoribus bafi obfcurioribus.

7. H. grifeo-ftriatus: oblongo-ovatus fub-depreffus niger, thorace pallido medio nigro-vario, elytrorum limbo lineisque plurimis interruptis pallidis.

Dytifcus grifeo-ftriatus. De Geer. Inf. 4. 103. 11.

Dytifcus Halenfis. Payk. fn. 1. 230. 41.

Dytifcus picipes. Thunb. Inf. Svec. 6. 76.

Habitat in aquis rarius.

Defcr. H. picipede paullo major, latior, fuperficies tota, fub oculo acute armato, fubtiliffime creber-

berrime punctulata, & pilis minutissimis griseis adspersa. Caput rotundatum, antice flavo-testaceum, flavedine ista retrorsum sensim angustata, usque dum in ipso vertice in acumen definit; vertex ceterum, & orbita oculorum late nigra. Antennæ pallidæ, extrorsum nigricantes. Thorax brevis transversus, anterius paullo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis; lateribus rotundatus, tenue marginatus, postice sinuatus, angulis obtusis; supra subdepressus, flavo-testaceus; margo anticus & posticus tenue nigra, & in medio plaga magna sinuato-lobata, linea longitudinali flava in duas divisa; intra marginem utrinque lunula obliqua impressa, sæpe infuscata. Elytra basi vix thorace latiora, sed pone basin valde dilatata, apicem versus attenuata, vix acuminata, supra sub-depressa, disco nigra, margine toto late pallido; in disco lineæ plurimæ flavo-griseæ interruptæ, in singulo elytro ad minimum sex, basi & externe evidentiores. Corpus subtus nigro-piceum, subtilissime punctulatum. Pedes ferruginei, femorum basi tarsisque obscurioribus.

Obs. D. Halensis Fabr. Syst. Eleut. I. 270. 66. quam e Germania benevole communicavit Dom. Sturm, omnino distinctus & alius, plus duplo minor, brevior, capite fere toto ferrugineo, thoracis signaturis aliis, ejusque angulis posticis magis acuminatis, quare nomen Cl. DeGeeri huic nostro retinui.

8. H. alpinus: oblonga-ovatus, supra flavo-testaceus, thorace angustiori utrinque impresso, elytris nigro-lineatis, apice acuminatis.

Schönh. synon. 2. 34. 23.

Dytiscus alpinus. Payk. fn. I. 226. 36.

Ha-

Habitat in aquis Lapponiæ & Dalekarliæ rarius.

Defcr. Præcedente paullo minor, anguftior, pofterius magis attenuatus; fuperficies fub oculo acute armato fubtiliffime crebre punctulata, glabra. Caput rotundatum flavo-teftaceum, margine verticis obfcuriori. Antennæ pallidæ, vix apice fufcæ. Thorax brevis transverfus, elytris multo anguftior, anterius vix anguftatus, late emarginatus, angulis productis acutis, lateribus fub-rectis, tenue marginatis, poftice finuatus, angulis fub-acuminatis; fupra fub-depreffus, flavo-teftaceus; intra marginem utrinque foveola arcuata, quæ impreffione obfoletiori transverfali pofteriori conjunguntur, in qua interdum lineolæ duæ fufcæ obfervantur. Elytra bafi thorace multo latiora, & pone bafin adhuc magis dilatata, inflexa, dein verfus apicem fenfim attenuata, apice ipfo valde acuminata; fupra parum convexa, flavo-teftacea, fub-nitida; futura tenuiffime fufca, & in fingulo elytro præterea lineæ fex longitudinales, fimplices, nigro-fufcæ, neque bafin nec apicem attingentes, interdum obfoletæ; extra lineas, pone medium macula oblonga nigra, & ante illam interdum lineola abbreviata. Corpus fubtus nigropiceum fubtiliffime punctulatum, ano pallidiori. Pedes pallide teftacei.

9. H. bidentatus: oblongo-ovatus fupra flavo-teftaceus, thorace anguftiori utrinque impreffo, elytris nigro-lineatis, apice emarginatis bidentatis.

Habitat in aquis Lapponiæ. Dom. *Forsftröm.*

Defcr. Magnitudo, ftatura & fumma affinitas præcedentis; differt tantum elytrorum apice late emarginato, angulis acuminatis, futurali paullo longiori;

giori; cetera quoad minimum punctum omnino ſimilia; an igitur modo Sexu diſtincti?

10. H. depreſſus: oblongo-ovatus ſubdepreſſus ferrugineus, thorace macula baſeos gemina, elytrisque nigris, his pallido ſub-ſtriatis maculatisque.

Schönh. ſynon. 2. 34. 21.

Dytiſcus depreſſus. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 268. 56. *Payk. fn.* 1. 221. 30.

Dytiſcus elegans. Illig. col. bor. 1. 265. 22. *Panz. fn.* 24. *f.* 5. *Crit. Rev.* 1. 57. *Marſh. ent. br.* 1. 421. 22.

Dytiſcus 12-*puſtulatus var. minor. Oliv. ent.* 3. 40. 31. 35. *Tab.* 5. *f.* 46. *c. d.*

Var. *b.* Elytris pallidis, nigro-lineatis.

Habitat in aquis paſſim, præſertim in fluviis, inter Charas.

Deſcr. Statura fere H. picipedis, ſed paullo minor; ſuperficies tota ſub oculo acute armato ſubtiliſſime creberrime punctulata. Caput magnum rotundatum pallide teſtaceum, margine verticis nigricante. Antennæ pallidæ, apice obſcuriores. Thorax brevis transverſus, antice late emarginatus, angulis productis acutis, lateribus valde rotundatis, tenue marginatis, poſtice ſinuatus, in medio loco ſcutelli triangulariter productus, angulis lateralibus omnino rotundatis; ſupra in medio nonnihil convexus verſus latera deplanatus, flavo-teſtaceus, margine antico & poſtico anguſte nigris; in medio marginis poſtici maculæ duæ magnæ angulatæ, ſæpe baſi connatæ, nigræ. Elytra ovata, baſi thorace latiora, pone baſin dilatata, inflexa, apicem verſus attenuata, apice oblique ſub-truncata, ipſo tamen apice acuminato; ante apicem utrinque denticulus minutus in mar-

margine prominet; ſupra parum convexa, diſco nigra, margine inæquali pallido; juxta ſuturam antice macula oblonga pallida, poſterius bifida, interne in lineam longitudinalem integram elongata, cui in medio macula ovata pallida adnexa obſervatur; juxta marginem lateralem maculæ quatuor pallidæ diſcum nigrum intrant, margini laterali tamen connexæ, quarum prima in humero, ultima in apice; præterea in diſco lineæ plures tenues pallidæ, abbreviatæ. Corpus ſubtus ſaturate ferrugineum, pectore obſcurius piceo. Pedes ferruginei, interdum pallide teſtacei.

Var. b. ſimillima, ſed elytra pallida, lineis quatuor diſci nigris, interiori & exteriori ſinuatis, ubi maculæ pallidæ in priori extant.

11. H. 12-puſtulatus: oblongo-ovatus ferrugineus, thoracis lateribus rotundatis, elytris nigris, maculis ſex ferrugineis.

Schönh. ſynon. 2. 33. 18.

Dytiſcus 12-puſtulatus. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 270. 64. *Oliv. ent.* 3. 40. 31. 35. *Tab.* 5. *f.* 46. *a, b. Payk. fn.* 1. 220. 29. *Marſh. ent. br.* 1. 422. 23.

Habitat in aquis Scaniæ & Blekingiæ rarius. *Dom. Quenſel.*

Deſcr. Statura & ſimilitudo præcedentis, ſed plus duplo major, & vere diſtinctus; ſuperficies tota ſub oculo acute armato, ſubtiliſſime coriacea, ſive ſub-ſtrigoſo-punctulata. Caput magnum rotundatum depreſſum ferrugineum, orbita oculorum, verticisque margine infuſcatis. Antennæ thorace longiores, ferrugineæ. Thorax breviſſimus transverſus, antice late & profunde emarginatus, angulis productis acutis, lateribus valde dilatato-rotundatis, præſertim anterius; poſtice paullo anguſtior, fere truncatus,

catus, angulis sub-acuminatis, loco scutelli perparum productus, unde scutelli rudimentum parvum depressum læve observatur. Elytra basi thorace non latiora, pone basin dilatata, versus apicem attenuata, acuminata, supra modice convexa, nigra; in singulo maculæ sex ferrugineæ, quatuor nempe juxta marginem, quarum prima prope humerum, parva, secunda paullo ante, tertia paullo pone medium, majores, sinuatæ, quarta intra apicem, recurva, sub lunata; ultimæ tres margini ferrugineo connexæ; macula quinta & sexta juxta suturam anterius, una post alteram, oblongæ. Corpus subtus fusco-ferrugineum, pectore anoque obscurius piceis. Pedes ferruginei, postici apice picei.

12. H. picipes: oblongo-ovatus, supra ferrugineo-testaceus nitidus, profunde punctatus, elytris nigro-lineatis, striis quatuor baseos punctatis.

Schönh. synon. 2. 31. 9.

Dytiscus picipes. Fabr. syst. eleut. 1. 269. 61. *Illig. col. bor.* 1. 267. 26. *Payk. fn.* 1. 228. 39. *Panz. fn.* 14. *f.* 3.

Dytiscus ovalis. Thunb. Act. Upf. 4. 19. 33.

Dytiscus punctatus. Marsh. ent. br. 1. 426. 36.

Habitat in aquis sat frequens.

Descr. H. dorsali paullo brevior, sed non angustior. Caput obtuse rotundatum ferrugineum nitidum, posterius sat profunde punctatum, macula triangulari nigra in vertice utrinque ante oculos. Antennæ ferrugineæ apice obscuriores. Thorax brevis transversus, anterius parum angustior, late emarginatus, angulis productis acutis, lateribus vix rotundatus, postice sinuatus, angulis sub-rectis, supra modice con-

convexus, ferrugineo-teſtaceus nitidus, crebre & profunde punctatus, præſertim verſus baſin, in medio baſeos plerumque umbra fuſca. Elytra oblongo-ovata, pone baſin ultra medium dilatata, poſtice oblique truncata, apice ipſo ſub-acuminata, ſupra modice convexa, teſtaceo-ferruginea nitida, anterius profunde, poſtice ſubtilius & confertius punctata; in ſingulo elytro interne lineæ quatuor nigræ, obſoletæ, extima plerumque interrupta; anterius in quovis elytro ſtriæ quatuor e punctis paullo minoribus, magis coarctatis, una juxta ſuturam, duæ in diſco, & quarta prope marginem, æquali ſpatio remotæ, vix medium elytri attingentes. Corpus ſubtus nigrum nitidum, crebre punctatum. Pedes elongati ferruginei.

13. H. lineellus: oblongo-ovatus ſupra ferrugineus ſubopacus, ſubtiliter punctatus elytris nigro-lineatis, ſtriis quatuor baſeos abbreviatis punctatis.

Hyphydrus lineatus. Schönh. ſynon. 2. 31. 10.

Dytiſcus lineatus. Marſh. ent. br. 1. 426. 35.

Habitat in aquis, apud nos rariſſime.

Deſcr. Magnitudo, ſtatura, & nimia affinitas præcedentis; differt pari fere modo ac H. gibbus ab H. ovali, ſuperficie nempe non nitida, & ſubtiliter tantum punctulata; macula poſtica thoracis major, nigrior, & corpus ſubtus obſoletius punctatum; lineæ quatuor nigræ elytrorum, in ſuperficie læviori, magis evidentes, extima in medio interrupta; in ceteris præcedenti ſimillimus.

14. H. dorſalis: oblongo-ovatus niger pubeſcens, thoracis margine faſciaque inter-

 rupta,

rupta, elytrorum puncto baseo, margineque inaequaliter ferrugineis.

Schönh. synon. 2. 33. 19.

Dytiscus dorsalis. Fabr. syst. eleut. 1. 269. 57. *Oliv. ent.* 3. 40. 30. 34. *Tab.* 1. *f.* 3. *a. b. Payk fn.* 1. 222. 31. *Panz. fn.* 14. *f.* 2. *Marsh. ent. br.* 1. 421. 21.

Var. *b.* Puncto baseos elytrorum obsoleto, fere nullo. *Payk. loc. cit. var. b. Schönh. loc. cit. var. c.*

Habitat in paludibus, praesertim sylvaticis, tempore vernali, passim.

Descr. Praecedentibus magis oblongus & angustior; superficies subtilissime creberrime punctulata, & pilis cinereis depressis adspersa. Caput rotundatum depressum, totum rufo-ferrugineum, fronte utrinque profunde impressa. Antennae thorace multo longiores, basi ferrugineae, extrorsum nigricantes. Thorax brevis transversus, anterius vix angustior, late emarginatus, angulis productis acutis, lateribus valde rotundatus, postice sinuatus, supra in medio transversim convexus, niger, lateribus late ferrugineis; pone medium fascia ferruginea, margini contigua, in medio late interrupta; nigredo interdum versus latera confluit, & ex fascia jam memorata includit punctum solitarium disci utrinque, ut in figura Panzeri loc. cit. Elytra oblonga, basi thorace latiora, pone basin dilatata, inflexa, apice obtuse rotundata, supra modice convexa, nigra, margine laterali toto, ante medium & intra apicem latius, determinate ferrugineo; prope basin in medio punctum solitarium, jam majus & pallidius, jam parvum, magis saturate ferrugineum. Corpus subtus

tus ferrugineo-piceum punctulatum, ano obſcuriori, pedes elongati, pallide ferruginei.

Var. b. differt tantum puncto baſeos elytrorum obſoleto vel deficiente.

15. H. planus: ovatus depreſſus niger pubeſcens, antennarum baſi pedibusque ferrugineis, femoribus baſi piceis.

Schönh. ſynon. 2. 35. 25.

Dytiſcus planus. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 268. 55. *Thunb. Inſ. ſv.* 6. 76.

Dytiſcus holoſericeus. Marſh. ent. br. 1. 427. 39.

Dytiſcus erythrocephalus. Linn. ſyſt. nat. 2. 666. 14.

Var. *b*. Elytris fuſcis, baſi margineque teſtaceis, pedibus fere totis ferrugineis.

Dytiſcus flavipes. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 273 82.

Dytiſcus rufipes. Oliv. ent. 3. 40. 30. 33. *Tab.* 4. *f.* 39. *a*, *b*.

Dytiſcus fuſculus. Illig. col. bor. 1. 264. 21. *Mag.* 1. 75. 21.

Dytiſcus planus. Payk. fn. 1. 223. 33.

Dytiſcus humeralis. Marſh. ent. br. 1. 422. 24.

Habitat in aquis ubique vulgaris, præſertim var. b.

Deſcr. H. dorſali multo brevior, ſed vix anguſtior, valde depreſſus; ſuperficies tota crebre punctulata, & pilis griſeis depreſſis adſperſa. Caput rotundatum nigrum nitidum, verticis margine glabro ferrugineo. Antennæ thorace multo longiores, baſi

basi ferrugineæ, extrorsum fuscæ. Thorax brevis transversus, anterius multo angustior, late emarginatus, angulis porrectis acutis, lateribus obliquis rotundatis marginatis, postice sinuatus; in medio loco scutelli triangulariter productus, supra parum convexus, niger immaculatus. Elytra magna ovata, basi thorace paullo latiora, versus medium dilatata, apice obtuse rotundata, supra depressa nigra; dum pubescentia detrita, nitida evadunt, & crebre punctulata; margo lateralis baseos plerumque pallidior. Corpus subtus nigrum nitidum punctatum, sub-pubescens. Pedes ferruginei, femoribus basi plus minusve nigro-piceis.

Var. b. differt elytris basi & lateribus latius vel angustius pallide testaceis, posterius nigro-fuscis, & femoribus vix basi obscurioribus; variat etjam elytris fere totis testaceis; cetera ut in a, omnia.

Obs. Var. b. certe D. flavipes Fabr. ut in Musæo Dom. T. Lund Hafniæ vidi.

16. H. Lapponum: oblongo-ovatus convexior niger pubescens, capite, thoracis lateribus pedibusque ferrugineis, thorace transversim impresso.

Var. *b.* Elytris basi lateribusque fusco testaceis.

Habitat in aquis Lapponiæ. *Dom. Forsström* & *Grape.*

Descr. H. elythrocephalo simillimus & affinis, sed plus duplo major, H. dorsali æqualis. Caput rotundatum sub-læve ferrugineum nitidum, macula nigro-fusca, ante singulum oculum, quæ sæpe in fronte confluunt, margine verticis tamen semper ferrugineo; præter foveas solitas ante oculos impressas, plerumque inter illas tertia, angustior, profundior. Antennæ thorace longiores, basi ferrugineæ, extrorsum

ſum fuſcæ. Thorax quoad ſtructuram fere ut in præcedenti deſcriptus, anterius tamen minus anguſtatus, ſupra parum convexus, inæqualis, antice, & præſertim poſtice profundius transverſim impreſſus, unde in medio ruga transverſa flexuoſa elevatior exſtat, niger, punctatus, pubeſcens, lateribus ferrugineis. Elytra oblongo-ovata, pone baſin dilatata, apicem verſus ſub-acuminata, ſupra modice convexa, ſubtiliter crebre punctulata, tenue pubeſcentia, nigra nitida, margine baſeos dilutiori. Corpus ſubtus nigrum nitidum, ſub-punctatum. Pedes toti rufo-ferruginei.

Var. b. differt tantum elytrorum baſi & lateribus dilutioribus, obſcure teſtaceis; variat etjam elytris fere totis brunneis.

17. H. erythrocephalus: oblongo-ovatus convexior, niger pubeſcens, capite pedibusque rufis, thoracis elytrorumque margine obſcure ferrugineis.

Schönh. Synon. 2. 35. 27.

Dytiſcus erythrocephalus. Linn. fn. ſv. 774. *Fabr. ſyſt. eleut.* 1. 267. 47. *Illig. Mag.* 1. 75. 21-22. *a. De Géer. Inſ.* 4. 404. 12. *a. Payk. fn.* 1. 223. 32.

Var. *b.* forte mas: glabrior, elytris brunneis, baſi & lateribus pallidius teſtaceis.

Habitat in aquis ubique frequens.

Deſcr. H. plano ſimilis, & longitudine æqualis; ſed multo anguſtior, convexior; ſuperficies tota ſubtiliter crebre punctulata, & pilis depreſſis cinereis adſperſa. Caput rotundatum rufo-ferrugineum nitidum umbra nigricante inter oculos, ſæpe interrupta. Antennæ baſi teſtaceæ, extrorſum fuſcæ. Thorax

rax quoad ſtructuram omnino ut in H. plano, ſupra tamen magis convexus, niger, obſcurus, margine laterali plus minusve ferrugineo. Elytra oblongo-ovata, lateribus parum dilatata, apice obtuſe rotundata, ſupra modice convexa, nigra, vix nitida, ſat profunde punctata, pubeſcentia, humeris & margine laterali pallide teſtaceis. Corpus ſubtus nigrum nitidum punctulatum. Pedes elongati, toti rufo-ferruginei.

Var. b. ſive Mas, plerumque paullo minor, & minus pubeſcens, unde color magis nitidus; latera thoracis latius ferruginea, elytra interdum tota obſcure teſtacea, plerumque vero poſterius brunnea, baſi & lateribus dilutius teſtacea.

18. H. 6-puſtulatus; oblongo-ovatus niger pubeſcens, capite, thoracis lateribus pedibusque rufis, elytris lituris tribus lateralibus griſeis.

Schönh. ſynon. 2. 34. 20.

Dytiſcus 6-puſtulatus. Fabr. ſyſt. eleut. 1. *269. 58. Oliv ent 3. 40. 31. 36. Tab. 4 f. 35. a, b. Payk. fn.* 1. *225. 35.*

Dytiſcus paluſtris. Illig. Mag. 1. *76.* 21-22. *a.*

Dytiſcus lituratus Panz fn. 14. *f. 4. Crit. Rev.* 1. *58. Marſh. ent. br.* 1. *423. 26.*

Var. *b.* Elytris lituris tantum duabus, una baſeos majore, altera intra apicem. *Illig. Payk. Schönh. loc. cit. var. b.*

Dytiſcus paluſtris. Linn. ſyſt. nat. 2. *667. 19. fn. ſv. 775. Fabr. ſyſt. eleut.* 1. *269. 59.*

Habitat in aquis frequens.

Deſcr

Descr. Statura H. erythrocephali, sed fere duplo minor; superficies tota subtilissime crebre punctulata, & pube cinerea adspersa. Caput rotundatum rufum, macula fusca ante singulum oculum. Antennae basi rufae, extrorsum nigricantes. Thorax quoad structuram ut in praecedenti, supra in medio convexus, niger, lateribus late ruso testaceis, in fasciam medio interruptam dilatatis. Elytra oblongo-ovata, in medio nonnihil dilatata, apice rotundata, supra parum convexa, nigra, parum nitida; in medio baseos macula pallide grisea, jam major, ovata, cum flavedine humeri connexa, jam minor, transversa, solitaria; margo humeralis versus medium usque pallidus; pone medium, intra marginem, macula altera pallida, jam major, antice dilatata, sinuata, posterius acuminata, jam parva, linearis; intra apicem macula tertia, transversa, lunata, saepe cum priori connexa. Corpus subtus nigrum, sub-punctatum pubescens. Pedes elongati ruso-ferruginei.

Var. b. differt tantum defectu maculae intermediae elytrorum; interdum maculae omnes obsoletae.

19. H. nigrita: oblongo-ovatus sub-depressus niger pubescens, antennarum basi pedibusque rufis, elytris stria disci punctata.

Schönh. synon. 2. *36.* *28.*

Dytiscus nigrita. Fabr. syst. eleut. 1. 273. *84.* *Payk. fn.* 1. 224 *34. Thunb. Ins. svec. 6. 76.*

Var. b. paullo major, capite ruso-piceo, antennis totis ferrugineis.

Habitat in aquis stagnantibus passim.

Descr. H. 6-pustulato brevior, magis depressus, sed vix angustior; superficies tota sub oculo armato subtilissime crebre punctulata, & pube tenui depres-

ſa griſea adſperſa. Caput latum, obtuſe rotundatum, nigrum, margine verticis ferrugineo. Antennæ thorace multo longiores, baſi ferrugineæ, extrorſum nigræ. Thorax quoad ſtructuram ut in præcedentibus, ſupra parum convexus, ſub-inæqualis, totus niger. Elytra lata, ovata, in medio dilatata, apice rotundata, ſupra depreſſa, nigra, plus minusve pubeſcentia; præter punctula crebra minutiſſima ſparſa, in diſco interiori obſervatur ſtria ſat regularis e punctis paullo majoribus, obſoleta tamen, & vix niſi certo ſitu dignoſcenda; rudimenta ſtriæ exterioris etjam interdum apparent. Corpus ſubtus nigrum vel nigro-piceum nitidum, ſat profunde punctatum. Pedes rufo-ferruginei, femoribus poſticis baſi piceis.

Var. b, differt: magnitudine paullo majori, capite rufo-piceo, antennisque totis obſcure ferrugineis; ſtria vero diſci adeſt, & reliqua ut in priori, vix ſpecie diſtincta.

20. H. pubeſcens: ovalis planus niger pubeſcens, antennarum baſi pedibusque ferrugineis, elytris teſtaceis, ſtria diſci punctata.

Var. *b.* Elytris fuſco-caſtaneis, margine pallidiori.

Habitat in aquis ſtagnantibus paſſim.

Deſcr. Præcedenti affinis, ſed diſtinctus videtur, paullo brevior, ſed latior, & magis depreſſus; ſuperficies ut in prioribus ſubtiliter crebre punctulata, & pube griſea longiori adſperſa. Caput rotundatum nigrum, verticis margine ferrugineo. Antennæ baſi ferrugineæ, extrorſum nigricantes. Thoracis ſtructura ut in præcedentibus, ſupra depreſſus, crebre punctatus, antice & poſtice transverſim impreſſus, totus niger. Elytra magna ovata, in medio dilata-

ta, apice obtuſe rotundata, ſupra valde depreſſa, fere plana, tota læte teſtacea, punctulatiſſima, longius pubeſcentia; in diſco interiori ſtria obſoleta e punctis paullo majoribus, ut in priori. Corpus ſubtus nigro-piceum nitidum, ſat profunde punctatum. Pedes ferruginei, femoribus plerumque in medio infuſcatis.

Var. b. differt tantum colore elytrorum obſcuriori, fuſco-caſtaneo, baſi exteriori & margine laterali pallidioribus; pubeſcentia detrita, color elytrorum pallidior, magis nitidus.

21. H. melanocephalus: oblongo-ovatus ſub-convexus, niger, glaber, antennarum baſi ferruginea, pedibus piceis.

Dytiſcus melanocephalus. Marſh. ent. br. 1. 423. 25.

Var. *b.* Capite, elytris pedibusque rufo-piceis.

Var. *c.* dimidio minor, totus niger, pedibus rufo-piceis.

Habitat in aquis ſtagnantibus paſſim.

Deſcr. Magnitudo & fere ſtatura H. 6-puſtulati, proxime præcedentibus dimidio major; ſuperficies tota ſubtiliter, at minus crebre punctulata, pube vix perceptibili adſperſa. Caput latum, obtuſe rotundatum, nigrum, margine verticis rufo-piceo. Antennæ thorace longiores nigræ, baſi ferrugineæ. Thoracis ſtructura ut in prioribus, ſupra in medio transverſim convexus, fere lævis, antice & poſtice impreſſus, crebre punctulatus, totus niger nitidus. Elytra oblongo-ovata, in medio vix vel parum dilatata, apice rotundata, ſupra modice convexa, nigra nitida immaculata. Corpus nigrum nitidum, parce punctatum. Pedes nigro-picei, geniculis obſcure teſtaceis.

Var. b. tantum colore differt; caput, elytra & pedes obſcure rufo-picea, ſed dorſum elytrorum longitudinaliter magis nigrum.

Var. c. fere dimidio minor; pedes rufo-picei, femoribus baſi obſcurioribus; cetera conveniunt.

22. H. triſtis: oblongo-ovatus ſub-convexus, anguſtior, niger, glaber, capite elytrisque rufo-piceis, antennarum baſi pedibusque ferrugineis.

Schönh. ſynon. 2. 36. 29.

Dytiſcus triſtis. Payk. fn. I. 232. 44.

Var. *b.* Thorace etjam rufo-piceo.

Habitat in aquis ſtagnantibus paſſim.

Deſc. H. nigrita paullo minor, præſertim anguſtior; ſuperficies ſub oculo armato ſubtiliſſime crebre punctulata, ſed vix viſibiliter pubeſcens. Caput magnum rotundatum depreſſum rufo-piceum, umbra fuſca inter oculos. Antennæ baſi ferrugineæ, extrorſum nigro-fuſcæ. Thoracis ſtructura ut in prioribus, ſupra in medio convexus, antice & poſtice impreſſus, crebre punctatus, niger, ſub-nitidus. Elytra ovata, in medio vix vel parum dilatata, inflexa, apice rotundata, ſupra parum convexa. crebre punctulata, rufo-picea nitida, interdum dilutius rufo-teſtacea. Corpus ſubtus nigro-piceum, ſat profunde punctatum. Pedes rufo-ferruginei.

Var. b. differt tantum colore thoracis pallidiori rufo-piceo, elytrorum colore æquali.

23. H. umbroſus: oblongo-ovatus, ſubconvexus, niger, pubeſcens, capite pedibusque rufis, elytris rufo-piceis, poſterius attenuatis.

Ha-

Habitat in paludibus sylvaticis umbrosis passim.

Descr. Minutus, H. granulari vix major; superficies tota sub oculo acute armato subtilissime crebro punctulata, & pubescentia longiori grisea adspersa. Caput magnum rotundatum depressum rufo-ferrugineum, inter oculos sæpe infuscatum. Antennæ thorace longiores, basi pallide rufescentes, extrorsum nigræ. Thoracis structura ut in præcedentibus omnino, supra in medio transversim satis convexus, posterius striga sinuata profundiori impressus, totus niger, vix nitidus. Elytra oblongo-ovata, pone basin dilatata, dein versus apicem attenuata, apice ipso rotundata, supra modice convexa, obscure rufo-picea, longius pubescentia; pube detrita, magis nitida & dilutius rufescentia evadunt. Corpus subtus nigrum, sub-nitidum, punctulatum. Pedes elongati, pallide rufescentes.

24. H. lineatus: oblongo-ovatus convexus ferrugineus, pubescens, elytris postice attenuatis, disco fuscis, ferrugineo-lineatis.

Schönh. synon. 2. 32. 15.

Dytiscus lineatus. Fabr. syst. eleut. 1. 272. 76. Oliv. ent. 3. 40. 35. 43. Tab. 5. fig. 43. a, b. Hydroph. Tab. 1. fig. 5. a, b. Illig. coll. bor. 1. 268. 27. Payk. fn. 1. 227. 37. Thunb. Ins. Svec. 6. 76.

Dytiscus ovatus. Thunb. Act. Upf. 5. 113. 46.

Var. *b.* Elytrorum disco nigricante, vix ferrugineo lineato.

Dytiscus pygmæus. Fabr. syst. eleut. 1. 272. 79.

Dy-

Dytiſcus ovatus. Linn. ſyſt. nat. 2. 667. 18. Fn. ſv. ſepoſ. 2282?

Habitat in aquis ſat frequens.

Deſcr. Parvus, H. 6-puſtulato fere dimidio minor, poſterius attenuatus; ſuperficies, ſub oculo acute armato, omnium ſubtiliſſime punctulata, & pube pallida decumbente adſperſa. Caput magnum rotundatum, pallide ferrugineum nitidum. Antennæ thorace longiores, pallidæ, apice fuſceſcentes. Thoracis ſtructura ut in prioribus, ſupra modice convexus, æqualis, pallide ferrugineus, margine antico & poſtico plerumque in medio infuſcatis. Elytra oblongo-ovata, pone baſin dilatata, dein verſus apicem valde attenuata, acuminata, ſupra modice convexa, diſco nigro fuſca, non nitida, margo lateralis late ferrugineus, linea obliqua fuſca; in diſco cujusvis elytri lineæ quatuor ferrugineæ, plerumque poſterius abbreviatæ, ſæpe obſoletæ. Corpus totum ſubtus pallide ferrugineum, punctulatum. Pedes elongati tenues, pallide ferruginei.

Var. b. differt tantum lineis in diſco elytrorum nullis, vel valde obſoletis; quod hic D. pygmæus Fabr. loc. cit. ex Muſæo Dom. Seheſtedt & Lund Hafniæ convictus ſum.

25. H. granularis: oblongo-ovatus niger ſub-pubeſcens, antennarum baſi pedibusque teſtaceis, elytrorum margine lineisque duabus pallidis.

Schönh. ſynon. 2. 36. 30.

Dytiſcus granularis. Linn. ſyſt. nat. 2. 667. 22. Fabr. ſyſt eleut. 1. 270. 67. Oliv. ent. 3. 40. 33. 40. Tab. 2. fig. 13. a, b. Payk. fn. 1. 231. 43. Thunb. Act. Upſ. 5. 114. 47. Marſh. ent. br. 1. 426. 34.

Ha-

Habitat in aquis ſat frequens.

Deſcr. Inter minimos hujus generis; ſuperficies ſub oculo acute armato ſubtiliſſime punctulata, & pilis minutiſſimis adſperſa. Caput magnum rotundatum depreſſum nigrum nitidum. Antennæ thorace longiores, baſi pallidæ, extrorſum nigræ, acuminatæ. Thoracis ſtructura ut in prioribus, ſupra modice convexus, niger nitidus, lateribus plerumque piceo-teſtaceis, intra marginem urrinque lineola abbreviata impreſſa. Elytra ovata, pone baſin dilatata, apicem verſus attenuata, oblique ſub-acuminata, ſupra modice convexa, nigra nitida, evidentius punctulata; in ſinguli medio linea pallida recta, antice latior, nec baſin neque apicem attingens; linea altera in angulo humerali inchoata, ibique angulata, oblique arcuatim verſus apicem continuatur, & in apice hamum exſerit; in ipſo margine etjam lineola pallide, utrinque abbreviata. Corpus ſubtus nigro-piceum nitidum punctulatum, interdum dilutius ferrugineum. Pedes ferruginei, tarſis omnibus, tibiisque poſticis fuſcis.

26. H. pictus: ovalis convexus ferrugineus, elytris pallidis, ſutura, macula oblonga diſci, ſtriaque ſub-marginali nigris.

Schönh. ſynon. 2. 32. 12.

Dytiſcus pictus. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 273. 38. *Illig. Mag.* 1. 78. 24-25. *b. Payk. fn.* 1. 233. 46.

Dytiſcus arcuatus. Panz. fn. 26. *f.* 1. *Crit. Rev.* 1. 58.

Dytiſcus flexuoſus. Marſh. ent. br. 1. 425. 31.

Var.

Var. *b.* macula disci elytrorum dilatata, cum sutura nigra confluente. *Illig. Shönh. loc: cit. var. b.*

Dytiscus arcuatus. Fabr. syst. elevt. 1. 271. 74.

Habitat in aquis stagnantibus passim, minus frequens.

Descr. Præcedenti vix longior, sed multo latior, magisque convexus; superficies thoracis & elytrorum subtiliter punctulata, & pilis raris minutissimis adspersa. Caput magnum rotundatum rufo-ferrugineum nitidum læve, umbra fusca ante oculos. Antennæ thorace longiores, basi ferrugineæ, extrorsum nigræ. Thoracis structura ut in prioribus, supra convexus, disco nigro-piceus nitidus, lateribus late ferrugineis; intra marginem utrinque lineola parva abbreviata impressa. Elytra magna ovata, in medio valde dilatata, apicem versus attenuata, apice oblique subacuminato; supra valde convexa, crebre punctulata, pallide flava, sutura tota late nigra, intra apicem utrinque rotundato-dilatata; in humero macula magna nigra, striam obliquam intra-marginalem versus apicem elytri emittens; in medio disci macula magna nigra oblongo-ovata, sæpe postice bidentata, & fere semper cum stria exteriori connata. Corpus subtus ferrugineum nitidum punctatum, interdum obscurius rufo-piceum. Pedes elongati rufo-ferruginei.

Var. b, differt: macula disci elytrorum dilatata, cum nigredine suturæ late connata, unde elytra potius nigra dici queant, macula pallida, postice emarginata in medio baseos, alia pone medium, anterius bifida, postice acuminata, elongata, & margine externo posterius pallido; cetera ut in a, omnia.

27. H. geminus: oblongo-ovatus niger, thorace fascia pallida, striolisque duabus

in

in elytris continuatis, coleoptris fascia dentata margineque pallidis.

Schönh. Synon. 2. 32. 13.

Dytiscus geminus Fabr. syst. eleut. 1. 272. 75. *Illig. Mag.* 1. 77. 24-25.

Dytiscus trifidus. Panz. fn. 26. *f.* 2. *Crit. Reu.* 1. 58.

Dytiscus parvulus Payk. fn. 1. 233. 45. *var. b.*

Dytiscus pygmæus. Oliv ent. 3. 40.. 39. 48. *Tab.* 5. *f.* 45. *a*, *b*.

Habitat in aquis stagnantibus rarius.

Descr. Minutus, H. picto angustior, minus convexus. Caput magnum rotundatum rufo-piceum, ore dilutius rufescente. Antennæ thorace parum longiores, pallidæ, extrorsum obscuriores. Thoracis structura ut in prioribus, supra in medio transversim convexus, pallide testaceus nitidus, subtilissime punctulatus; margo anticus in medio nigricans; in medio baseos plaga magna transversa nigro-fusca, quæ utrinque terminantur lineola obliqua profunde impressa in ipso margine postico. Elytra oblongo-ovata, in medio nonnihil dilatata, supra parum convexa, subtilissime punctulata, nigra nitida; ante medium fascia pallida, plerumque interrupta, & in tres maculas divisa, quarum marginalis major, quadrangula, interiores angustæ, cuneiformes; pone medium macula semi-ovata, & intra apicem alia sub-triangularis, ambæ pallidæ, & margini pallido plerumque connexæ; in medio baseos striola impressa, valde abbreviata, e striola baseos thoracis quasi continuata; juxta suturam stria integra, sat profunde impressa. Corpus subtus nigro-piceum nitidum, sub-punctatum. Pedes pallide ferruginei.

28. H. unistriatus: brevior ovatus niger, thorace fascia pallida, striolisque duabus coleoptris communibus, elytris plaga obsoleta rufescente.

Schönh. synon. 2. 32. 14.

Dytiscus unistriatus. Illig. col. bor. 1. 266. 24. Mag. 1. 77. 24. Oliv. Ent. 3. 40. 37. 46. Tab. 4. f. 41. a, b?

Dytiscus parvulus. Payk. fn. 1. 232. 45. Panz. fn. 99. f. 2.

Habitat in aquis, apud nos rarius.

Descr. Valde affinis praecedenti, sed paullo minor, praesertim brevior, & posterius magis attenuatus; superficies etjam profundius punctulata videtur. Caput magnum rotundatum fusco-piceum, vix punctulatum. Antennae crassiusculae, thorace longiores, basi ferrugineae, extrorsum nigrae. Thorax ut in praecedente omnino, in medio transversim testaceus, antice & postice nigricans, lineola obliqua impressa baseos utrinque ut in illo. Elytra ovata, ante medium dilatata, posterius valde attenuata, sub-acuminata, supra convexa, sat profunde punctulata, nigro-picea, plaga indeterminata obsoleta rufescente pone humerum utrinque; in medio baseos striola valde abbreviata, profunde impressa, quasi e striola baseos thoracis continuata, omnino ut in priori; stria suturalis vero obsoletior, vix apicem attingens. Corpus subtus nigro-piceum, fronte punctulatum. Pedes ferruginei, tarsis obscurioribus.

HALIPUS. *)

Palpi filiformes, articulo ultimo minore, ſubulato. Caput elongatum, porrectum. Scutellum nullum. Femora poſtica baſi lamina duplici lata tecta. Tibiæ poſticæ arcuatæ; tarſi omnes 5-articulati.

1. H. elevatus: oblongo-ovatus ſupra pallidus, thorace plano, elytris convexis punctato-ſtriatis, nigro-lineatis, coſta diſci elevata abbreviata.

Schönh. ſynon. 2. 27. 6.

Dytiſcus elevatus. Panz. fn. 14. f. 9. Crit. Rev. 1. 59. Marſh. ent. br. 1. 430. 48.

Habitat in aquis Lapponiæ. *Dom. Forſtröm.*

Deſcr. Reliquis hujus generis magis oblongus, Hyphydro erythrocephalo paullo minor. Caput oblongum convexum, ſaturatius teſtaceum nitidum, punctulatum, oculis magnis globoſis glaucis. Antennæ vix thorace longiores, totæ pallidæ. Thorax transverſus, elytris anguſtior, antice emarginatus, angulis deflexis acuminatis, lateribus ante medium dilatatis, rotundatis, poſtice ſinuatus, in medio loco ſcutelli triangulariter productus, ſupra depreſſus, totus pallidus nitidus, parce ſubtiliter punctulatus; intra marginem utrinque linea impreſſa margini paralella; diſcus paullo magis elevatus, dorſo tamen depreſſus. Elytra oblongo-ovata, pone baſin valde dilatata, thorace multo latiora, dein apicem verſus attenuata,

*) Obſ. Genus a Dom. Latreille Gen. Cr. & Inſ. 1. 230. ita dictum, antea a Dom. Illiger. Mag. 1. 297. Cnemidotus vocatum.

nuata, sub-acuminata, supra modice convexa, pallida nitida, striis in singulo octo integris, & intra humerum duobus valde abbreviatis, profunde punctatis, omnibus infuscatis, præter binas marginales; sutura etjam nigra; interstitia lævia, tertio a sutura anterius valde elevato, sub-carinato, carinula vix ultra medium elytri producta. Corpus subtus saturate testaceum, sub-punctatum, abdominis basi nigro-piceo; basis abdominis & femora postica quoad maximam partem, laminis duabus magnis ovato-rotundatis, profunde punctatis, pallide testaceis, tecta. Pedes pallide testacei, postici longissimi, femoribus in medio tenuibus, basi apiceque crassioribus, tibiis arcuatis, tarsis omnibus unguibus binis longis incurvis.

2. H. ferrugineus: ovalis convexus ferrugineus nitidus, elytris profunde punctato-striatis, interstitiis seriebus punctorum minorum.

Schönh. synon. 2. 26. 1.

Dytiscus ferrugineus. Linn. syst. nat. 2. 666. 16. *Payk. fn.* 1. 234. 48.

Var. *b.* Elytrorum striis infuscatis, maculisque interjectis oblongis nigro-fuscis sparsis. *Schönh. loc. cit. var. b.*

Dytiscus fulvus. Fabr. syst. eleut. 1. 271. 70.

Dytiscus interpunctatus. Marsh. ent. br. 1. 429. 46.

Dytiscus impressus var. Illig. col. bor. 1. 269. 30. *a.*

Habitat in aquis passim.

Descr. Major reliquis hujus generis. Caput oblongum convexum ferrugineum nitidum, subtiliter punctatum, oculis magnis globosis glaucis. Antennæ longitudine thoracis, totæ pallidæ. Thorax antice mul-

multo angustior, late emarginatus, angulis deflexis productis acuminatis, lateribus obliquis rectis, tenue marginatis, posticis sinuatus, in medio productus, supra modice convexus, totus late ferrugineus nitidus, disco sublævis, limbo crebrius punctato; in basi striga transversa sinuata e punctis magnis impressis. Elytra ovata, pone basin valde dilatata, dein versus apicem attenuata, apice oblique truncata, sub-acuminata, supra convexa, ferruginea nitida tota; in singulo striæ decem regulares e punctis majoribus profunde impressis; juxta suturam stria continua e punctis minutis approximatis, & in singulo interstitio series e punctis parvis, magis remotis. Corpus subtus saturate ferrugineum nitidum, laminis ventralibus pallidioribus, profunde punctatis. Pedes ferruginei.

Var. b. tantum colore differt: alii saturate ferruginei, alii pallide testacei; in omnibus puncta impressa thoracis plerumque, elytrorum semper, infuscata, fere nigra, & præterea in interstitiis, striarum maculæ oblongæ nigro-fuscæ, jam majores, jam minores, sæpe obsoletæ; abdominis basis etjam sæpe fusca.

3. H. impressus: ovalis convexus flavo-testaceus nitidus, elytris profunde punctato-striatis, striis infuscatis, interstitiis punctis paucis sparsis.

Schönh. synon. 2. 26. 2.

Dytiscus impressus. Fabr. syst. eleut. 1. 271. 71. *Oliv. ent.* 3. 40. 32. 42. *Tab.* 4. *f.* 40. *a*, *b*. *Illig. col. bor.* 1. 260. 30. *var. c. Panz. fn.* 14 *f.* 7. *Thunb. Ins. Svec.* 6. 77.

Dytiscus laminatus. Schall. Act. Hall. 1. 314.

Var. *b.* flavo-aut rufo-testaceus, elytris obsolete nigro-maculatis.

Dytiscus impressus Payk. fn. 1. 235. 49. Illig. loc. cit. var. b.

Dytiscus flavicollis. Marsh. ent. br. 1. 430. 47.

Var. *c.* saturate rufo-testaceus, vertice abdominisque basi piceis, elytrorum maculis majoribus confluentibus.

Dytiscus ruficollis. De Geer. Inf. 4. 404. 13. Tab. 16. f. 9, 10. Marsh. ent. br. 1. 428. 43.

Habitat in aquis frequens.

Descr. Statura & summa affinitas praecedentis, sed fere triplo minor, & distinctus. Caput oblongum angustum, saturatius rufo-testaceum nitidum, tenue punctulatum; oculi magni globosi nigri. Antennae longitudine thoracis, totae pallidae. Thoracis structurae omnino ut in praecedenti, supra parum convexus pallidus, interdum flavo-testaceus, nitidus, disco fere laevis limbo subtiliter punctulato; intra basin striga transversa sinuata e punctis parvis obsoletis impressis; intra marginem baseos utrinque rudimentum plicae vel striolae obliquae impressae in plerisque. Elytrorum forma eadem ac in praecedenti omnino, supra convexa, griseo pallida, nitida, profunde punctato striata, punctis infuscatis; juxta suturam stria sat regularis e punctis minutissimis approximatis, sed in ceteris interstitiis puncta tantum pauca, minuta, sparsa. Corpus subtus pallide ferrugineum, laminis abdominalibus ut in priori. Pedes elongati pallidi.

Var. b. differt tantum elytro singulo maculis quatuor fuscis in medio, per paria oblique positis exterioribus magis antrorsum locatis, saepe omnibus obsoletis; color thoracis & corporis aut pallidior, ut in a, aut saturatius testaceus.

Var. c. magis saturate rufo-testacea, vertice abdominisque basi fusco-piceis; maculae fuscae elytrorum magis dilatatae, confluentes; sutura & basis etjam in-

interdum infuſcata, ut elytra dorſo fuſca dici queant, maculis duabus diſci teſtaceis; cetera ut in prioribus omnia.

4. H. lineato-collis: ovatus convexus pallide teſtaceus, thorace linea longitudinali nigra, ſtriga poſtica lunulisque duabus impreſſis.

Schönh. ſynon. 2. 27. 4.

Dytiſcus lineato-collis. Marſh. ent. br. 1. 429. 45.

Habitat in Hallandiæ aquis ſtagnantibus, juxta maris littora, rarius.

Deſcr. Præcedenti paullo major, longior, & minus convexus, alias valde affinis, præſertim ejus var. b. ſimillimus, ſed thoracis ſculptura alia. Caput oblongum, anguſtum, ſaturate ferrugineum nitidum, crebre punctulatum, vertice interdum nigro-piceo; oculi magni globoſi glauci. Antennæ totæ pallidæ. Thoracis ſtructura ut in prioribus, ſupra parum convexus, ſat crebre punctulatus, pallide teſtaceus, margine antico & linea media longitudinali nigro-fuſcis, intra baſin ſtriga transverſa, in medio præſertim profunde impreſſa, intra marginem utrinque ſtria arcuata obliqua baſeos profunde impreſſa, in fundo infuſcata. Elytra oblongo-ovata, pone baſin valde dilatata, apice oblique truncata, acuminata, ſupra modice convexa, pallida, nitida, punctis fuſcis profunde impreſſis ſtriata, ut in priore, juxta ſuturam ſtria e punctis minutiſſimis, & in interſtitiis punctula pauca ſparſa; in diſco maculæ quatuor fuſcæ obſoletæ, ſitu & figura ut in præcedenti, in ipſa baſi, ante ſtriam quartam & quintam a ſutura, ſtriolæ duæ breviſſimæ, valde obliquæ, profunde impreſſæ. Corpus ſubtus ſaturatius ferrugineum nitidum;

 laminæ

laminæ ventrales ut in prioribus. Pedes elongati pallide teſtacei.

5. H. obliquus: ovalis convexus flavo-teſtaceus, elytris obſolete punctato-ſtriatis, baſi, faſcia media inæquali, lituraque intra apicem nigris.

Schönh. Synon. 2. 27. 5.

Dytiſcus obliquus. Fabr. ſyſt. eleut. 1. 270. 69. *Illig. col. bor.* 1. 268. 29. *Panz. fn.* 14. *f.* 6. *Crit. Rev.* 1. 58.

Dytiſcus amoenus. Oliv. ent. 3. 40. 32. 38. *Tab.* 5. *f.* 50. *a, b.*

Var. *b.* Paullo major, ſaturatius teſtaceus, elytris nigris, margine, macula intra apicem, lineisque plurimis diſci pallidis.

Dytiſcus obliquus. Payk. fn. 1. 235. 50.

Habitat in aquis paſſim, præſertim in fluviis inter Charas.

Deſc. Statura H. impreſſi, ſed paullo major. Caput oblongum convexum flavo-teſtaceum nitidum, ſubtiliſſime crebre punctulatum, vertice transverſim nigro-fuſco; oculi magni globoſi nigri. Antennæ totæ pallidæ. Thoracis ſtructura ut in præcedentibus omnino, ſupra convexus, pallide teſtaceus, margine antico plerumque ſtriga fuſca; ſuperficies ſub oculo armato ſubtiliſſime punctulata; intra baſin ſtriga transverſa ſinuata e punctis paullo majoribus, & intra apicem alia recta. Elytra ovata, pone baſin valde dilatata, apice oblique acuminata, ſupra convexa, pallide flaveſcentia, ſub-nitida; ſtriæ punctatæ ut in prioribus, ſed valde obſoletæ, e punctis parvis

vis parum impressis, interstitiis sub oculo acute armato consertissime subtiliter punctulatis; in basi interiori fascia nigricans; in medio altera, externe dilatata, fere bifida, marginem non attingens, intra apicem litura obliqua transversa abbreviata, quasi e maculis duabus conflata; signaturæ istæ crebre interruptæ, constant modo striolis abbreviatis nigris approximatis longitudinalibus; sutura & apex etjam nigra. Corpus subtus flavo-testaceum nitidum; laminæ ventrales tenue & obsolete punctatæ. Pedes elongati pallidi.

Var. b. paullo major, etjam convexior videtur; vertex & thoracis apex latius fusco-picea; in elytris striæ omnes disci lineis latis nigris inductæ, ut interstitia lineas angustiores pallidas monstrant; margo exterior late flavescens, & juxta apicem macula magna ejusdem coloris; pone medium etjam plerumque litura transversa flavescens, margini contigua; hinc facies a præcedente aliena, sed notas essentiales quibus specie distingui possunt, investigare non valui.

LIMNIUS.*)

Palpi inæquales filiformes. Maxilla bifida, processu exteriore Palpiformi. Ligula sub-quadrat.

*) Obs. Genus a Dom. Illiger, Mag. 1. 297, primum nominatum, et dein a Dom Muller in Illig. Mag. 5. 188. quoad Characteres accuratissime designatum, ideoque denominationem illorum retinui; Dom. Latreille, tam in appendice ad Hist. nat. des Fourmis, pag. 396, quam in Hist. nat. des Crust. et Ins. sub n:o 64, in Fam. 10:ma Necrophagi, sub nomine Elmis, hoc idem Genus proposuit; ob antennas filiformes vero, et maxillæ appendicem Palpiformem, non inepte in hac Familia locandum putavi.

drata transversa. Antennæ breves filiformes. Tarsi omnes evidenter 5-articulati, articulo ultimo longissimo. Corpus oblongo-ovatum, convexum.

1. L. canaliculatus: oblongus niger, antennis tarsisque ferrugineis, thorace canaliculato utrinque foveolato, elytris punctato-striatis, costa sesqui-altera elevata.

Habitat in Hallandia, in littore maris Baltici prope Halmstad semel tantum lectus.

Descr. Statura fere Elophori elongati, sed paullo major. Caput deflexum rotundatum nigrum opacum, creberrime punctatum. Antennæ thorace paullo breviores, ferrugineæ, filiformes, articulo primo majori obconico, secundo sub globoso, sequentibus crassiori, 3-7 sub-moniliformibus æqualibus, 8-10 paullo crassioribus obconicis, ultimo oblongo acuminato. Thorax sub-quadratus, antice bi-sinuatus, angulis deflexis, oblique truncatis, sub-bidentatis, lateribus acute marginatis, medio rotundatis dilatatis, postice sub-sinuatus, angulis deflexis, productis, acutis, supra valde convexus, niger, opacus, creberrime punctulatus, in medio sulco longitudinali profundo, intra apicem incepto, exaratus, & juxta illum utrinque fovea magna rotundata impressa; extra foveam ruga longitudinalis elevata, sinuata. Scutellum triangulare nigrum depressum. Elytra elongata, thorace paullo latiora, apicem versus attenuata, sub-acuminata, supra convexa, dorso tamen ipso fere plana, nigra, opaca, profundo punctato-striata; interstitium secundum a sutura basi elevato-carinatum, carinula ante medium elytri evanescente, quartum vero totum, fere ad apicem usque, valde elevato-carinatum; sutura, costæque memoratæ dense

ſe griſeo-pubeſcentia; extra coſtam exteriorem, elytra valde declivia. Corpus ſubtus nigro-piceum, ſubtiliſſime punctulatum. Pedes nigro-picei, tibiarum apice tarſisque ferrugineis; articulus ultimus tarſuum valde elongatus, clavatus, ungulis validis arcuatis.

Obſ. Similis Macronycho 4-tuberculato Mülleri, in Illig. Mag. 5, 215. 1. ſed major, & antennæ longiores, non clavatæ; affinis etjam videtur Limnio Araneola, Illig. Mag. 5. 202. not.

2. L. æneus: ovatus, nigro-ſubæneus, antennis tarſisque rufeſcentibus, thoracis diſco quadratim impreſſo, elytris thorace latioribus.

Müller in Illig. Mag. 5. 202. 6.

Limnius Megerlei. Illig. Mag. 5. 202. 6. not.

Habitat in Weſtmanniæ aquoſis, *Dom. Crug*; in Weſtrogothia ad littora lacuum & fluviorum paſſim, præſertim in Menyanthidis trifoliatæ foliis.

Deſcr. Minutus, Cryptophago cellari minor. Caput oblongum, deflexum, conflexum, nigrum obſcurum, ſubtiliſſime punctulatum, ſub-pubeſcens. Antennæ thorace breviores, obſcure ferrugineæ, extrorſum fuſcæ, articulo ultimo paullo majori, ovato, acuminato. Thorax ſub-quadratus, antice biſinuatus, in medio ſupra caput rotundato-productus, angulis lateralibus porrectis, deflexis, acutis, lateribus fere rectis, vel per-parum ſinuatis, acute marginatis; poſtice ſinuatus, angulis lateralibus productis acuminatis; ſupra valde convexus, niger, parum æneo-renitens, ſubtiliſſime punctulatus & pubeſcens; diſcus anterior utrinque coſta elevata recta, margini laterali parallela, cingitur; pone medium

 fovea

ſovea transverſa impreſſa utrinque abbreviata, cum coſtis memoratis connexa, diſcum oblongo-quadratum poſterius terminat; margo poſticus thoracis, pone foveam, iterum elevatus. Scutellum minutum punctiforme nigro-æneum. Elytra oblongo-ovata, baſi thorace multo latiora, pone baſin & ultra medium adhuc magis dilatata, apicem verſus attenuata, oblique ſub-acuminata, ſupra valde convexa, dorſo ipſo tamen planiora, nigro-ænea ſub-nitida, tenue pubeſcentia, profunde punctato-ſtriata, interſtitiis ſubtiliſſime punctulatis; interſtitia alterna interdum nonnihil elevatiora, ſed obſolete, præter ſextum a ſutura, quod evidentius elevatum, fere carinatum. Corpus totum ſubtus, ut & elytrorum margo inflexus, tomento tenuiſſimo pallide aureo nitido veſtitum. Pedes elongati nigro-picei, tomento ſimili hinc inde obducti; tarſi fuſco-ferruginei, ſtructura ut in præcedenti.

3. L. cupreus: ovalis cupreo-æneus, antennis ungulisque teſtaceis, thorace convexo æquali, poſtice transverſim obſolete impreſſo.

Müller in Illig. Mag. 5. 205. 8.

Habitat cum præcedente paſſim.

Deſcr. Præcedenti ſimilis & valde affinis, ſed minor, anguſtior, & thoracis diſcus æqualis, lævis. Caput retractum, deflexum, convexum, nigro-æneum, ſubtiliſſime punctulatum, pubeſcens. Antennæ longitudine fere thoracis, totæ pallide teſtaceæ, ſtructura ut in priori. Thoracis ſtructura omnino ut in præcedenti, ſupra valde convexus, æneo-ſubcupreus opacus, ſubtiliſſime creberrime punctulatus, ſub-pubeſcens, diſco toto omnino æqualis, absque coſtis & foveolis; poſterius intra marginem utrinque lineola obliqua impreſſa, intra baſin transverſim con-

continuata, ſed parum profunda. Scutellum punctiforme æneum. Elytra oblongo-ovata, baſi thorace parum latiora, in medio dilatata, apicem verſus attenuata, oblique ſub-acuminata, ſupra valde convexa, ænea, nitida, ſub-pubeſcentia, profunde punctato-ſtriata, interſtitiis ſubtiliſſime punctulatis; interſtitia alterna nonnihil elevatiora, ſexto a ſutura tamen ſub-carinato, ut in priori. Corpus ſubtus tomento pallide aureo veſtitum. Pedes elongati nigro-picei, tomento pallido nitido hinc inde obducti, ungulis ſolis pallide teſtaceis.

ADDENDA.

Excusis jam pagellis aliquot hujus opusculi, æstate præterita iter in Hallandiam & Scaniam institui, sub quo Insecta plura colligendi occasionem habui, quæ antea aut perraro, aut nunquam deprehendere mihi contigit; addenda itaque erunt sequentia:

Pag. 6. n:o 2. Psammodius elevatus:

Habitat in Hallandiæ maritimis, prope Halmstad, in arena volatili, & sub fucis exsiccatis e mari rejectis, passim.

Pag. 9. n:o 6. Psammodius sulcicollis:

Habitat in Hallandiæ, Scaniæ arena volatili sat frequens.

Obs. Genus hocce, ut jam mihi innotuit, a Dom. Latreille, sub nomine: Ægialia: dudum ab Aphodiis distinctum; sed opus ejus, cui Titulus: "Genera Crustaceorum & Insectorum, Paris 1806." in quo illud, & plurima alia nova indicaverit Genera, consulere mihi non licuit.

Pag. 59. n:o 2. Melolontha vulgaris:

Species heic descripta, & quam M. Hippocastani Dom. Fabricii esse testatur Dom. Illiger, in Svecia australi non occurrit, ut mihi asseveravit Dom. Fallén; alia vero, illi simillima & valde affinis, pro M. vulgari genuina assumenda, ibi frequens, & sæpe copiosissima, quare ambas ut Sveciæ incolas afferre debeo; deleatur itaque tota §, loc. cit. & inferatur loco ejus:

2. M. vulgaris: oblonga convexa nigro-picea pubescens, elytris testaceis, margine concolore, stylo ani sensim angustato.

Fabr.

Fabr. syst. eleut. 2. 161. 6. 6. *Oliv. ent.* 1. 5. 12. 5. *Tab.* 1. *f.* 1. *a-d. Payk. fn.* 2. 207. 2. *Panz. fn.* 95. *f.* 6.

Scarabæus Melolontha. Linn. syst. nat. 2. 554. 60. *fn. sv.* 392. *De Géer. Ins.* 4. 273. 20. *Tab.* 10. *f.* 24.

Habitat in Sveciæ australis arboribus vulgaris.

Descr. M. Fullone duplo minor. Caput oblongo-quadratum, crebre punctatum, marginibus anterius valde elevatis reflexis, antice ferrugineum, vertice nigro-piceo; superficies tota pilis densis subrigidis cinereo-albidis tecta; os & palpi ferruginei. Antennæ ferrugineæ, clava obscuriori, maris magna, elongata, arcuata, lamellis septem composita; Feminæ clava minor, ovata, constans lamellis Sex. Thorax transversus, antice emarginatus, lateribus in medio valde dilatato-rotundatus, postice sinuatus, in medio productus, rotundatus, angulis lateralibus subulato-acuminatis; supra modice convexus, crebre punctatus, in medio longitudinaliter abrupte impressus; aut totus niger, aut plus minusve testaceo-piceus, pube cinereo-albida sub-rigida undique tectus, quæ intra latera utrinque longior & magis condensata, striam obliquam albidiorem format. Scutellum magnum rotundatum nigrum punctatum. Elytra magna ovata, pone basin dilatata, apice subtruncata, abdomine breviora, supra modice convexa, tota luride testacea margine concolore; obsolete punctata, pube rigida depressa brevi squamæ-formi albida tecta, unde quasi farinosa apparent; in singulo costæ quatuor elevatæ, vix basin, nec apicem attingentes, humeri elevati gibbi, & ante apicem tuberculum elevatum, ubi costæ desinunt. Corpus subtus nigro-piceum punctatum; pectus lana longiori densa cinereo-albida tectum; venter & anus pone

elytra

elytra pilis parvis rigidis depressis cinereis tecta; ad latera abdominis utrinque in singulo segmento macula magna introrsum acuminata, e pilis densis niveis; Anus elongatus, in stylum inflexum sensim attenuatum, sub-acuminatum, productus. Pedes ferruginei, rarius fusco-picei, tibiis anticis latioribus externe tridentatis, nigro-marginatis.

2-3. M. Hippocastani: oblonga convexa nigro-picea villosa, elytris testaceis nigro-marginatis, stylo ani ante apicem coarctato.

Fabr. syst. eleut. 2. 167. 2. *Illig. Mag.* 4. 76. 7. *Panz. fn.* 97. *f.* 8.

Melolontha vulgaris. Herbst. col. 3. 46. 5.. *Tab.* 22. *f.* 6, 7. *Oliv. ent.* 1. 5. 13. 5. *var. Tab.* 1. *f.* 3. *a*, *b*, *e*.

Var. *b*. Capite toto, thorace pedibusque nigris.

Habitat in Sveciæ borealis arboretis frequentissima, mense Majo & Junio, folia consumens, vesperi volitans.

Descr. Præcedenti simillima & valde affinis, sed paullo minor, brevior, magis convexa. Caput, antennæ, thorax, scutellum, omnino ut in priori, sed lana capitis thoracisque longior, mollior, minus condensata; elytrorum forma eadem ac in præcedenti, sed margo exterior semper niger; sæpe etjam elytrorum basis, sutura & costæ interiores antrorsum nigra. Corpus subtus etjam ut in priori, sed margines segmentorum abdominis albidiores, cum maculis lateralibus niveis cohærentes; Stylus ani brevior, ante apicem utrinque coarctatus, unde apex ipse latior,

tior, rotundatus, obtusus; in femina vero stylus multo brevior, quam in femina prioris, parum coarctatus, obtusus.

Var. b. tantum colore differt; Caput totum nigrum, ore piceo; Thorax & pedes etjam nigri, tibiis interdum apice piceis; cetera ut in a omnia.

Pag. 85. n:o 13. In Obs. adjecta attuli, Histerem depressum Cl. Paykullii, ab Histere ejusdem nominis reliquorum auctorum diversum esse, quum in elytris strias quatuor integras, & quintam dimidiatam gaudeat, & quod alius a me tunc temporis non visus; sed in Fagetis Hallandiæ hunc jam reperi, quare illum quoque addere debeo:

13-14. H. depressus: ovalis depressus niger nitidus, subtus piceus, elytris 4-striatis, exterioribus tribus integris, suturalibus nullis.

Fabr. syst. eleut. 1. 91. 37. Illig. col. bor. 1. 64. 23. Panz. fn. 80. f. 6. Ent. heft. 1. 98. 23. Sturm. fn. 1. 239. 25. Schönh. synon. 1. 98. 61.

Habitat sub cortice truncorum Fagi, ad villam Espered, non procul ab urbe Halmstad, in Hallandia.

Descr. H. deplanato ut ovum ovo simillimus; Statura, magnitudo, color, punctatura, omnia exacte ejusmodi, striis elytrorum tantummodo exceptis; in singulo elytro externe striæ tantum tres integræ; quarta interior in apice brevissima, longe ante medium desinit; rudimentum striæ quintæ e punctulis 2 seu 3 minutis juxta apicem, rarius observatur; apex abdominis extra elytra in utrisque profunde pun-

punctatus. Pedes aut rufescentes, aut obscurius piceæ, tibiis anterioribus dilatatis quadridentatis.

Obs. Si in iisdem locis ambo cohabitarent, certe non nisi ut varietates vel sexu differentes inspiciendi essent; sed dum in diversis regionibus occurrunt, & inibi semper sibi similes inveniuntur, justum dubium de identitate specifica remanet.

Ad Pag. 340. Sect. 2.

Sectio hæc Cantharidum, ut ad finem sectionis in obs. ultima adhibui, potius ut distinctum genus consideranda; quod hoc etjam a Dom. Latreille dudum effectum, & genus „Malthinus" apellatum, a Synon. Ins. Dom. Schönherr, Tom. 2. p. 73. mihi innotuit.

Finis Part. I.

INDEX

GENERUM ET SPECIERUM TOMI I.

ap-

fan-

fen-

HY-

ERRA-

ERRATA CORRIGENDA.

Pag. 8 lin. 3 pro: acuta lege: aucta.
— 12 ante lin. 19 adde:
Sectio I. Clypeo tuberculato.
— 21 ult. — Garpe -- Grape.
— 44 — 12 -- lateribus -- lateralibus.
— 48 — 15 deleatur atevchus ovatus. Fabr. syst. eleut. 1. 65. 52, & hoc synonymon sub lin. 16 inseratur.
— 49 — 17 -- acuta -- aucta.
23 -- acuta -- aucta.
— 51 — penult. suatus -- subtus.
— 54 — 2 -- postice -- postica.
— 56 — 30 -- auctis -- acutis.
— 59 — 13 -- et sequ. deleatur tota §. vid. add.
— 70 — 16 -- lateribus -- lateralibus.
— 74 — 11 -- auctis -- acutis.
— 82 — 6 -- auctis -- acutis.
— 85 — 3 ab infra -- duobus, adde (,).
— — — 2 ab inf. et sequ. deleatur tota observatio, et inseratur "Hister depressus" vid. add.
— 105 — 11, 12 -- meoio -- medio.
— 114 — 26 -- auctum -- acutum.
— 116 penult. -- sutarali -- suturali.
— 131 — 3 -- aquatici -- grisei
— 133 — 14 -- Hydnoena -- Hydræna.
— 142 — 12 -- flexa -- flexo.
— 151 — penult -- æquat -- æqualis.
— 156 — 25 -- Thorace -- Thorax.
— 171 — 27 -- cellario -- cellaris.
— 186 — 22 deleatur: "maculis quatuor rufis": et inseratur: "abdomine abreviora."
— — — ult. faginetis -- fagetis.
— 192 — 2, 20 et 27 -- villis. -- vittis.
— 204 — 12 -- investiganda -- investigandum.
— 223 — 20 trunctis -- truncatis.
— 233 — 6 -- infusco -- infuscato.
— 243 — 6 -- anterius -- anticis.
— 245 — 11 -- has species -- hanc speciem.
— 249 — 26 -- ante "floribus, adde:" spireæ,"
— 253 — 9 -- laute -- late.
— 255 — 10 -- alterius -- alternis.
— 263 — 2-3 -- auctis -- acutis.
— — — 3 -- parvis -- paris.

Pag. 265 lin. 18 pro: convexior lege: convexiori.
— 267 — 19 - - minus - - minor.
— 271 — 11 - - loco - - lobo.
— 274 infcript. - - Necrophorus - - Silpha.
— 275 dito - - Peltis - - Silpha.
— 278 — 13 - - qvam - - qvum.
— 279 — 20 - - octavo - - ovato.
— 285 — 4 ab infra - - punctata; - - punctula.
— 287 — 30 - - Ptinores - - Ptiniores.
— 289 — 7 - - decos - - duos.
— 293 — 2 - - aucta - - acuta.
— 309 — 6 - - æquales - - æqualis.
— 334 — 8 - - pellucide - - pellucidæ.
— 353 — antepenult. Meydalis - - Necydalis.
— 358 — 16 - - formicato albido acuto leg fornicato albido aucto.
— 375 — 11 - - muro - - mucro.
— 406 — 19 - - fat - - fed.
— 407 — 10 - - fit - - hic.
— 408 — 11 - - ungulis - - angulis.
— 426 — 21 - - parum nigra - - parum nitida.
— 437 — 14 - - rudimentum - - rudimentis.
— 438 — 20 - - latitudine antice late - - latitudine antica brevior, antice late.
— 439 — 5 - - Thorax - - Thorace.
— 447 — 28 - - impreffa - - impreffæ.
— 452 — ult. - - acutum - - auctum.
— 458 — 6 - - E. Maximus - - E. majoribus.
— 459 — 10 rugofis - - rugofus.
— 462 — 19 - - tenue - - tenui.
— 478 — 24 - - hunc fufcum A - - hunc D. fufcum Cl.
— 479 — 8 - - acuta - - aucta.
— 495 — 4 - - ab infra - - obfoleta --- obfoletæ.
— 500 — 16 - - fuscentes - - fufcefcentes.
— 524 — 6 - - ab infra - - oblonga - - oblongo.
— 537 — infcript - - Dytifcus - - Hyphydrus.
— 541 — 18 - - pallide - - pallida.
— 543 — 20 - - terminantur - - terminatur.
— 544 penult. - - fronte - - profunde.
— 230 — 14 Nitidula undata. adde: Marfh. ent. br. I. 134 16.
— 547 — 3 - - pofticis - - poftice.
— 4 - - late - - læte.
— 548 — 14-15 - - ftructuræ - - ftructura

Leonhard.
ecica



SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES
3 9088 00203341 3
nhent QL591.S8G99
Insecta svecica descripta a Leonardo Gyl